UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Constitutiones Pontificiæ Et Romanarum Congregationum Decisiones Ad Regulares Cujuscunque Ordinis Etiam Militaris Spectantes In Tres Tomos Distributæ

Pittoni, Giovanni Battista

Venetiis, 1719

urn:nbn:de:hbz:466:1-63745

Visual Library

M. 1
N. 57.
Th. 4854.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSTITUTIONES
PONTIFICIÆ
ET ROMANARUM CONGREGATIONUM
DECISIONES AD REGULARES
CUJUSCUNQUE ORDINIS
ETIAM MILITARIS
SPECTANTES

IN TRES TOMOS DISTRIBUTÆ.

JO: BAPTISTA PITTONO
SACERDOTE VENETO
COLLECTORE.

TOMUS TERTIUS.

Collegii Soc: Jesu
Paderborna 1721



EXCUDEBAT VENETIIS
Leonardus Pittonus Collectoris Pater
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.
ANNO MDCCXIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSTITUTIONES
AC DECISIONES
AD REGULARES
CUJUSCUNQUE ORDINIS ETIAM MILITARIS SPECTANTES,
EDITÆ
ANNIS, DIEBUS, & MENSIBUS, UT INFRA.

Anni | Numeri

1640 12. Jan. — INducitur Professio tacita ex eo quod quis in Religione exercuit officium Vicarii vel Procuratoris vel aliud, quod exerceri non solet, nisi per Professos, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Nullius Altamuræ, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3 tit. 31. num. 28. pag. mihi* 112. 2771

1640. 14. Jan. — Numerus Religiosorum ac electio Religionum pro associandis Cadaveribus, ad Hæredes Defunctorum pro libito voluntatis eorum spectat & pertinet, & ita ubique in posterum servari debere mandavit *Congregatio Rituum, apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Associatio Cadaverum, *sub num. 4. pag. mihi* 555. 2772

1640. 20. Jan. — Licet Parentibus, in quacunque Ecclesia voluerint, etiam Regularium, eorum Filiis minoribus, qui ad annos pubertatis nondum pervenerunt, eligere Sepulturam: nec à Parochis Locorum impediri possunt aut debent, præsertim verò si in dictis Regularium Ecclesiis sepeliri consueverint, vel in eis habeant Sepulchrum Majorum, 2773

ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto XVII.* & referunt etiam Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. in brevi tract. de Sepult. dub.* 16. Murga *disquis. moral. tom.* 1. *disquis.* 9. *num.* 7. *pag. mihi* 301. ac Petra *in Commentar. ad Constit. Apostol. tom.* 2. *Constit.* 2. *Honorii III. sect. unic. num.* 9. *pag.* 391.

1640. 3. Febr. —— Tres Domus Regulares à Fratribus Minoribus Strictioris Observantiæ Ordinis S. Francisci habitatæ in Transilvania & alia de Cich eorumdem Fratrum de Provincia S. Salvatoris Ungariæ perpetuò separantur ab eadem Provincia S. Salvatoris, ipsæque quatuor Domus Regulares in Custodiam Reformatorum Transilvaniæ nuncupandam eriguntur, & hæc Custodia jurisdictioni Ministri & Commissarii Generalium pro tempore existentium ejusdem Ordinis immediatè subiicitur ac omnibus & singulis decoratur Privilegiis quibus aliæ ejusdem Ordinis Custodiæ gaudent & gaudebunt. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 280. *quæ incipit* Salvatoris, 2774

1640. 5. Febr. —— Fratres Minores Conventuales S. Francisci tanquam Mendicantes nequaquam possint ab Ordinariis locorum seu aliis Regularibus prohiberi, quominus per seipsos in Locis ubi habent Conventus, eleemosynas quærant, sed tantùm si extra Loca, ubi Conventus existunt, quæritare voluerint, teneantur suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere, prout declarat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 279. *quæ incipit* Cùm sicut. 2775

1640. 10. Febr. —— Monasterium non potest dici, quod sit intra fines Diœcesis, si ab illa habeat Territorium separatum & omninò distinctum: Probato autem quod habeat exercitium Jurisdictionis, dicitur esse nullius & habere Territorium separatum, Gloss. *in Clem.* 1. §. *nolumus, in verb. Diœcesanis*, & ibi Card. *num.* 2. *in* 4. *quæst.* Abb. *num.* 15. Imol. *num.* 28. Vital. *num.* 4. *de for. compet.* & ex eis 2776

dixit

dixit *Rota in S. Angeli Lombardorum, seu Nullius Jurisdictionis coram* Peutingerio, *decis. recent. par.* 3. *decis.* 197. *num.* 16.

1640. 10. Febr. —— Si Homicida etiam casualis dispensetur ad Ordines, non tamen permittatur celebrare in Loco commissi delicti, licèt sit Religiosus, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea *anno* 1639. 9. *Septembr. apud* Nicol. *in Lucubrationibus tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 77. *pagin. mihi* 315. 2771

1640. 15. Febr. —— Ministerium Redemptionis Captivorum in omnibus spectet ad Fratres Calceatos Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede dumtaxat, & nullatenus ad Discalceatos ejusdem Ordinis: Legata quoque particularia, dispositiones & donationes etiam inter Vivos ac alia ad dictos Calceatos pertineant. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 20. *quæ incipit* Exponi, *in Appendice*, & refert etiam Peyrin. *de Privil. Regular. tom.* 2. *in addit. Constit.* 28. *ejusd. Pontific. pag. mihi* 437. ¶ Notandum, quod Fratribus Discalceatis recursum super præmissis facientibus audientiam denegat Sacra Regularium Congregatio, quod denique confirmat Innocentius X. anno 1647. 5. Mar. *in d. Bullar. Rom. d. tom.* 4. *Constit.* 21. *quæ incipit* Aliàs, *in d. Appendice.* 2778

1640. 28. Febr. —— Equites Militiæ Christi gaudent Privilegio Fori, prout declaravit & rescripsit *Congregat. Immunit. Ecclesiastica in Assisien. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Equites Militiæ Christi, *sub num.* 1. 2779

1640. 13. Mar. —— Superioribus cujuscumque Ordinis vel Religionis sive Congregationis aut Societatis seu Instituti prohibetur sub pœna privationis Officiorum & vocis activæ & passivæ ac inhabilitatis ad ea, ne Monasteria sive Conventus aut Domos seu Seminaria vel Collegia aut Hospitia seu Oratoria sub titulo de propaganda Fide construant vel à suis Subditis construi permittant sine spe- 2780

ciali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotio propagandæ Fidei præpositorum licentia. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 282. quæ incipit* Ne nova Loca.

1640. 20. Apr. —— Papa si voluit aliquod Monasterium nonnisi per Sedem Apostolicam excommunicari & interdici posse, tale Monasterium dicitur exemptum ab Ordinaria Jurisdictione: Exemptio autem concessa Monasterio & Capellis ac tenimentis illius, dicitur realis, & ad omnes transit Monasterii successores, ad text. *in l. ætatem, §. fin. ff. de censib.* Bart. *in l. 1. num. 2. de Constit. Princip.* Menoch. *cons. 236. num. 10.* Gemin. *in cap. per exemptionem, num. 20.* Franch. *num. 1. de Privileg. in 6.* Cald. *consil. 14. de censibus*, Surd. *consil. 523. num. 23.* & ex eis dixit *Rota in Rossanen. Exemptionis coram* Carillo, *decis. recent. par. 8. decision. 219. num. 5. & 10.* 2781

1640. 28. Apr. —— Nullo modo licet Regularibus facere Processiones extra Claustra Monasteriorum, prout nec etiam licet ipsis Regularibus publicè exponere Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum sine expressa licentia Ordinariorum, ut respondit *Congregat. Rit. in Lycien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi 299.* 2782

1640. 18. Maii —— Fratres Ordinis Prædicatorum loci de Biella possunt tam in prima Dominica Octobris quàm in aliis Dominicis & Festis diebus Processiones facere extra ambitum eorum Ecclesiæ & Conventus, absque alia licentia Parochorum quorum Parochiæ fines ingrediuntur, stante consuetudine hucusque absque contradictione per eos observata: nec possunt ab Episcopo seu ejus Officialibus prohiberi, quominus in loco præfato & aliis suæ Diœcesis ubi habent Conventus, eleemosynas quærant, sed tamen si extra loca, ubi ipsorum Ordinis Conventus existunt, quæritare voluerint, teneantur suorum Superiorum licentiam 2783

Epis-

Episcopo ostendere, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Bullar. Confraternit. d. Ordin. pag. mihi* 148.

1640. 21. Maii —— Rector Collegii Societatis JESU non habet facultatem transigendi super Decimis, & renunciandi Privilegiis, ac subiiciendi Bona Collegii perpetuo oneri Decimarum, inconsulto Reverendissimo Patre Generali penes quem tota Religionis potestas residet, Sanchez *super Decalog. lib. 7. cap. 27 numer.* 38. & ex eo dixit *Rota in Cracovien. Decimarum coram* Cerro Decano, *decision. recent. par.* 8. *decision.* 229. *numer.* 2. 2784

1040. 26. Maii —— Potest Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus visitare quoad Clausuram Monasteria Monialium Regularibus subjectarum, etiam assumpto secum Vicario Generali & Confessario earundem Monialium, Monialesque ipsas examini subiicere in iis quæ ad eamdem Clauram pertinent, ipsis etiam inconsultis & irrequisitis Superioribus, ut rescripsit *Congregat. Concil. in Colimbrien. apud* Matthæucc *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 13. ubi *num. seq. ait, quod* non solùm Episcopo, sed etiam Generali ejus Vicario ad hoc speciale mandatum habenti licet pro Clausuræ visitatione ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subjectorum, tametsi nulla rationabilis violatæ Clausuræ suspicio irrepserit, ut respondit *eadem Congregat. apud* Sperell. *decision.* 99. contra Roderic. *tom.* 1. *quæst.* 47. *articul.* 10. 2785

1640 1. Jun. —— Nonnulla pro restituendo ac conservando Disciplinæ Regularis candore in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia statuit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 283. *quæ incipit* Militantis Ecclesiæ, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *in addit. Constitut.* 29. *pag. mihi* 438. ac Julius de Venet. *in Chronolog. Historico leg. pag. mihi* 18. 2786

1640. 4. Sept. —— Regularium depositio debet in Urbe fieri saltem de licentia Cardinalis Vicarii in Causis Civilibus, ut respondit *Congregat. Immunit. in Romana*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 3. *num.* 8. & refert etiam Riccius *in Synopsi Decretor d. Congregat. verb.* Regularis, *num.* 14. 2787

1640. 27. Sept. —— Constitutionem suprapositam & editam anno 1639. 6. Augusti quoad Commissarios Generales à Ministris Provincialibus Indiarum ad Capitulum generale Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia mittendos confirmat: & ne dicti Commissarii aliquid moliantur contra dictam Constitutionem & Statuta in dicti Ordinis detrimentum & Sacrorum Canonum ac Concilii Tridentini transgressionem, Executores deputat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 286. *quæ incipit* Aliàs à Nobis. 2788

1640. 16. Oct. —— Cùm circa interpretationem Constitutionis Clementinæ supra positæ & editæ anno 1594. 19. Junii de largitione munerum Regularibus interdicta nonnullæ difficultates sint exortæ, ideo declaratur, munera à Religiosis utriusque sexus tribui posse ex causis gratitudinis & conciliationis benevolentiæ ac ejus conservationis erga ipsam Religionem vel Conventum, aliisve causis ex sui natura actum virtutis & meriti continentibus, modestè tamen ac discretè, & dummodò id non fiat nisi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum consensu majoris partis Conventus, si talis consensus de jure vel ex Constitutionibus seu consuetudinibus cujuscunque Religionis respectivè in hujusmodi casibus requiratur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 158. *quæ incipit* Nuper, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg Regular. tom.* 3. *in addit. Constit.* 30. *ejusd. Pontific. pagin. mihi* 440. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 15. *in princip.* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *pagin.* 103. Margarin. *in Bullar. Casinen tom.* 1. *Constit.* 323. Novar. *Comment.* 90. *num.* 5. *pag.* 405. *par.* 2. ac Monacel. 2789

nacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Append. pagin.* 406.

1640. 16. Oct. —— Consensus Conventus in dicta Constitutione Clementina (de qua supra 1594. 19. Jun.) ad leviora esculenta aut poculenta seu ad devotionem & religiositatem pertinentia munuscula largienda requisitus, intelligi debet de consensu aliàs requisito de jure, & ubi concurrit ambitionis suspicio, qua cessante, nec in his requiritur licentia Superiorum in scriptis, sed sufficit licentia oretenus: Comessationes autem & compotationes ac Convivia in excipiendis præsertim Benefactoribus aut Protectoribus vel Ordinariis honorificè & lautè, de quibus in dicta Constitutione Clementina, censentur tantummodo prohibita, si decentiæ status regularis adversentur: Restitutio verò receptorum Conventibus facienda, prout præcipit eadem Constitutio, intelligi debet de Conventibus ad quos data seu missa de jure pertinent, si id commodè fieri potest, aliàs Conventui ejusdem Religionis viciniori loco, ubi petita fuit absolutio, restituantur: Dicta denique Constitutio Clementina & hoc etiam declarationis Decretum singulis annis Mense Januario in aliqua publica Congregatione vel saltem in publica Mensa perlegantur, sub pœna privationis Officii ac vocis activæ & passivæ ipso jure à Superioribus Monasteriorum contrafacientibus incurrenda. *Urbanus VIII apud* eosdem, *ibidem*. 2790

1641. 22. Mar. —— Licet Fratribus Laicis seu Conversis Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula pro acceptatione & admissione Novitiorum ad Professionem suffragium ferre, ac unà cum Sacerdotibus & Superioribus Conventuum, ubi dictas acceptationes & admissiones fieri continget, votum præstare: & hoc Cardinalis Protectoris Decretum confirmat & approbat, ac in virtute sanctæ obedientiæ & sub vocis activæ & passivæ nec non suorum Officiorum privationis, perpetuæque ad illa & alia obtinenda inhabilitatis, aliisque arbitrii Papæ 2791

pœnis

pœnis eo ipso per contrafacientes incurrendis obſervandum mandat. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 190. quæ incipit* Exponi, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. in addit. Conſtitut. 7. ejuſd. Pontific. pag. mihi* 417.

1641. 13. Apr. —— Si Abbas non ſuſcipiat Benedictionem, non ideo deſinit eſſe Abbas, nec privatur ſeu ſuſpenditur à juriſdictione ſeu gubernio, nec incurrit aliquam pœnam, niſi quia non poteſt exercere Pontificalia quæ Abbates benedicti exercere conſueverunt, ut reſpondit *Congregat. Concil. in Poſnanien. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 10. num. 2.* 2792

1641. 17. Maii. —— Religionem intrans, ſi abdicet & renunciet omne jus & capacitatem ſuccedendi tam ex teſtamento quàm ab inteſtato, non poteſt amplius ſuccedere, & perinde habetur ac ſi mortuus eſſet & ſic amplius non eſſet in rerum natura, *l. 1. §. ſciendum*, ubi Bart. *ff. ſuis, & leg. hæred.* Molin. *de Primog. lib. 1. cap. 9. num. 29. & 30.* Giurb. *de ſucceſſ. feud. §. 2. gloſſ. 4. ſub num. 4. & gloſſ. 6. numer. 65.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 317. num. 21.* & ex eis dixit *Rota in Bononien. Succeſſionis de Zanis coram* Bichio, *deciſ. recent. par. 9. tom. 1. deciſ. 32. num. 3. & 4.* 2793

1641. 17. Maii. —— Religionem Jeſuitarum intrans, & poſt biennium emittens tria ſimplicia vota, ut fieri ſolet in dicta Religione, non ex hoc efficitur incapax dominii: quod procedit, non ſolùm ad effectum acquirendi & retinendi ſaltem quouſque dicta acquiſitio per Superiorem irritetur, ut dixit *Rota in d. Bononien. coram* eod. *ibid. num. 5. & 6.* ubi *num. 17. dictum fuit*, quod Generalis Jeſuitarum dum dat licentiam dimittendi Habitum, & in licentia exprimit ſe talem dimittere juſtis de cauſis, ei creditur, & non requiritur alia probatio. 2794

1641. 10. Jun. —— Quem eſſe in quaſi poſſeſſione deputandi probatur ex pluribus deputationibus, per quas Regularia eſſe Beneficia & ad Abbatem ſpectare probatur, Buratt. *deciſ. 606. ſub num. 1. &* 2795

ſeqq.

seqq. manutenendus est igitur Monachus ad Parochialem deputatus ab Abbate, ut in specie Serap. *dec.* 287. *sub num.* 4. cum aliis allegatis per Modern. *de manutent. observat.* 46. *sub num.* 18. & 19. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 33. *sub num.* 32. cujus Monachi capacitas etiam ad Beneficia curata in controversia deduci non potest, cùm habeatur casus decisus à Sacra Congregatione Eminentissimorum Concilii Tridentini Interpretum sub die 6. Septembris 1638. ex quo dixit *Rota in Perusina Parochialis coram* Bichio *apud* Posth. *de manutenen. decis.* 677. *sub num.* 15. & 22. *pag. mihi* 520. ¶ Vide infra, 1642. 7. Nov.

1641. 14. Jun. —— Locus pro curandis Infirmis à Fratribus Reformatis de Observantia S. Francisci in Civitate Regiensi constructus, & ab iis in Conventum formalem reversus in præjudicium aliorum Regularium, reducitur ad formam Hospitii, ita ut in eo nonnisi Fratres Infirmi & Convalescentes ac eorum servitio necessarii permanere, nec ullas in eo functiones aut exercitia peragere possint & valeant, quàm quæ in simplici Hospitio expleri solent, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Regien. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis. Decreto IV.* 2796

1641. 21. Jun. —— Religiosi Ordinum Militiarum; qui exercent Curam Animarum iisdem Ordinibus annexam, apponi & removeri soliti ad nutum Magni Magistri, faciunt tuta conscientia fructus suos quando dimisso substituto ab eorum Magno Magistro, de ejus licentia alibi inserviunt Ordini: quamvis enim Concilium Tridentinum *cap.* 1. *sess.* 23. *de reform.* injungat onus residendi habentibus Curam Animarum sub pœna etiam amissionis fructuum, hoc tamen non procedit, dum ipsi ex causa ab Ordinario cognita & approbata absunt, dimisso Vicario pariter per Ordinarium approbato cum assignatione competentis mercedis: si ergo Rectores Parochialium illius in titulum retinentes tempore absentiæ de licentia Episcopi faciunt fructus suos, 2797

eò

eò faciliùs hoc affirmandum est in istis Vicariis amovibilibus Curam Animarum habentibus absque titulo & institutione, servitoribus etiam nuncupari solitis, ut dixit *Rota in Hispalen. Juris amovendi Curatos coram* Peutingerio, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 279.

1641. 28. Jun. —— Alienatio rei litigiosæ non tenet nec ad favorem piæ causæ, ex citatis per Lancellot. *de attent. cap. 4. num.* 454. ac proinde nec in Monasterium transfertur, *c. Ecclesia S. Mariæ*, ubi Hostien. *n. 7. ibi, si Monasterium*, & Anch. *n. 2. in notab.* ac Abb. *n. 10. in fin. ut lit. pend.* aliique citati à *Rota in Pientina Jurispatronatus coram* Pirovano, *decis. recent. par. 9. tom. 1. decis. 46. in Annotat. num. 195. & 196.* 2798

1641. 29. Jun. —— Summo Pontifici censentur omnia Bona donata quæ aut ex munificentia Principum Virorum aut aliorum pietate concessa fuerunt alicui Ecclesiæ, ut notabiliter voluit Geminian. *in cap. unico, §. confirmatos, de Relig. Domib. lib. 6. in 5. notab.* Ripa *in l. quo minus, num.* 107. *ff. de fluminibus*, Felin. *in cap. dilecta, num. 22. de rescript.* & hoc procedit etiam in legato aut fideicommisso relicto Monasterio, quod tempore conditionis sequutæ extinctum sit, Bald. *in l. hæreditas, num. 8. ff. de hæredit. instituen.* Monasterium autem dirutum, si erat membrum alterius Monasterii, tunc ejus Bona in istud Monasterium transeunt & non in Romanam Ecclesiam: Monachi verò Monasterii extincti transeunt in illud Monasterium, cujus Monasterium extinctum est membrum: Monasterium denique non potest dici membrum alterius Monasterii, si sint inter se diversa, ut dixit *Rota in Treveren. Unionis coram* Verospio, *decis. recent. par. 9. tom. 1. decis. 24. à num. 2. ad 6.* 2799

1641. 19. Aug. —— Religiosis Ordinis Præmonstratensis de Hispania non licuit antiquum sui Ordinis Habitum immutare, ideoque debent reassumere Tunicam albam cum Caputio magno capiti imponendo, 2800

nendo, ac Scapularium item Regulare album & Cappam cum multiplicis similiter albam supra Caputium juxta formam impressam: Fratris insuper prænomen reassumere & Pileo nigro extra Conventum uti atque hanc Habitus formam continuò retinere teneantur, quam sine expressa Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Regularium præpositorum seu Sanctæ Sedis licentia nullatenus immutare valeant, sub Excommunicationis latæ sententiæ nec non privationis vocis activæ & passivæ pœnis eisdem Cardinalibus reservatis, in actu contraventionis ipso facto incurrendis. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 293. quæ incipit* Pastoralis Officii.

2798

1641. 23. Aug. — Commissariis Generalibus Indiarum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia interdicitur & prohibetur, ne de cætero super ejusdem Ordinis Constitutionibus generalibus, cujuscumque facultatis præterquàm à Capitulo generali sibi ad id attributæ obtentu, dispensent: ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 294. quæ incipit* Cùm sicut, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Historico leg. pag. mihi 20.* 2801

2799

1641. 13. Sept. — Confessiones auscultentur in Ecclesia & intra Crates, quando tamen necessitas vel rationabilis causa aliter non suadeat: ac etiam in Sacrario vel alio decenti loco poterunt audiri, super quo non liceat Episcopis neque per se, neque per suos deputatos visitare Confessionalia sive loca Regularium ubi Confessiones audiuntur, nec etiam ad effectum videndi an sint juxta ipsorum Decreta, sed hoc relinquendum est omninò Visitatoribus suorum Superiorum: non tenentur tamen Regulares petere licentiam ab Episcopo vel Curato accedendi ad Infirmos pro Sacramento Pœnitentiæ administrando, sed sufficit, si postea fidem habitæ Confessionis in Domo eorumdem Infirmorum relinquant, ut censuit 2802

800

fuit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Confessione, & Confessoribus, *pag. mihi* 199.

1641. 27. Sept. —— Licèt locorum Ordinarii possint licentias subscribere alloquendi Moniales & ingrediendi Clausuram Monasteriorum etiam Regularibus subjectorum, hoc tamen intelligitur conjunctim cum ipso Superiore Regulari, nec intelligitur de Confessariis aut Superioribus Regularibus Curam Monasteriorum habentibus, prout respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Caputaquen. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 29. ex Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Allocutio, *num.* 7. *pag. mihi* 22. 2803

1641. 1. Oct. —— In unaquaque Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum Italiæ Provincia unum vel duo Professoria instituantur pro Fratribus Clericis spiritualiter ab uno Magistro instruendis, qui anno ut minimùm ibi commorentur & solam Grammaticam & Logicam edoceri possint: In duobus aut tribus cujusque Provinciæ Conventibus Theologiæ moralis lectio fiat, cui omnes Fratres Sacerdotes & Clerici bis in Hebdomada intersint: In singulis verò Conventibus Theologia mystica & Ordinis prædicti Regula semel saltem in Hebdomada prælegatur, & etiam Laici intersint: Dicti Fratres Reformati nullum omnino legatum perpetuum cum vel sine onere etiam Ecclesiis vel Sacristiis ipsorum ac etiam pro vino ad Missarum celebrationem aut oleo pro lampadibus vel quacunque re pro Altaribus factum recipiant: Ad quascunque Processiones (præterquàm in Festo Corporis CHRISTI, aut aliquam aliam generalissimam) non conveniant, Defunctorumque corpora ad Sepulturam minimè comitentur, exceptis iis quæ in eorum Ecclesiis sepeliuntur: Altarium ornamentis deinceps aurum vel inauratio non adhibeatur, Imaginum coronides ex aliquo ligno fiant nuceo vel ejusdem coloris, sicuti & Candelabra: 2804

bra: Novitii in prædictis Provinciis infra annum cum interventu Miniſtri ac duorum Diffinitorum & duorum Guardianorum recipi poſſint: Fratres quoque prædicti particulas ex panno lineo non deferant ſed laneo: Superioribus denique omnibus pro tempore exiſtentibus committitur in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub pœna privationis ſuorum Officiorum eo ipſo incurrenda, ut prædicta omnia obſervari faciant; cœteris verò earumdem Provinciarum Fratribus præcipitur etiam in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub privationis vocis activæ & paſſivæ ac aliis arbitrii Papæ pœnis eo ipſo incurrendis, ut præmiſſa obſervent & adimpleant. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 295. quæ incipit* Militantis Eccleſiæ, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Hiſtorico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 21.

1641. 13. Nov. —— Abbates Regulares, etiam Benedictini Congregationis Caſſinenſis, ſeu alterius Congregationis vel Ordinis aut Inſtituti, habentes etiam Jura Epiſcopalia ſeu quaſi Epiſcopalia, uſumque Mitræ & Baculi, & facultatem benedicendi ac primam Tonſuram & minores Ordines conferendi, non poſſunt dictam primam Tonſuram vel minores Ordines niſi ſuis Subditis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Ordinis, etiamſi habeant litteras dimiſſorias Superiorum ſuorum Regularium & conſenſum Ordinariorum: & multò minus Perſonis ſæcularibus etiam habentibus litteras dimiſſorias à ſuis Ordinariis: ac propterea inhibetur omnibus Ordinariis ne audeant in futurum dictas litteras concedere, & Abbatibus ne recipiant: quod ſi ſecùs, tam concedentes quàm ordinantes (præter alias pœnas Sacræ Congregationi reſervatas) à collatione Ordinum ſuſpenſi remaneant, ut cenſuit *Congregat. Concil. approbante Urbano VIII. anno* 1642. 17. *Jan. apud* Donat. *in Prax. Rer. Regul. tom.* 2. *tract.* 3. *quæſt.* 35. *num.* 9. & refert etiam Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatel. part.* 1. *tit.* de Abbate, *pag. mihi* 2. ac etiam Murga *in Commentar.* 2805

mentar. ad Constit. Apostol. post Const. 16. §. 19. num. 223. pag. 410.

1641. 18. Nov. —— Statutum in Capitulo generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Toleti anno 1633. celebrato factum revocatur & annullatur: & ideo omnes & singuli ejusdem Ordinis Fratres cujuscunque gradus & dignitatis ac etiam Ultramontanæ Familiæ existentes, pro tempore quo in Cismontana Familia commorabuntur, sint & esse debeant sub obedientia & directione Commissarii Generalis Ordinis hujusmodi pro tempore existentis, prout erant ante dictum Statutum. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 296. qua incipit* Inter multiplices, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Procurator, *sub num. 9.* ac Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 20. 2806

1641. 20. Nov. —— Concessio Gregorii Decimiquinti (de qua supra 1622. 30. Aug.) facta Fratribus Congregationis Jesuatorum S. Hieronymi quoad Confessiones Parochianorum dumtaxat audiendas, ad quorumvis Christifidelium Confessiones extenditur & ampliatur: ideoque omnibus & singulis ejusdem Congregationis Fratribus conceditur, ut prævio examine & approbatione Ordinarii in propriis Ecclesiis dictæ Congregationis etiam non Parochialibus Confessiones audire & absolutionem impendere salutarem possint & valeant. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 297. qua incipit* Christifidelium. 2807

1641. 29. Nov. —— Parochi occasione Funeris possunt ingredi Ecclesias Regularium cum Superpelliceo & Stola, dummodo Officium peragant ipsi Regulares, nisi adesset concordia vel consuetudo in contrarium, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Firmana, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit. de Funerib. pag. mihi* 300. 2808

1642. 30. Jan. —— Omnibus & singulis utriusque sexus 2809

sexus Personis tam Secularibus, quàm Ecclesiasticis, etiam cujusvis Ordinis, Instituti, ac Militiarum etiam S. Joannis Hierosolymitani Regularibus quomodolibet qualificatis & quantumlibet privilegiatis ac exemptis interdicitur, & sub Excommunicationis latæ sententiæ eo ipso absque aliqua declaratione per contrafacientes incurrendæ pœna prohibetur, ne de cœtero in quibusvis Civitatis & Diœcesis Hispalensis Ecclesiis, earumque atriis & ambitu Tabacum sive solidum sive in frusta concisum aut in pulverem redactum ore, vel naribus aut fumo per tubulos & aliàs quomodolibet sumere audeant vel præsumant *Urbanus VIII. in Constitut. quæ incipit* Cùm Ecclesiæ, *apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *in addit. Constitut.* 31. *pagin. mihi* 443.

1642. 31. Jan. —— Confraternitates Laicorum, utcunque in Ecclesiis Regularium exemptorum institutæ, subsunt jurisdictioni ac visitationi Episcopi, atque ab eo visitari possunt nedum ipsæ Confraternitates, sed etiam Capellæ ipsarum in eisdem Ecclesiis Regularium existentes, in iis tamen quæ Confraternitatum administrationem respiciunt, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Leopolien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Visitatione, *pagin. mihi* 434. *ubi quod in hac pacifica possessione sunt ferè omnes Episcopi.* 2810

1642. 4. Febr. —— Professores Congregationis Clericorum Regularium de Somascha, qui Præpositi seu Vicarii Generalis munus objerunt, ob cognitionem status dictæ Congregationis & graviorum illius negotiorum experientiam quam habent, debeant pro bono publico (dum vivunt) cum titulo Assistentium & jure suffragii intervenire Definitorio ejusdem Congregationis fieri solito pro bono regimine & gravibus negotiis inter unum & alterum dictæ Congregationis generalia Capitula occurrentibus, sine tamen præjudicio numeri soliti 2811

Definitorii: Hoc autem Decretum à Capitulo generali Congregationis præfatæ anno 1641. emanatum confirmat & approbat *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Nuper pro parte, *in Libro Privileg. hujus Relig. pag. mihi* 175.

1642. 14. Febr. —— Episcopus habet jurisdictionem delegatam ex litteris generalibus contra delinquentes in ædiculis, in quibus Confratres vestibus se induere solent & ibi Cruces & alia suppellectilia Confraternitatis servare, quarum fenestræ in Claustrum Regularium prospectum habent, & per eorumdem Regularium Ecclesiam transire debent qui volunt ad eas accedere, quarum occasione nonnulli Forum Sæculare subterfugientes, aliquando ibi se recipiunt ac etiam cum Mulieribus pernoctant, ut declaravit *Congregat. Immunitat. Eccles. in Ortonen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatell. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 369. 2812

1642. 15. Mar. —— Imagines Domini Nostri JESU CHRISTI, & Deiparæ Virginis MARIÆ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum non sculpantur vel pingantur aut effingantur cum Habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis: nec exponantur in Ecclesiis vel earum Frontispiciis aut Atriis Imagines profanæ indecentiam & inhonestatem præseferentes: & ideo mandatur etiam omnibus Monasteriis & Collegiis ac Personis Regularibus cujuscunque Ordinis etiam Militaris, ut in eorum Ecclesiis & Locis prædicta observent: Regulares autem & Moniales parère negligentes possint à locorum Ordinariis & Legatis Apostolicis ad observantiam cogi, & quoad loci Superiores etiam privationis Officii ac voeis activæ & passivæ pœnis compelli. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bull. Rom. tom.* 5. *Constit.* 163. *quæ incipit* Sacrosanctum, *& refert etiam* Lezana *in Summa Quæst. Regular. tom.* 4. *verb.* Sanctorum cultus, *sub num.* 14. *pag.* 524. 2813

25. Mar.

1642. 25. Mar. —— Nullus ex Religiosis Discal- 2814
tis Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo Congregationis Hispaniæ audeat vel præsumat ex Bibliothecis Domorum Regularium hujusmodi Ordinis Libros vel Quinterna aut Folia impressa sive manuscripta extrahere seu commodare aut donare, sub Excommunicationis majoris pœna, etiam à quovis Sæculari vel alterius Religionis seu Congregationis Regulari, qui prædicta extraherit vel utenda acceperit aut sibi retinuerit, ipso facto incurrenda. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 302. qua incipit* Conservationi.

1642. 27. Mar. —— Constitutiones & Declaratio- 2815
nes super Regula S. Benedicti à Congregatione Casinensi correctas confirmat & approbat *Urbanus VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constitut. 324. qua incipit* Sacri Apostolatus.

1642. 3. Apr. —— Conventus & Fratres Sanctissimi 2816
Crucifixi de Loco Promontorii Januensis de Ordine Eremitarum S. Augustini remaneant subjecti Vicario Generali Congregationis Januensis, iidemque in Habitu & Disciplina ac Observantia Regulari in omnibus & per omnia se conformare debeant: & hoc Sacræ Regularium Congregationis Decretum approbat & confirmat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 304. qua incipit* Exponi.

1642. 8. Apr. —— Breve Gregorii Decimitertii, in 2817
quo ordinatur quod Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum in Regnis Hispaniarum existentes subsint dumtaxat Ministro Generali Fratrum Minorum ejusdem Ordinis de Observantia, isque in sua absentia eorumdem Fratrum Discalceatorum gubernium alicui ex iisdem Discalceatis committere debeat, approbat & confirmat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 305. qua incipit* Alias.

1642. 8. Apr. —— Moniales S. Claræ uti Mendi- 2818
cantes, & consequenter exemptæ vigore Consti-

tutionis B. Pii Quinti, (quæ incipit *Dum ad uberes*, & de qua supra 1560. 5. Aprilis) non tenentur ad solutionem onerum Cameralium tempore, quo possederunt Prædium emptum à Laicis, etiamsi emptio sit facta cum pacto retrovenditionis, ut declaravit *Congregat. Immunitat. Eccles. in Firmana, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dict. Congregat. verb.* Mendicantes, *numer.* 4.

1642. 3. Maii —— Commendatarius Monasterii jam Regularis, cui annexa est Cura Animarum, non tenetur ad residentiam personalem, sed attento statu Regulari satisfacere potest per Vicarium Presbyterum Sæcularem à se deputatum & ab Ordinario approbatum, ut rescripsit *Congregat. Concil. in Amalphitana de Spacassassis*, & antea *in Nucerina Prioratus* 1638. 7. *Maii: ac alibi sæpissimè, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consuit. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Residentia, *pag. mihi* 350. 2819

1642. 28. Maii —— Interdicitur & sub vocis activæ ac quoad Superiores etiam suorum Officiorum privationis pœna eo ipso incurrenda prohibetur, ne de cœtero perpetuis futuris temporibus in Provincia Reformata Vallis de Mazzara in Sicilia Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia ullæ omninò pecuniæ pro Missis celebrandis exigantur ac etiam spontè oblatæ recipiantur, sed Missæ gratis (ut consuevit) celebrentur. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 306. *quæ incipit* Cùm sicut accepimus. 2820

1642. 30. Maii —— Correctoribus Generalibus pro tempore existentibus Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula conceditur, ut post expletum eorum Correctoris Generalis Officium, quoad vixerint, votum consultivum & decisivum ac electivum in omnibus Capitulis Generalibus & Provincialibus ac intermediis dicti Ordinis habere, nec non aliquam ex Domibus Regularibus Ordinis hujusmodi in quam se recipiant & in ea commorentur & à qua amo- 2821

amoveri nequeant, ac unum Fratrem præfati Ordinis Laicum sive Oblarum arbitrio suo ex quacunque ejusdem Ordinis Provincia in suum Socium eligere possint & valeant. *Urbanus VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *in addit. Constitut.* 6. *qua incipit* Cùm rationi, *pag. mihi* 417.

1642. 27. Jun. —— Neque Regulares particulares, neque eorum Capitula successoribus & Monasterio, mediante concordia & conventione, præjudicare possunt, ut dixit *Rota in Licien. Quarta coram* Rojas, *apud* Murga *disquisit. moral. tom.* 1. *in fine, decision.* 5. 222

1642. 1. Jul. —— Regulares sunt testes idonei ad probandam extractionem & violationem Immunitatis Ecclesiasticæ sequutam in eorum Ecclesia, prout respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Reghinen. apud* Riccium *in Synopsi Decret. d. Congreg. verb.* Regularis, *sub num.* 13. 2813

1642. 12. Jul. —— Commissarii Provinciales Indiarum ad Capitula generalia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia convenientes, postquàm ad suas reversi fuerint Provincias, Diffinitorum præteritorum honore & præcedentia gaudeant immediatè post suos Custodes. *Urbanus VIII. in Bull. Roman. tom.* 5. *Constitut.* 307. *qua incipit* Aliàs postquam, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Cronolog. Historico-leg. Ordin. Seraph. pag. mihi* 41 2824

1642. 13. Jul. —— Rei confugientes ad Ecclesiam ob crimina excepta, possunt cum armata manu, etiam cum fractura ostii Conventus Regularium, jussu & cum assistentia Vicarii Episcopalis, ab eodem Conventu extrahi, si iidem Regulares extractioni se opponerent, ut rescripsit *Congreg. Immunit. Eccles. in Tropien. apud* Pascuec. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 370. 2825

1642. 12. Aug. —— Supremus Superior Religionis S. Pauli I. Eremitæ de Lusitania, qui antea dicebatur Provincialis, in posterum vocetur Generalis, prout 2826

tali nomine appellari concedit *Congreg. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *Floscudis*, *verbo* Generalis, *sub num.* 1. *pag. mihi* 230.

1642. 11. Sept. —— Præter sumptuum exorbitantiam, videtur etiam inconveniens, ut quilibet Abbas, dum vadit de uno Monasterio ad aliud, etiam occasione Visitationis, lectica vehatur, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Olivetanorum, apud* d. Nicol. *in dd. Floscul. verbo* Abbas, *sub numer.* 14. 2827

1642. 7. Nov. —— Possessio Parochialis capta per Monachum, est ex ejus persona acquisita Monasterio, cui acquiritur quidquid Monachus acquirit, *cap. de Monachis* 16. *quæst.* 15. *cap. cum ad Monasterium, de stat. Monach.* Abb. *in cap. cum olim, il* 2. *num.* 6. *de privil.* nam Monachus in particulari est incapax dominii & possessionis, ut ex dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess.* 25. *cap.* 2. *de Regular.* Menoch. *cons.* 722. *sub num.* 37. & 59. immò ipsemet Monachus quasi possidetur à Monasterio, Giovagn. *cons.* 40. *sub num.* 1. *lib.* 2. & sicut Servus non possidet sibi, sed Domino, §. *in potestate, Instit. de his, qui sui vel alien.* Petrus Tholos. *Sintag. jur. par.* 2. *lib.* 14. *sub num.* 7. ita Monasterio possidet Monachus, qui Servo in hoc æquiparatur, Gloss. *in l. cum haredes*, §. *fin. verb. non puto, ff. de acquir. poss.* Molin. *de just. & jur. tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 140. Vasquez *de succes. creat. lib.* 3. §. 21. *num.* 249. neque Monasterium, revocato ad Claustrum Monacho, cujus ministerio possessionem acquisivit, eam amisit, quia persona Monachi est quidem utilis Monasterio, in acquirendo, sed nullius momenti ad effectum amissionis, postquam enim possessio fuit semel quæsita, per ipsummet Monasterium, quod nunquam moritur aut mutatur, retinetur, ut pluribus citatis dixit *Rota in Perusina Parochialis coram* Bichio, *apud* Posthium *de manutenen. decision.* 678. *à numer.* 2. *ad* 8. *pagin. mihi* 521. ¶ Vide supra 1641. 10. Junii. 2828

10. Nov.

1642. 10. Nov. —— Omnes & singulæ electiones 2829
tam Proministrorum & Custodum quàm Guardianorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia & Reformatorum Cismontanæ Familiæ per suffragia secreta & ballotationes fiant, & in paritate suffragiorum, Præsidens electionibus hujusmodi votum sive suffragium decisivum habeat: Postquam Statuta generalia dicti Ordinis in unum volumen compilata & typis edita ac per Sedem Apostolicam approbata fuerint, nulla alia Statuta seu Constitutiones in Familia Cismontana ejusdem Ordinis condi possint: Fratribus de Familia nuncupatis d. Ordinis non concedatur transitus ad Fratres ejusdem Ordinis Reformatos, nisi in Capitulis Provincialibus cum consensu utriusque Ministri Provincialis vel Ministri Generalis: Fratres denique Ordinis hujusmodi ad audiendas Christifidelium Confessiones approbati, omnibus & singulis dumtaxat in Ecclesia S. MARIÆ Angelorum propè Assisium quotannis die secunda Augusti uti possint facultatibus, quibus in Alma Urbe utuntur Pœnitentiarii Apostolici circa hujusmodi Sacramentum. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit 312. quæ incipit* Religiosos Viros, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Electio, *sub num.* 2. ac Julius de Venet. *in Cronolog. Historico-leg. Seraphin. Ordin. pag. mihi* 23.

1642. 17. Nov. —— Nulli Ordinis Fratrum Mino- 2830
rum S. Francisci de Observantia Reformatorum Fratres Laici seu Conversi, etiam ratione antiquioris receptionis aut Professionis, Fratres Clericos ejusdem Ordinis in quibusvis functionibus tam publicis quàm privatis præcedere, nec quicunque Ordinis prædicti Superiores id permittere audeant vel præsumant, sub Excommunicationis pœna ipso facto per contrafacientes, incurrenda. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 311. quæ incipit* Cùm sicut, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Præcedentia, *num.* 2.

1642. 11. Dec. —— Socii Visitatorum eligi debent de eadem Provincia visitanda, vel, si id minus fieri possit, ex aliqua Provincia viciniore, ut declaravit & respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Olivetanorum, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Societas, *sub num. 3. pag. mihi* 464. 2831

1642. 22. Dec. —— Diffinitores Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum Familiæ Cismontanæ secundùm Ordinis antianitatem præcedant: Quinam autem inter Fratres & quomodo præcedere debeant, ut sciatur quis Minister Provincialis, qui aliàs Ministri Generales, seu Commissarii Generales, qui tamen uni soli dumtaxat Superiori actuali suberunt, & qui Procuratores, aut Diffinitores Generales, qui propriæ aut alterius Provinciæ Ministri Provinciales, qui Custodes regiminis in sua aut aliena Custodia Reformata, qui Secretarii Generales per triennium juxta Bullam Unionis, aut qui Guardiani Terræ Sanctæ fuerunt, nec non Custos Vocalis, & Diffinitores actuales durante Officio, Provinciales actuales extra Provinciam præcedant eos qui aliàs Ministri Provinciales fuerunt: Post eosdem Ministros Provinciales actuales in Sacra Theologia Lectores actuales, ac Guardiani in Conventibus omnes & singulos, eorum Superioribus actualibus exceptis; Vicarii omnes alios, præter Ordinis & Provinciæ Patres præcedant, sedebunt tamen in Refectorio juxta & propè Guardianos immediatè, absentibus ipsis Guardianis in actionibus publicis etiam omnes supradictos præcedent: Post ipsos autem Vicarios Sacerdotes, deinde Clerici, & post Clericos Laici dicti Ordinis juxta antiquitatem receptionis pariter præcedent: Omnibus ergo & singulis dicti Ordinis Superioribus Reformatis hujusmodi mandatur sub suorum Officiorum privationis ipso facto incurrenda pœna, ut prædictum præcedentiæ modum observari faciant & observent *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit.* 313. *qua incipit* Aliàs 2832

& re-

& refert etiam Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 40.

1642. 22. Dec. —— Statutum, in quo dicitur quod duo tantùm Patres Provinciæ in singularum Provinciarum Ultramontanæ Familiæ Diffinitorio introducantur, non comprehendit Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatos Provinciarum & Custodiarum Hispaniarum & Indiarum; & ideo inter eosdem Discalceatos nullus omninò Pater Provinciæ introducatur, sed in eorum Capitulis vel Congregationibus aut Diffinitoriis dumtaxat Minister Provincialis aut Vicarius Provincialis & Diffinitores actuales, Custodes autem juxta usum & morem Provinciarum & Custodiarum admittantur: Dicti Discalceati possint mittere Procuratorem ad Romanam Curiam, & in reliquis subjecti remaneant jurisdictioni & visitationi Ministri Generalis Fratrum de Observantia pro tempore existentis, ita quod dictus Minister Generalis per seipsum vel alios ex ipsis Discalceatis dicti Ordinis tantùm possit eosdem Fratres Discalceatos corrigere & visitare; & si abfuerit, non deputatis ab eo Fratribus Discalceatis ad supradictum effectum, tunc omnes & singulæ Provinciæ atque Custodiæ prædictæ per Ministros & Custodes suos gubernentur: Qui verò ex Discalceatis in prædicta Ministri Generalis absentia supradictas Provincias & Custodias Indiarum præsentes & futuras regere & visitare debebunt, Filii sint & Professi in dictis Provinciis & Custodiis Indiarum aut Hispaniarum, ita quod nullus ex Observantibus (præter illius Ministrum Generalem) possit eos regere vel visitare: Dictæ denique Provinciæ & Custodiæ Discalceatorum Indiarum participes sint Privilegiorum Provinciis Fratrum Discalceatorum Hispaniarum concessorum. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 314. *quæ incipit* Aliàs, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 43. 2833

8. Jan.

1643. 8. Jan. —— Domus Regulares seu Conventus S. Bernardini Tridentini, ac S. Antonii de Cles, nec non S. MARIÆ Gratiarum de Arco, ac S. Rocchi de Rovereto, & S. Francisci de Burgo, nec non ejusdem S. Francisci de Pergine Terrarum seu Locorum Tridentinæ & Feltrensis respectivè Diœcesis Fratrum Reformatorum Ordinis S. Francisci, à Provincia Veneta seu S. Antonii separat & in novam Provinciam S. Vigilii nuncupandam cum omnibus & singulis Privilegiis quibus aliæ Fratrum Reformatorum hujusmodi Provinciæ gaudent, exigit & instituit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 317. qua incipit* Pastoralis Officii. 2834

1643. 13. Jan. —— Omnes & singuli utriusque sexus Christifideles verè pœnitentes & confessi ac Sacra Communione refecti, qui Ecclesias Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci ubilibet existentes die secunda Augusti à primis Vesperis usque ad occasum Solis ejusdem diei visitaverint, Plenariam peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem consequantur, ac si Ecclesias Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia visitarent, prout concedit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 316. qua incipit* Cùm sicut. 2835

1643. 23. Jan. —— Generali, Provincialibus, Vicariis Generalibus, & aliis quibuscunque Superioribus pro tempore existentibus Ordinis Eremitarum S. Augustini prohibetur, ne cuipiam Laico seu Converso inter Laicos etiam acceptato vel acceptando, etiamsi in statu laicali Professionem nondum emiserit, ad Habitum Clericalem posthac transire, Tonsuram Clericalem suscipere, aut ad Ordines promoveri facere permittant: Si secus factum fuerit, Superiores permittentes Officiorum obtentorum ac vocis activæ & passivæ privationem ipso facto incurrant arbitrio Sacræ Congregationis duraturam: sicque transeuntes, Tonsuram suscipientes, vel se promoveri facientes, ab exercitio suorum Ordinum perpetuò suspensi remaneant, à statu 2836

Cleri-

834 Clericali deiiciantur, & ad habitum ac ſtatum Laicorum ſeu Converſorum reducantur, ut cenſuit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Converſus, *num.* 3.

1643. 6. Febr. —— Interdicitur & prohibetur, ne de cætero quiſquam Libros vel Quinterna aut Folia ſive impreſſa ſine manuſcripta ſub quovis prætextu è Bibliothecis & Domibus Regularibus Fratrum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Diſcalceatorum extrahere ſeu aſportare, aut ut extrahantur ſeu aſportentur permittere, ſub Excommunicationis ac privationis vocis activæ & paſſivæ pœnis per contrafacientes eo ipſo incurrendis, audeat ſeu præſumat. 835 *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtit.* 319. *qua incipit* Conſervationi. 2837

1643. 24. Febr. —— Solus Papa diſpenſare poteſt cum Regularibus ſuper voto de non procuranda nec acceptanda Dignitate extra Religionem: & ideo quæcunque facultates generales diſpenſandi ſuper quibuſcunque Votis ſeu illa relaxandi aut commutandi vel adverſus illa præcipiendi aut aliàs quomodolibet voventes habilitandi, nullatenus ad præmiſſa ſe extendunt, prout declarat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Conſtit.* 167. *qua incipit* Honorum. 836 2838

1643. 27. Febr. —— Omnes & ſinguli Fratres Diſcalceati Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Provinciarum Hiſpaniarum, qui extra ſuas Domos Regulares commorantur & pernoctant in ædibus Secularium (quacunque licentia non obſtante) coram Miniſtris Provincialibus earumdem Provinciarum ſe ſiſtere & comparere debeant, ut ab eiſdem Miniſtris Provincialibus ſibi aſſignentur Conventus, ſub inobedientiæ & Excommunicationis necnon privationis antianitatis Habitus ac Suffragiorum & Miſſarum pro Fratribus Diſcalceatis Ordinis hujuſmodi celebrari ſolitarum pœnis eo ipſo incurrendis, *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtit.* 320. *qua incipit* Paſtoralis Officii. 2839

4. Mar.

1643. 4. Mar. —— Licèt Conventus Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Minorum S. Franciſci Hiſpaniarum de Provincia S. Gabrielis fundati ſint in Eccleſiis quæ prius erant juriſdictionis Ordinum Militarium de Alcantara & S. Jacobi de Spatha, Priores tamen vel Vicarii ſeu Proviſores aut Parochialium Eccleſiarum Rectores & Beneficiati nullatenus Eccleſias Fratrum dictæ Provinciæ & Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum viſitare poſſint, nec eaſdem Eccleſias ingredi & inibi aliquem juriſdictionis actum exercere debeant: Quod autem dicitur de prædicta Provincia S. Gabrielis, ad omnes alias eorumdem Diſcalceatorum Hiſpaniarum Provincias extendit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit.* 321. *quæ incipit* Exponi. 2840

1643. 21. Mar. —— Licet Epiſcopo punire Regulares prohibita vel indecentia in Eccleſiis ſuorum Ordinum committentes circa Miſſæ Sacrificium: & poteſt etiam ex cauſa ſibi benè viſa Benedictionem prædicandi in propria Eccleſia dandam Regularibus limitare ad tempus, & Regularibus profeſſionem Fidei emittere nolentibus illam denegare, ſi ita expedire judicaverit, ſed in hoc debet cautè procedere, quare licentiam abſolutè datam non poteſt limitare ad tempus abſque cauſa, ut declaravit *Congregat. Concil. in Vercellen. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatel. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 289. 2841

1643. 21. Mar. —— Non licet Regularibus in propriis Oratoriis vel in propriis Eccleſiis extra tempus Aventus & Quadrageſimæ ſermonem habere abſque Benedictione Ordinarii: Regulares autem obloquentes de Ordinario in ſuis ſermonibus, quos habent in dictis Oratoriis vel in propriis Eccleſiis, poſſunt ab Ordinario puniri, ut declaravit *Congregat. Concil. in d. Vercellen. ad cap. 4. ſeſſ. 24. de reform. & ex cap. 3. ſeſſ. 6. ac cap. 14. ſeſſ. 25. de Regular.* junCto *cap. 2. ſeſſ. 5. apud* d. Paſcucc. *ibidem*. 2842

643. 22. Mar. —— Fratres Conventuales Ordinis S. Fran-

S. Franciſci de Civitate Aſſiſienſi nullum deinceps jus in colligendis & percipiendis eleemoſynis habeant, ſed tam illæ quas durante tempore Indulgentiæ die prima & ſecunda Auguſti conceſſæ, quàm aliæ eleemoſynæ quas reliquo anni tempore Capellæ de Portiuncula fieri contigerit, in utilitatem Fabricæ Eccleſiæ ac uſus Conventus S. MARIÆ Angelorum de eadem Civitate cedant, translato jure eas colligendi ad Fratres Minores de Obſervantia dicti Ordinis S. Franciſci: Quoties verò & quando initio Auguſti Indulgentia prædicta in S. MARIÆ Angelorum Eccleſia, ut aſſolet, collocanda ſeu publicanda erit, Fratres dicti Conventus S. MARIÆ ſe ad Eccleſiam Conventus S. Franciſci Aſſiſienſis, unde inchoatur Proceſſio, opportuno tempore conferre & inde Proceſſionaliter ad dictam Eccleſiam S. MARIÆ Angelorum procedere teneantur. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 322. quæ incipit* Domini Noſtri JESU CHRISTI.

1643. 21. Apr. —— Syndicus Conventus Fratrum S. Franciſci Minorum Obſervantiæ eſt ſubjectus juriſdictioni Epiſcoporum, non exiſtente legitimo Conſervatore, ut declaravit *Congregat. Immunit. Eccleſiaſt. in Aſſiſien. apud* Riccium *in Synopſi Decretor. d. Congregat. verb.* Synicdus, *ſub num.* 6. 2844

1643. 10. Maii. —— Feſtum S. Norberti Fundatoris Ordinis Præmonſtratenſis ad diem undecimam Junii pro dicto Ordine Præmonſtratenſi perpetuò transfertur unà cum Indulgentia Plenaria omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus eadem die aliquam ex Eccleſiis dicti Ordinis viſitantibus conceſſa, prout transfert *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 327. quæ incipit* Aliàs. 2845

1643. 29. Maii. —— Non licet Tertiariis S. Franciſci eleemoſynas quærere ſub titulo S. Antonii, nec etiam in die feſto ipſius Sancti oblationes Fidelium in eorum Eccleſia recipere, ut cenſuit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floſculis, verbo* Eleemoſyna, *ſub numer. 23. pag. mihi* 182. 2846

10. Jun.

1643. 10. Jun. —— Sententia diffinitiva à generali Cameræ Apostolicæ Auditore lata, per quam Præcedentia in Processionibus & aliis actibus publicis datur Fratribus Discalceatis Ordinis S. Francisci de Observantia Provinciæ Hispalensis in concursu Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini de eadem Provincia in Hispania, confirmatur & approbatur: Hanc autem Præcedentiam competere dictis Fratribus Discalceatis & non Fratribus Eremitis S. Augustini etiam in Provincia Derthusensi itidem Hispaniarum declarat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 328. quæ incipit* Aliàs. ¶ Vide supra 1630. 9. Jan. & infra 1644. 20. Apr. ac 1647. 13. Apr. 2847

1643. 20. Jun. —— Fratres Ordinis Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum comprehenduntur in Decreto Sacri Concilii Tridentini *cap. 9. sess. 21. de reform.* innovato in Constitutione B. Pii Quinti supra posita & edita anno 1567. 8. Februarii, non obstantibus Privilegiis dicto Ordini concessis ab Innocentio Tertio & Clemente Quarto super eleemosynis quærendis, ut decrevit *Congregatio Concil.* & antea *anno* 1642. 14. *Febr. & 21. Aug. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 292. 2848

1643. 1. Jul. —— Equites Hierosolymitani per Constitutionem particularem suæ Religionis editam anno 1631. excluduntur ab exercitio Caravanæ post annum quinquagesimum, ut dixit *Rota in Melevitana Antianitatis coram* Verospio, *apud* Zacchiam *quæst. Medico-leg. tom. 2. in fine, decis. 83. num. 5. ubi num. 17. dictum fuit, quod* derogatio generalis Constitutionum certæ Religionis operatur, ut dicatur derogatum in specie singulis Constitutionibus, quamvis non fuerit facta mentio specialis, ut notant DD. *in leg. ult. Cod. si contr. jus, vel utilit. public.* ubi Cyn. *num. 2.* Bart. *num. 4. in fine*, Bald. *in auth. omnes Peregrini, Cod. com. de succes. numer. 6.* Alex. *cons. 122. num. 8. lib. 4.* Garz. *de Benefic. par. 4. cap. 5. num. 37.* ¶ Vide tamen infra, 1643. 14. Dec. 2849

7. Jul.

847 1643. 7. Jul. —— Tempus, quo Provinciales & Priores ac alii Officiales Ordinis Fratrum Prædicatorum sine propria eorum culpa prohibentur & impediuntur quominus sibi demandata officia & munera in propriis Provinciis & Conventibus respectivè personaliter exercere possint, non computetur in tempore ab ejusdem Ordinis Constitutionibus stabilito, sed realiter & cum effectu in eorum muneribus & officiis per totum tempus ab eisdem Constitutionibus concessum durare possint & valeant. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 329. qua incipit* Ex incumbenti. 2850

848 1643. 14. Aug. —— Posita Constitutione Gregoriana supra posita & edita anno 1622. 5. Februarii, Episcopus, qui potest punire & corrigere delinquentes circa Clausuram Monialium etiam Regularibus subjectarum, circa administrationem Bonorum, & circa accessum ad Monasteria & colloquia cum Monialibus, potest ad effectum probandi hujusmodi delicta examinare Moniales & alias Personas intra septa degentes ex officio, ut resolvit *Congregat. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Pignatel, par. 2 tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 71. 2851

849 1643. 14. Aug. —— Regulares, qui occasione recitandi Rosarium in suis Ecclesiis exponunt Sacra Mysteria & faciunt pias exhortationes, tenentur petere Benedictionem ab Ordinario loci, ut censuit *Congregat. Concil. apud* d. Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonc. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 292. 2852

1643. 22. Aug. —— Edictum Episcopi, ne Regulares sub Censurarum pœna Eucharistiam deferant Infirmis, sustinetur, prout sustinendum esse decrevit *Congregatio Concil. in Mechlynien. apud* Petra *in Comment. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 2. Alexandri IV. sect. unic. sub num. 33. pag. mihi* 236. 2853

1643. 2. Oct. —— Licet Regularibus eleemosynas à 2854

Con-

Confratribus accipere, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Carmelitar. Galliæ, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Eleemosyna, *num.* 10. *ubi num.* 11. *ait, quod* licet Confratribus in Ecclesiis etiam Minorum de Observantia tenere Capsam pro pecuniis, cum inscriptione tamen, qua declaratur, illas in commodum Confraternitatis cessuras, non verò Regularium, ut rescripsit *ead. Congregat. in Caven.* 1603. 29. Apr.

1643. 2. Oct. —— Non potest Episcopus excommunicare Conservatores, prout declaravit & respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Majoricen. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 29. *num.* 3. *ad IV.* 2855

1643. 3. Oct. —— Provincia S. Gabrielis Hispaniarum de Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum moderetur cum solitis Statutis municipalibus, & omnibus & singulis gaudeat Privilegiis concessis & concedendis, quibus aliæ ejusdem Ordinis Provinciæ Hispaniarum & Indiarum utuntur & utentur. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 330. *quæ incipit* Alias Nos. 2856

1643. 14. Dec. —— Infirmitas, quæ debilitavit corpus Equitis Hierosolymitani, excusat à munere Caravanæ quæ corpore impleri debet, juxta text. *in l.* 2. §. *corporis debilitas, ff. de vacat. & excusat. muner.* Felin. *in cap. quoniam, num.* 6. *versic. dum dicitur, ut lit. non contest.* ubi etiam Innoc. *num.* 2. Butr. *num.* 7. Ordinatio autem Religionis Hierosolymitanæ 9. *de offic. Fratr.* prohibens admitti quinquegenarios ad Caravanas, non est in usu, ut dixit *Rota in Melevitana Antianitatis coram* Verospio, *decis. recent. par.* 9. *tom.* 1. *decis.* 228. *num.* 6. & refert etiam Zacchias *quæst. Medico-leg. tom.* 2. *in fine, decis.* 84. 2857

1643. 23. Dec. —— Nullus sive Generalis sive Provincialis Minister aut alius quivis Superior Ordinis Minorum S. Francisci Recollectorum è Sacristis & Bibliothecis Conventum eorumdem Fratrum Recollectorum de Provincia Granatensi audeat vel 2858

præ-

præsumat ulla Paramenta & Ornamenta Ecclesiastica aut Libros seu Quinterna vel Folia amore aut cuiquam commodare, in virtute Sanctæ obedientiæ, &c. prout prohibet *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 332. qua incipit* In his, quæ.

1644. 16. Jan. —— Cùm in Decretis de celebratione Missarum suprapositis & editis anno 1625. 21. Junii prohibeatur, ne in posterum onera perpetua Missarum suscipiantur sine Superioris licentia in scriptis obtinenda sub pœnis ibi præscriptis, acceptationes tamen hujusmodi sine dicta licentia Superioris non sunt nullæ neque invalidæ, ut respondit *Congregat. Concil. in Romana, apud* Pascucc. *in Compend ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Missæ Sacrificio, *pag. mihi* 50. 2859

1644. 19. Jan. —— In Cayro conducenda est Domus in via Gallorum pro Hospitio & mansione Missionariorum Æthiopiæ Ordinis Fratrum Minorum de Strictiori Observantia, tam in profectione ad Æthiopiam dum est necessarium expectare tutum transitum ad eam, quàm in reditu ab ipsa Æthiopia: Pro affictu prædictæ Domus scuta triginta annua decernuntur, & pro utensilibus in ea necessariis scuta vigintiquinque pro una vice: Quia verò Hospitium prædictum omninò requirit Protectionem Consulum Gallorum Cayri, scribatur ad Eminentissimum Dominum Cardinalem Grimaldum pro obtinendis litteris Regis Christianissimi ad Consulem prædictum pro tempore, ut dictum Hospitium sub Regia Protectione suscipiat, illudque & Missionarios (cùm opus fuerit) defendat & protegat: Missionariis quoque Ægypti consueta annua scuta quinquaginta decernuntur pro quolibet eorum, Missionariis autem Æthiopiæ sexaginta pro eorum quolibet, cum viaticis consuetis, prout decrevit *Congregatio de propaganda Fide, apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Missio, *sub num. 2. pag. mihi* 339. 2860

1644. 19. Jan. —— Quia Missionariis prædictis Or- 2861

dinis Fratrum Minorum de Strictiori Obſervantia eſt neceſſarius Procurator laicus qui eorum pecunias conſervet & opportunè pro eis eroget, Patri Commiſſario Generali Ordinis Minorum de Obſervantia mandatur, ut Miſſionariis facultatem concedat deputandi unum vel plures Procuratores laicos ad effectum prædictum: Miſſionarii tamen in Æthiopiam mittendi ſunt bini pro qualibet vice, iique eſſe debent Sacerdotes exemplaris vitæ, docti, habentes ſaltem Linguæ Arabicæ cognitionem, ac compleſſione ſani & robuſti, & (ſi fieri poteſt) periti in cura Infirmorum, aut alicujus artis fabrilis cognitionem habentes: Miſſionariis quoque Æthiopiæ mandatur, ut, dum manebunt in Hoſpitio Cayri, impenſas in victu Miſſionariis Ægypti pro rata contribuant, prout decrevit *Congregatio de propaganda Fide, apud* eund. *ibidem*.

1644. 19. Jan. — Tam Miſſionarii Ægypti quàm Athiopiæ dicti Ordinis Fratrum Minorum de Strictiori Obſervantia protectioni Guardianorum Hieroſolymitanorum commendantur, eiſdemque Guardianis pro tempore facultas conceditur eoſdem Miſſionarios viſitandi ac corrigendi & à Miſſione removendi in caſu imminentis ſcandali vel ob alias graves cauſas, dummodo ſtatim de remotione eorum Sacram Congregationem certiorem faciant: Miſſionariis denique prædictis injungitur, ut in Alexandria ſeu Roſeto aliquem habeant qui Miſſionarios ad Ægyptum & Æthiopiam mittendos, eorumque res recipiat, ejuſque nomen Sacræ Congregationi ſignificent, ut illa poſſit ad eum ſcribere ac neceſſaria pro dictis Miſſionibus mittere, prout decrevit *Congregatio de propaganda Fide, apud* eundem, *ibidem, pag. mihi* 341. 2862

1644. 27. Jan. — Jeſuitæ licèt emittant vota ſimplicia, ſunt tamen capaces ſucceſſionis delatæ tam ante quàm poſt ingreſſum Religionis, Suarez *de Relig. tom.* 4. *tract.* 10. *lib.* 4. *cap.* 4. *fol.* 490. Sanchez *ad Decalog. lib.* 7. *cap.* 1. *ſub num.* 38. Cardin. de Lugo 2863

de juſt.

de just. & jur. tom. 1. disputat. 3. sect. 4. sub num. 77. & seqq. & ex eis dixit *Rota in Neapolitana Juris patronatus coram* Otthobono, *decis. 3. sub numer.* 31. etiam ex duabus præcedentibus Decisionibus ejusdem Rotæ.

1644. 17. Febr. —— Quandocunque Sacerdos aliquis Sæcularis vel cujusvis Ordinis Regularis Missam Defunctorum in die Commemorationis Defunctorum & singulis diebus infra illius Octavam ac secunda feria cujuslibet hebdomadæ pro Anima cujuscunque Fidelis ad Altare majus cujusvis Ecclesiæ de Provincia Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ in Hibernia celebraverit, Anima ipsa de thesauro Ecclesiæ per modum suffragii à Purgatorii pœnis liberetur. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 333. quæ incipit* Omnium saluti. 2864

1644. 16. Apr. —— Non licet Abbati Casinensi S. Sixti de Placentia consecrare Altaria, nisi pro usu propriarum Ecclesiarum & Religiosorum ejusdem Ordinis tantùm: Sic enim auditis partibus & attentis Privilegiis Ordini prædicto ab Apostolica Sede concessis, censuit & ita servari mandavit *Congregat. Rit. in Causa Placentina Benedictionis super Jure consecrandi quæcunque Altaria fixa & portatilia, apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 327. quæ incipit* In Causa, *& refert etiam* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Abbate, *pag. mihi* 4. 2865

1644. 19. Apr. —— Sacerdos Regularis potest retineri in Carceribus Religionis ad simplicem tantùm correctionem, dummodo extractio ab Ecclesia sit facta auctoritate & licentia Episcopi, ut respondit *Congregat. Immunit. Eccles. in Mediolanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congrrgat. verb.* Delinquens, *sub num.* 1. 2866

1644. 19. Apr. —— Oblati, qui seipsos & omnia Bona perpetuò & irrevocabiliter ac plenè Religioni obtulerunt, gaudent privilegio fori & exemptione, quamvis sint constituti Procuratores Monasterii ad nutum Superioris ejusdem amovibiles, 2867

dummodo ad proprium commodum nihil percipiant, ut reſcripſit *Congregat. Immunit. in Caputaquen. apud* Riccium *in Synopſi Decretor. d. Congregat. verb.* Oblatus, *num.* 5.

1644 20. Apr. —— Conſtitutio ſupra poſita & edita anno 1643. 10. Junii quoad Præcedentiam Fratrum Diſcalceatorum S. Franciſci ſuper Fratribus Eremitis S. Auguſtini confirmatur & approbatur, ac ad omnes ejuſdem Ordinis & Regnorum Hiſpaniarum Provincias extenditur, ita quod ſuper præmiſſis à quibusvis cujuslibet alterius Ordinis Regularibus & præſertim dictis Fratribus Eremitis S. Auguſtini moleſtari nullatenus poſſint. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtit.* 334. *qua incipit* Cùm ſicut. ¶ Vide infra, 1647. 13. Apr. 2868

1644. 20. Apr. —— Regulares, qui abuſi ſunt recurſu ad Sanctum Officium, & de ordine ipſius carcerati, non privantur actibus legitimis, prout declaravit *Congregatio Sancti Officii, apud* Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Actus legitimi, *ſub numer.* 3. *pag. mihi* 14. 2869

1644. 20. Apr. —— Conſtitutio ſuprapoſita & edita anno 1602. 7. Septembris, quod nempe Fratres Minores S. Franciſci de Strictiori Obſervantia Reformati non ſunt novi Religioſi, approbatur, nec non Conſtitutio penultima præcedens circa eorum Præcedentiam confirmatur. *Urbanus VIII. in Bullar Rom. tom.* 5. *Conſtit.* 335. *qua incipit* Cùm ſicut. ¶ Vide infra 1647. 13. Apr. 2870

1644. 27. Apr. —— Quando agitur de Monaſterii præjudicio, tunc citatio exequenda eſt capitulariter, requirendo Superiorem ut congreget, ad tradita per Gloſſ. *in cap. ſi Capitulo, verb. factum, de conceſſ. Præben. in 6.* Alex. *conſ.* 219. *num.* 2. & 11. *lib.* 6. & ex eis dixit *Rota in Romana nullitatis Deliberationis coram* Ghiſilerio, *deciſ. recent. par.* 9. *tom.* 1. *deciſ.* 275. *num.* 17. 2871

1644. 10. Maii. —— Moniales fatuæ vel amentes Ordinis B. MARIÆ de Monte Carmelo Diſcal- 2872

ceatorum primitivæ observantiæ de Congregatione Hispaniæ, per triennium confirmatæ non computentur in numero viginti unius à Constitutionibus dictarum Monialium præscripto, sed aliæ eorum loco possint recipi, etiam numero viginti unius completo: Quod Decretum in Capitulo generali dictæ Congregationis emanatum confirmat & approbat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 336. qua incipit* Cùm sicut.

1644. 20. Jun. —— Monasterium Sanctimonialium non potest esse unitum Monasteriis Monachorum, ad notata *in cap. definimus* 21. & in *cap. in nullo loco* 22. 18. *quæst.* 2. Abbas *in cap. recolentes* 3. *sub numer.* 3. *de stat. Monach.* Casarub. *in Compend. Privilegior. Mendicant. verb.* Monasteria, *sub num.* 1. *& seqq.* Tamburin. *de Jure Abbatissar. disputat.* 34. *quæsito* 3. *num.* 2. Lezana *in Sum. Quæst. Regular. tom.* 4. *verb.* Monasteria Regularium, *sub num.* 13. Barbosa *de univers. Jure Ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 20. & licèt Monachi curam Sanctimonialium gerant & Bonorum administrationem habeant, non tamen sequitur, Monasteria Monialium Monasteriis Abbatum esse unita, aut esse Grangias, aut dependentia eorundem, ad text. *in cap. dilecta* 14. *de excess. Prælat.* Franc. *Marc. decis.* 955. *numer.* 11. ut dixit *Rota in Spiren. Monasterii coram* Otthobono, *decis.* 9. *num.* 20. *&* 21. 2873

1644. 1. Oct. —— Decretum Congregationis Casinensis revocationis Affictuum Bonorum dictæ Congregationis ad favorem ejusdem factorum & faciendorum confirmatur, & ejus observantia præcipitur sub Excommunicationis pœna per contrafacientes eo ipso incurrenda & Papæ reservata. *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 1. *qua incipit* Exponi, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 328. 2874

1644. 11. Oct. —— Equites S. Stephani gaudent Privilegio Fori, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Recanaten. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* E- 2875

quites S. Stephani, *sub numer.* 1.

1644. 11. Oct. —— Si Litteræ facultatis extrahendi sint ostensæ Regularibus, Episcopus punire debet auctoritate Sacræ Congregationis Regulares oppositores & impedientes extractionem à suo Conventu ad præscriptum earumdem Litterarum: si verò non sint ostensæ, abstinere debet, ut rescripsit *Congregat. Immunit. Eccles. in Tropien. apud* d. Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Litteræ Perquisitionis & Extractionis, *num.* 4. 2876

1644. 15. Oct. —— Oblati Regularium, qui clausträliter vivunt & seipsos & omnia Bona sua præsentia & futura in forma Juris valida obtulerunt, si objerint & sepeliantur in Sepulchro Religionis, non potest Episcopus prætendere ibidem non posse sepeliri, nec vocatur Parochus nec ei datur Quarta Funerum, ut censuit *Congregat. Concil. in Gravinen. apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostol. tom.* 2. *circa Constit.* 3. *Gregorii IX. num.* 36. *pag. mihi* 517. 2877

1644. 15. Oct. —— Validanda est, quatenus opus fuerit, Professio emissa ante legitimam ætatem falsis fidibus, id poscentibus Superioribus & meritis ipsius Regularis optimis, ut respondit *Congregat. Concil. in Mantuana ad cap.* 5. *sess.* 25. *de Regular. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 291. 2878

1644. 15. Oct. —— Regulares postquam sunt approbati ab aliquo Ordinario pro audiendis Confessionibus Sæcularium, si transferantur ad commorandum de familia in aliis Monasteriis sui Ordinis extra Diœcesim, in qua fuerunt approbati, non possunt ibidem audire Confessiones Subditorum dictæ Diœcesis, in qua commorantur de familia, ut rescripsit *Congregat. Concil. in una Regularium ad cap.* 15. *sess.* 23. *de reform. apud* d. Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Confessione, & Confessoribus, *pag. mihi* 196. 2879

1644. 3. Dec. —— Regularis, qui habet votum in Capitulo generali, & ob paupertatem non valet perso- 2880

2876 personaliter ad locum Capituli valde distantem se transferre, non habet sufficientem causam dandi votum in dicto Capitulo per Procuratorem, prout declaravit *Congregat. Concil. in una Bulgaria ad cap. 6. sess. 25. de Regular. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 290.

1645. 22. Jan. —— Eques Hierosolymitanus ratione Privilegiorum suæ Religionis est exemptus à contributione imposita à Communitate super ipsius Bonis causa publicæ necessitatis vigore Brevis Apostolici, 2877 si in præfato Brevi dictæ contributionis non fiat specifica comprehensio ejusdem Religionis Hierosolymitanæ ad formam suorum Privilegiorum, prout rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Ferrarien. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Contributio, *sub num.* 47. 2881

1644. 24. Jan. —— Equites Militiæ CHRISTI gaudent Privilegio Exemptionis pro Bonis Commendæ, 2871 nisi sint de comprehensis in impositionibus de ordine Sanctissimi impositis, ut declaravit *Congregat. Immunit. Ecclesiast. in Urbinaten. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Equites Militiæ Christi, *num.* 3. 2882

1645. 27. Jan. —— Ad electiones Commissariorum in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci Observantium Reformatorum, vel ut maneant ad gubernium Provinciarum vel ut se conferant ad Capitulum generale pro ferendis votis loco Ministrorum Provincialium, non licet procedere, nisi per schedulas & vota secreta, ac per pluralitatem votorum nemine proponente, & ita semper in omnibus Provinciis præfati Ordinis Reformatorum servari mandavit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Julium de Venet. *in Chronolog. historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 95. 2883

1645. 7. Febr. —— Regulares Privilegia Apostolica habentes non possunt prohiberi ab Ordinariis locorum, ne à Dominica Palmarum usque ad Domi- 2884

nicam in Albis inclusivè non valeant administrare Sacramentum Pœnitentiæ. *Innocentius X. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 20. num. 2.* ex Poncio *in Cursu Theolog. disput. 46. quæst. 9. num.* 121. ¶ Hoc etiam antea censuerat Congregatio Concilii *in Burdegolen. anno* 1644. *9. Jun.* ac postea *in Senonen. Societatis JESU anno* 1650. *11. Jun. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 3 form. 2. num. 16. pag. mihi* 41.

1645. 22. Febr. —— Concordiam super jure & forma transportandi Cadavera ad Ecclesias Regularium, & super solutione Quartæ funeralis ac Sepultura Impuberum, initam inter Clerum Sæcularem & Regularem Diœcesis Majoricensis, approbat & confirmat *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 9. quæ incipit* Ex injuncto. 2885

1645. 20. Mar. —— Monasterium non tenetur ad restitutionem pecuniarum ab ejus Ministris receptarum, nisi versæ fuerint in ejus utilitatem, ad text. *in Auth. qui res*, & ibi Doctores, *C. de Sacrosan. Eccles.* Alex. *consil. 4. sub num. 4. volum. 3.* Dec. *consil. 36. sub num. 8. vers. 2. pro responsione*, & ex eis dixit *Rota in Perusina Oblationum coram* Otthobono, *decis. 31. sub numer. 4. pag. mihi* 48. 2886

1645. 24. Mar. —— Regularis potest esse executor testamenti proprii vel alieni, declarando voluntatem suam vel alterius testatoris, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Cassinensium*, & antea *in altera Theatinorum*, *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 26. pag. mihi* 104. 2887

1645. 24. Mar. —— Collegiata Sæcularis per unionem sui Prioratus factam Congregationi Canonicorum Regularium, non remanet extincta nec suppressa, nam sub unione non comprehenduntur Beneficia quæ in eadem Ecclesia constituunt corpus disjunctum ab ipso, ut dixit *Rota in Civitaten. Archipresbyteratus coram* Cerro, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Capitulo, & Canonicis, *pag. mihi* 103. 2888

31. Mar.

1645. 31. Mar. —— Generalis non potest contra Constitutiones anticipare convocationem Capituli, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Olivetanor.* nec potest amovere sine causa Superiores ante tempus: nec exemptionem totalem à Prælatis inferioribus concedere, ut rescripsit *ead. Congregat. in alia Observantium* 1647. 1. *Dec.* nec deputare Priorem, durante electivo, sed tantùm per modum Provisionis, eo impedito, ut declaravit *ead. Congregar. in altera de Mercede* 1645. 5. *Jul. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Generalis, *num.* 4. 2885

1645. 11. Apr. —— Erectio novi Conventus non potest fieri per Regulares, nisi concurrentibus requisitis juxta Constitutionem Clementinam, de qua supra 1603. 23. Julii, & in particulari quod sit distantia quatuor milliarium quæ debent mensurari per terram & non per aerem: milliare autem sit mille passuum, & quilibet passus quinque pedum Romanorum conformiter ad mensuram lapidis existentis in Capitolio: & duo Periti, unus ex qualibet parte, debeant mensurare hanc distantiam, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Murga *in tract. de Benefic. Eccles. quæst.* 8. *num.* 63. *pag. mihi* 675. ¶ Vide infra 1647. 6. Oct. 2886

1645. 7. Maii. —— Vicarii Generales Sede plena, & Vicarii Capitulares Sede Episcopali vacante, possunt Clausuram Monialium Regularibus subjectarum visitare, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2 *Canon. lib.* 1. *tit.* 39. *num.* 4. *vers.* X. amplia, *& iterum in Flosculis, verbo* Visitatio Ordinaria, *vers.* Et die. 2887 888

1645. 23. Maii —— Syndici Conventuum Ordinis Fratrum Minorum de Observantia ex Bulla Clementis Septimi supra posita & edita anno 1526. 16. Aprilis gaudent Privilegio Fori, tam in Causis Civilibus quàm in Criminalibus & mixtis, etiam motis ante eorum deputationem seu institutionem ad officium Syndicatus, ut declaravit *Congregat. Immunitat. Eccles. in Romana, apud* Riccium *in Synopsi*

Decre-

Decretor. d. Congregat. verb. Syndicus, *sub num.* 2.

1645. 9. Jun. —— Expensæ volentibus dicere de nullitate Professionis, sunt subministrandæ per Religionem, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Congregationis Somaschæ*: dummodo maneant in Claustris, prout resolvit *ead. Congregat. d. anno 1645. 6. Oct. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. numer. 31. pagin. mihi* 113. 2893

1645. 23. Jul. —— Coloni Commendæ Religionis Hierosolymitanæ sunt exempti pro portione colonica, ut declaravit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Imolen. apud* Riccium *in Synopsi Decret. d. Congreg. verbo* Colonus Commendæ, *sub n.* 4. 2894

1645. 28. Jul. —— Actu Provincialis eligi non potest Visitator extra suam Provinciam, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Observantium, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canonic. lib. 3. tit. 29. num. 8. pag. mihi* 122. & iterum *in Floscul. verb.* Provincia, *num. 3. ubi num. 2. ait, quod* Privilegium Ex-Provincialis usus Cellæ unius ad ipsius electionem, ut respondit *eadem Congregat. in alia itidem Observantium de Portugallia 1647. 27. Mar.* 2895

1645. 8. Aug. —— Episcopi possunt corpora exhumanda, vulneratos, & testes extrahere facere extra Ecclesias & loca immunia, ad effectum recognitionis & probationis corporis delicti per Judices & Ministros laicos faciendæ, pro eorumdem Episcoporum arbitrio rectè tamen regulato: Superioribus verò Regularium minimè licet, etiam in Ecclesis & lôcis immunibus ipsorum, sed id ad solos Episcopos spectat, ut rescripsit *Congregat. Immunit. Eccles. in Maceraten. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 7. num.* 2. 2896

1645. 11. Aug. —— Non expirat jurisdictio Conservatoris ritè electi, ex eo quod postea desinat esse Judex Synodalis, ut decrevit *Congreg. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tomo 2. Canon. lib. 1. tit. 29.* de Conservatoribus, *n.* 11. *vers. Item, pag. mihi* 47. 2897

9. Sept.

1645. 9. Sept. —— Conceditur novum Monasterium Minoribus Conventualibus S. Francsei in Posnania, dummodo non quęstuent in illa Civitate, prout concedit *Congregat. Episcopor. & Regular.* pro cujus Decreti observantia litteras ejusdem Congregationis ad Nuncium Poloniæ anno 1646. 5. Octobris transmissas vidit Murga *in Tract. de Benefic. Eccles. quæst.* 8. *num.* 65. *pag. mihi* 676. 2898

1645. 12. Sept. —— Missionarii Regni Chinensis debent novis Christianis, quamprimùm baptizantur, intimare jus positivum tanquam obligatorium sub peccato mortali quantum ad Jejunia, Festa servare, & confiteri semel in anno, ac communicare, eo modo quo obligantur Indi in nova Hispania & Insulis Philippinis, juxta dispositionem Pauli Tertii pro Indiis Occidentalibus, ut censuit *Congregatio de propaganda Fide*, mandante observantiam Innocentio X. sub pœna Excommunicationis Sedi Apostolicæ specialiter reservatæ, ut refert Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Piguatel. par.* 2. *tit.* de Missionariis, *pag. mihi* 63. 2899

1645. 22. Sept. —— Si conventus concedatur pro certo Novitiorum numero, non intelligitur propterea designatus in locum Novitiatus, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Cœlestinor. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Novitius, *num.* 2. *ubi num.* 3. *ait, quod* si ad tempus, licèt eo elapso facultas expiret, quo tamen ad receptos prorogatur usque ad Professionem, prout rescripsit *ead. Congregat. in alia Servitar.* 1646. 8. *Jun.* 2900

1645. 22. Sept. —— Jesuitarum Generalis cum voto Assistentium potest dimittere eos qui emiserunt vota biennij, vel cum onere transeundi ad aliam Religionem, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea *anno* 1620. 14. *Febr. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 31. *num.* 5. *pag. mihi* 108. 2901

1645. 23. Sept. —— Commissarii Terræ Sanctæ tenere possint unam clavem Arcæ eleemosynarum Locis 2902

Locis ejusdem Terræ Sanctæ erogandarum, & alia maneat penes Syndicum Apostolicum, ut pro tutiori earumdem eleemosynarum custodia concedit *Innocentius X. in Bullar. Romano, tom. 5. Constitut. 11. quæ incipit* Cùm sicut, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 54.

1645. 29. Sept. —— Ordinarius abstinere debet à pœnis pecuniariis contra Regulares, prout censuit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Conventualium, apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Pœna, *sub num. 7. pag. mihi* 385. 2903

1645. 6. Oct. —— Fratribus Discalceatis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum non est impedienda quæstuatio pro dicta Captivorum Redemptione, ut decrevit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una ejusdem Ordinis, apud* d. Nicol. *in dd. Flosculis, verbo* Quæstor, *sub numer. 6.* 2904

1645. 7. Nov. —— Nullus deinceps in Decanum Congregationis Casinensis eligi possit, nisi prius in Sacra Theologia vel Sacris Canonibus consuetos cursus sine interruptione peregerit, earumque facultatum publicas conclusiones laudabiliter sustinuerit, habita de his omnibus in scriptis ac juramento firmata à suis Lectoribus attestatione per Capitulum generale approbanda: Theologiæ verò cursus nonnisi per integrum septennium, computato triennali cursu Philosophiæ, adimpleri possit: Hujus tamen Decreti obligatione non teneantur, nisi qui nondum sexennium in Congregatione impleverint: Quo verò Religionis ordine provectiores fuerint, studio Moralis saltem Theologiæ incumbere debeant, nisi supradictos cursus & ipsi peregerint, aliàs in Decanos eligi nequeant. *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom. 5. in Constit. 14. quæ incipit* Cùm sicut, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 330.* 2905

1645. 20. Nov. —— Neque Vicarius Provincialis Ordinis Minorum S. Francisci in Ministrum, neque Mini- 2906

Minister in Vicarium vel Commissarium Provincialem, neque Vicarius in Commissarium aut Vicarium Provincialem eligi possit, nisi saltem per integrum triennium ab hujusmodi officiis vacaverit, & aliter electi cessare debeant à notificatione præsentium: Cessiones autem seu renunciationes fieri nequeunt, nisi cum expressione causæ à Definitorio cognoscendæ & approbandæ, sed causa semel admissa & ea durante, ad hujusmodi officia neque per electionem neque per subrogationem aut quamcunque aliam viam resignantes seu cedentes assumi possint aut munia prædicta exercere: Denique tam in casu suspicionis Judicum (quando est proferenda sententia) quàm in casu publicæ diffamationis inquisitorum, juxta *cap. 4. de Accus.* (quando causa ante electiones expediri non potest) procedendum est secundùm dispositionem Juris Communis, ubi Constitutio particularis ejusdem Ordinis non provideat, prout respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Vacantia, *num. 5. pag. mihi* 505.

1645. 16. Dec. —— Moniales ad Habitum & Professionem in Monasteriis Regularium curæ subjectis non possunt admitti, tanquàm si Episcopus, & eo absente vel impedito, illius Vicarius vel aliis ab eo deputatus earum voluntatem & conditiones exploraverit, ut rescripsit *Congregat. Concil. in Lectoren. ad cap. 17. sess. 25. de reform. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 71. 2907

1646. 12. Jan. —— Non competit Prædicatoribus generalibus, & Novitiorum Magistris jus suffragandi in Capitulo generali, nisi de consensu & voluntate ejusdem Capituli fuerint inter Vocales adscripti, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regul. in una S. Benedicti de Portugallia, apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Vox, *num.* 4. 2908

1646. 29. Jan. —— Verba prolata in actu non determinato ad emittendam Professionem seu Ratificationem 2909

nem, sed ad alium finem, non deserviunt ad inducendam dispositionem, text. *in l. Divus* 25. *ff. de milit. testam. l. Arianus* 47. *ff. de act. & oblig. & l. quicquid adstringendæ* 99. quia Ratificatio non præsumitur, nisi ex verbis vel factis necessariò inferatur, Bart. & Castr. *in l. Paulus respondit aliàs*, Aret. *consil.* 128. *sub num.* 9. eamque excludunt coactio & aversio multis artibus tentata, Farinac. *lib.* 2. *crim. decis.* 260. *num.* 3. Rimin. *consil.* 67. *sub num.* 24. itemque protestationes contrariæ tam in actu Professionis quàm Ratificationis, ad text. *in l.* 2. *C. de his qui propr. met.* Bart. *in l. omnes Populi, num.* 31. *ff. de just. & jur.* ex quibus simul junctis proculdubio inexcusabilis patet invaliditas Professionis seu Ratificationis, Sanch. *lib.* 2. *disput.* 45. *num.* 22. Prat. *discept. cap.* 18. *à num.* 43. *ad* 48. Ratificatio autem non sufficit cessante consensu Monasterii, non est enim integrum reclamanti post querelam quandocunque voluerit ad Professionem redire absque nova voluntate & consensu Monasterii, *l. quæsitum* 4. *ff. de acquir. possess. cap. ex eo* 38. *de reg. jur. in* 6. & ex eis dixit *Rota in Ulixbonen. nullitatis Professionis coram* Arguelles, *decis.* 9. *à num.* 30. *ad* 39. *pag. mihi* 20. ¶ Vide infra 1646. 10. Dec.

1646. 29. Jan. —— Professio est contractus ultro citroque obligatorius, quo Novitius Deo, Monasterium autem Novitio ad eum tenendum & alendum adstringitur, ut aliis relatis probat Tamburin. *de Jure Abbat. disput.* 6. *in fin.* ideo necesse est, quod utriusque contrahentium consensus concurrat, sicut & in cœteris contractibus correspectivis latè Ponce *de Matrim. lib.* 4. *cap.* 24. & 25. *per tot.* & hoc etiam est indubitatum in Jure, *ut in l. omnibus* 50. *ff. de act. & oblig. l.* 1. §. *conventionis* 3. *ff. de pact.* ac insuper quod simultaneè in eodem actu conveniat, quia consensus semper præsumitur præstitus sub conditione, si alter statim consentiat *l. duos reos* 6. §. *fin. l. si ex duobus* 12. *ff. de duob. reis, l. continuis* 137. *in princ. ff. de verb. oblig.* Data denique scientia Monasterii quoad nullita- 2910

nullitatem Professionis, necessarius est novus consensus ad illius ratificationem, & dum nullitas fuit ab initio publica, nemo in quæstionem revocat, quin sit ratificanda coram Superiore solemniter, Bord. *cap. 6. quæst. 14.* Sanch. *de Matrim. disput. 37. num. 48.* & ex eis prosequitur *Rota in d. Ulixb. nullit. Prof. cor. Cod. ibid. à n. 42. ad 52.* ¶ Vid. inf. 1646. 10. Dec.

1646. 21. Febr. —— A Patribus Societatis JESU & aliis Regularibus solvendæ sunt Parochis & aliis Beneficiatis Regni Poloniæ Decimæ, quæ solvebantur à Laicis, priusquàm Bona in ipsorum Patrum & aliorum Regularium proprietatem fuerunt translata, firmis tamen remanentibus transactionibus desuper factis: Et hoc Sacræ Concilii Congregationis Decretum confirmat & approbat *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 10. quæ incipit* Nuper, *& referunt etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 30. num. 6.* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Seminario, *pag. mihi* 383. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 10. num. 27.* ¶ Vide infra, 1650. 31. Jan. 2911

1646. 27. Febr. —— Canonici Regulares Lateranenses in vim motus proprii Urbani Octavi tenentur ad solutionem gabellæ carnis, etiam pro animalibus quæ in propriis Domibus & Monasteriis mactantur, ut declaravit *Congregat. Immunit. Ecclesiast. in Ravenaten. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Regulares, *sub num. 5.* 2912

1648. 16. Mar. —— Religio Pauperum MATRIS DEI Scholarum Piarum in Congregationem similem Instituto Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii absque ullorum votorum emissione gubernandam reducitur, ita tamen ut Religiosi nunquam possint denominari Presbyteri seu Clerici Congregationis Oratorii vel S. Philippi Nerii, prout reducit *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 11. quæ incipit* Ea, quæ. 2913

1646. 23. Mar. —— Magister Novitiorum habere debet 2914

debet ætatem & alia requisita in Constitutione Clementis Octavi supra posita & edita anno 1603. 19. Martii contenta, etiam in Religione Ministrantium Infirmis, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea *anno* 1645. *6. Oct. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Novitius, *num.* 14.

1646. 7. Apr. —— Bannimenta, cum prohibitione Piscationis & Venationis in Bonis Congregationis Casinensis & Monasterii S. Petri Perusini vigore Privilegiorum Eugenii Quarti Congregationi S. Justinæ concessorum, promulgare contra Ecclesiasticos Sæculares & Regulares concedit *Congregatio Concil. in Perusina, apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut. 507. qua incipit Italicè* Acciò. 2915

1646. 13. Apr. —— Licentiæ Accessus vel Ingressus in Monasteria exempta etiam Regularibus subjecta, nisi ab Ordinario quoque subscriptæ fuerint, nullæ sunt, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Neapolitana, apud* Nicol. *in Floseulis, verbo* Monasterium, *num.* 11. 291

1646. 14. Apr. —— Abbas Commendatarius Monasterii Ordinis S. Basilii Nullius Provinciæ Messanensis, Archimandrita nuncupatus, jurisdictionem spiritualem & temporalem habens cum usu Baculi & Mitræ, nullam tamen habens Curam aliquam Regularem nec Sacramentalem Monachorum vel Personarum sæcularium, non tenetur ad personalem residentiam, ut resolvit *Congregat. Concil. apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Constit. 6. Alexandri III. num.* 18. *pag. mihi* 124. ¶ Hoc Decretum habetur etiam in novissimis meis additionibus ad Lantusca *in Theatro Regular. Decreto 3. pag.* 810. 2917

1646. 14. Apr. —— Regularis Sacerdos, qui absque prævia Ordinarii approbatione Confessiones Personarum sæcularium audit, puniri potest ab Episcopo pœnis etiam Censurarum, licèt in Concilio Tridentino nulla legatur pœna adjecta, nec à quo sit puniendus, ut censuit *Congregat. Concil. in Neapolitana ad cap.* 15. *sess.* 27. *de reform. apud* Pascucc. *in Compend.* 2918

pend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. *tit.* de Confessione, & Confessionibus, *pag. mihi* 195. & *refert etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 1. *num.* 2. *pag.* 37.

1646. 4. Maii. —— Quamvis Religiosus possit esse Commissarius & Executor Testamenti, obtenta Prælati licentia, ut *in cap. fin.* & ibi Gloss. *in verb. Religiosus, de testam.* Caval. *quæst.* 88. *in princ.* Lopez. *in l.* 2. *tit.* 10. *par.* 6. de qua non est standum dicti Religiosi dicto, *cap. veniens, cap. cùm à nobis, de testib.* & quam debere præcedere tenuit Gloss. *in Clem. unic. in verb. obtenta, de testam.* sufficit tamen, quod declaratio ante executionem fuerit approbata à Superiore, præterquàm quod executio facta à Regulari ex defectu licentiæ non irritatur, Covar. *in cap. tua à nobis, num.* 2. *de testam.* & multi relati à Grass. *lib.* 2. *recept. sent. art. executores, num.* 9. & non requiri licentiam, quando est Executor tantùm ad legata pia tenent Sanchez *in Decalog. lib.* 6 *cap.* 11. *num.* 9. Novar. *regul. in verb. testamenti executor, num.* 3. Ex eo tamen infirmari videtur declaratio Religiosi, quia licèt Regularis Commissarius vel Executor possit nominare suum Monasterium, Bart. *in l. cum quidam, numer.* 3. *ff. de leg.* 2. Gonzal. *ad reg. Cancellar. gloss.* 2. *num.* 18. Rodriq. *tom.* 3. *quæst.* 70. *art.* 4. non potest tamen proprium commodum respicere, Sarm. *lib.* 2. *select. cap.* 6. *num.* 34. Paris. *consil.* 26. *numer.* 22. *lib.* 4. nec in proprios usus potest quidquam convertere, Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 9. ut dixit *Rota in Romana Bonorum seu Fructuum coram* Arguelles, *decis.* 14. *à num.* 6. *ad* 12. *& à numer.* 23. *ad* 26. *pag. mihi* 30. ubi tamen *sub num.* 35. *dictum fuit, quod* potest aliquid honestum & moderatum ad suum usum retinere pro illis expensis, quas Monasterium pro ipso facere deberet, ex Paris. *d. consil.* 26. *sub num.* 24. 2919

1646. 20. Maii. —— Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur intervenire Oleorum Consecrationi, si alii Curati teneantur, prout declaravit & resp. 2920

pondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Faventina, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Hierosolymitani, *sub num. 9. pag. mihi* 250.

1646. 25. Maii. —— Ad solutionem Quartæ Funeralium non teneri Patres Societatis JESU privilegiati per communicationem Privilegiorum Ordinum Mendicantium, ex Decisione declarat *Rota in Cracovien. Quarta Funeralium coram* Peutingerio, *apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut.* 589. 2921

1646. 1. Jul. —— Licet Capitulis, quoties Defunctorum Funera ad Ecclesias etiam Regularium comitentur, ingredi Ecclesiam, atque in illa super ipso Corpore Psalmum *Miserere* vel *De profundis* cum Versiculo & Responsorio ac Oratione recitare vel decantare, sed sine Stola & sine Pluviali, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea *in una Conventualium* 1606. 1. *Jul.* ac in *Cremonen.* 1604. 9. *Aug. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Sepultura, *numer.* 17. 2922

1646. 4. Jul. —— Sindicus non habet facultatem præjudicandi Monasterio, nec ejus possessionem dimittendi, Coccin. *decis.* 452. *sub num.* 9. *vers. denique non efficit*, Gregor. XV. *decis.* 546. *sub num.* 11. *vers. quia sententia*: & sicuti non præjudicat Fratrum possessioni, ita neque valet iisdem impedire manutentionem, Rolan. *consil.* 63. *numer.* 24. *lib.* 4. Mandos. *ad regul. Cancellar.* 32. *quæst.* 31. *sub num.* 16. Osasch. *decis.* 165. *sub numer.* 13. Caputaq. *decis.* 82. *sub num.* 1. *par.* 3. & ex eis dixit *Rota in Pisauren. Manutentionis coram* Arguelles, *decis.* 24. *sub numer.* 4. & 7. *pagin. mihi* 63. 2923

1646. 4. Jul. —— Dum omnes articuli tendunt ad probandum, Abbatem Generalem Montis Virginis uti Ordinarium Oppidorum semper exercuisse in illis, eorumque habitatoribus jurisdictionem temporalem & spiritualem, omnesque alios actus spectantes ad Episcopos, cum scientia & patientia Episcopi pro tempore & quidem ab immemorabili, 2924

hoc

hoc certè est valdè relevans & coadjuvat Privilegia Generali prædicto & ejus Congregationi concessa: Aliud autem est, quod Abbas Generalis prætendat 2921
simplicem exemptionem ab Ordinario, & aliud est si prætendat Jurisdictionem quasi Episcopalem in proprio Territorio, nam si sit tanquam Ordinarius, utitur Decretis Concilii Tridentini in favorem Ordinariorum emanatis: Episcopus enim vigore dicti Concilii potest visitare Personas & Loca simpliciter exempta, secus autem illa quæ præter exemptionem habent etiam Jurisdictionem quasi Episcopalem cum separato Territorio, Azor. *Instit. Moral. lib.* 12. *cap.* 18. *vers.* 6. *in sess.* 7. Ricc. *in Prax. For. Eccles. par.* 1. *resol.* 138. *num.* 1. *& seqq.* cum aliis adductis per Gratian. *discept.* 212. *num.* 33. *& seq.* & ex eis dixit *Rota in Avellina Jurisdictionis coram* Otthobono, *decis.* 82. *per tot.* 2922

1646. 13. Jul. —— Capuccini retinère possunt Tabernaculum ligneum, affabrè laboratum, in quo reservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, prout censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flosculis*, *verb.* Tabernaculum, *num.* 2. 2925 2923

1646. 13. Jul. —— Confessarii Regularium restringi non debent ad duos pro qualibet Ecclesia, prout declaravit & resolvit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flosculis*, *verbo* Confessarius, *sub num.* 6. *pag. mihi* 113. 2926

1646. 28. Aug. —— Ut provideatur periculis & damnis imminentibus ob retardationem & omissionem solutionum debitarum per Monasteria Congregationis Casinensis tam Procuratiæ generali Romæ quàm Capsæ Venetiarum, prohibetur singulis annis accessus ad Capitulum generale illis Prælatis (& Cellerario datur privatio officii Cellerariæ) quorum Monasteria suis debitis temporibus Taxas & Annatas debitas, necnon solutiones vel debita nuncupata *Conto à parte* non persolverint tam ipsi Procuratiæ quàm Capsæ Venetiarum: & si contra præsens Decretum accesserint ad locum Capituli, sus- 2927 2924

pendantur Abbates per annum ab administratione Abbatiæ: nec liceat Reverendissimo Patri Procuratori & Capsario affirmare in suis computis, se recepisse pecunias quas effectivè non receperint, in virtute sanctæ obedientiæ: Hoc autem Capituli Generalis Decretum confirmat *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 19. quæ incipit* Ea, quæ, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 331.*

1646. 31. Aug. —— Regulares sunt exempti à gabella Portæ Civitatis pro introductione frumenti, prout exemptos esse declaravit & ita rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Maceraten. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Regularis, *sub num.* 8. 2928

1646. 6. Oct. —— Nec Privilegia, nec Prærogativæ, nec Vox, & ne quidem Superioris nomen convenit ei, qui ignorans electionem de se factam, non capessivit administrationem, prout respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Trinitarior. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Superior, *sub num.* 1. 2929

1646. 6. Oct. —— Romæ & in aliis circumvicinis locis in mensurando usus est pedis Romani sculpti in lapide Capitolii, non autem pedis Græci, licèt sculpti in eodem lapide, prout in responsione ad Capuccinos dixit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea *die* 11. *Apr. ac* 6. *Aug. ejusd. anni, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 25. *numer.* 25. *pagin. mihi* 68. 2930

1646. 16. Nov. —— Regularis, qui calumniavit suum Superiorem, relegatur extra Provinciam cum privatione vocis activæ & passivæ per triennium, ut relegandum censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Augustinianor. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 248. *pag. mihi* 257. 2931

1646. 20. Nov. —— Causæ suspicionis de Patre Generali mittente Visitatorem sunt multæ, propter quas recusari potest Visitator; nempè inimicitia inter ipsum Generalem & Subditum Provincialem; vel 29 2

ma-

magna conjunctio Generalis cum parte contraria, vel si partialiter se gerat contra alios, præsertim quando ille Provincialis est bonæ famæ & tendit ad reformationem suæ Provinciæ; item si Generalis est commensalis partis contrariæ dicto Provinciali, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Fanen.* apud Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 278.

2928 1646. 3. Dec. —— Bona Emphyteutica Sacri Monasterii Casinensis, post generationem finitam, ad manus mortuas translata, ad Monasterium revocanda decernit *Rota in Cajetana Bonorum coram* Cerro, *confirmata anno* 1648. 10. *Jun. coram* eodem, *apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit.* 511. & 515. 2933

2929 1646. 7. Dec. —— Non possunt Regulares virtute suorum Privilegiorum absolvere à Casibus & Censuris Episcopo reservatis, ut in responsione ad Archiepiscopum Neapolitanum dixit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Confessione, & Confessoribus, *pag. mihi* 195. & refert etiam Passerin. *de elect. canon. cap.* 26. *num.* 57. & est juxta Decreta superiùs posita & edita 1601. 9. *Jan.* & 1602. 26. *Nov. ac* 1617. 7. *Januarii*. ¶ Notandum, quod Regulares absolventes Pœnitentes, quos audiunt in Confessionibus, à Casibus Ordinario reservatis, possunt ab ipso Ordinario excommunicari, juxta Concilium Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 7. *de Casuum reserv. apud* Barbos. *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 105. *num.* 78. 2934

2930

2931

1646. 10. Dec. —— Professio emissa metu nulla est, *Concil. Trident. sess.* 25. *de Regular. cap.* 19. nulla autem ratificatio tacita adesse potest, quæ præsumitur ex delatione Habitus & ex actibus Professis tantùm convenientibus cum taciturnitate quinquennali, si pateat ex testibus reclamatio continua, renitentia, & aversio, ex quibus expressus dissensus facit cessare tacitum consensum, Innoc. *in cap.* 1. *de his, quæ vi,* 2935

num. 1. *in fin.* Navarr. *consil.* 34. *sub numer.* 3. Decian. *consil.* 18. *sub num.* 5. *lib.* 3. nec ulla ratificatio expressa dicitur esse, ubi nulla datur probatio ab allegante, à quo dari debet, Mascard. *conclus.* 1255. *sub numer.* 2. ratificatio enim non præsumitur, nisi necessariò inferatur ex verbis aut factis, & ratificare est actum antea gestum ratum habere, text. *in l. quoniam* 12. §. 1. *ff. rem ratam haberi*, & ejus natura est retrotractio, *l. fin. de bon. poss. l. fin. C. ad S. C. Maced. l. donat.* 25. & licèt metus appareat ex testibus, probari etiam potest ex conjecturis quæ sufficiunt, Seraph. *decis.* 771. *sub num.* 2. Honded. *consil.* 29. *num.* 21. *lib.* 1. Cabrer. *de met. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. & ex eis dixit *Rota in Ulixbonen. nullitatis Professionis coram* Arguelles, *decis.* 25. *pagin. mihi* 65. ¶ Vide supra, 1646. 29. Jan.

1646. 15. Dec. —— Clerici & Sacerdotes subjecti jurisdictioni Abbatum, qui sunt intra Diœceses Ordinariorum, tenentur observare Constitutiones Synodales earumdem Diœcesum, adeo ut puniri possunt, nec dicti Abbates seu eorum Vicarii facere possunt Edicta dictis Constitutionibus adversantia, ut respondit *Congregat. Concil. in una Burgi S. Sepulchri*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par.* 1. *tit.* de Abbate, *pag. mihi* 2. 2936

1647. 23. Jan. —— Bona Abbatiæ Farfensis emphyteutica, sunt transitoria ad quoscunque etiam extraneos, sed hoc intelligi debet de his qui aliàs capaces existunt, non verò de incapacibus, *leg. ut gradatim*, §. *& si lege*, *ff. de muner. & honor.* Bald. *cons.* 207. *Quæstio est*, *Spurius*, *num.* 3. *vers. quid ergo est*, *lib.* 2. Ruin. *cons.* 105. *num.* 11. *vers. Prædicta etiam*, *lib.* 3. Gabr. *cons.* 83. *à num.* 3. *vers. Verum puto*, *& seqq. per tot. lib.* 2. cum plurib. aliis citatis à *Rota in Farfen. Bonorum coram* Corrado, *apud* Zacchiam *quæst. Medico-leg. tom.* 2. *in fine*, *decis.* 90. *n.* 11. *&* 13. 2937

1647. 9. Febr. —— Non possunt Regulares in suis Ecclesiis, contradicente Episcopo, petita ab eo & non obtenta licentia, prædicare, nisi ex legitima 2938

con-

consuetudine, ut declaravit *Congregat. Concil. in Forolivien. ad cap. 4. sess. 24. de reform. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 291.

1647. 23. Febr. —— Sub Decreto de rebus Regularium non alienandis supra posito & edito anno 1624. 7. Septembris comprehenduntur non solùm immobilia, sed etiam mobilia pretiosa, quinimò etiam Libri manuscripti antiqui ac pretiosi, itemque Picturæ magni valoris, prout declaravit atque respondit *Congregatio Concil. in Florentina, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 6. Benedicti XII. sub num. 8. pag. mihi* 181. 2939

1647. 23. Febr. —— In Capitulis Provincialibus aut Congregationibus Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini duo vel plures in primo vel secundo gradu consanguinei vel affines nullatenus simul conveniant & votare possint, & multò minus Diffinitorium simul ingredi & concurrere etiam ad tertium gradum eodem biennio vel triennio valeant, nec tales in prædictis gradibus primo & secundo conjuncti, si fuerint Sacerdotes vocem habentes, in eodem Monasterio conventualiter degere possint, nisi communi Patrum Diffinitorii consensu per vota secreta accedente, scilicet in evidentibus inevitabilis necessitatis: tum verò ille, cum quo fuerit dispensandum, toto dicto tempore intercedente, in eo Conventu voce passiva omninò careat, & activam in illis tantùm electionibus aut propositionibus habeat in quibus talis ejus consanguineus non votaverit: quando autem duo vel plures hujusmodi consanguinei vel affines casu aliquo votum haberent, dignior ratione officii solùm ad Capitulum accedat: & si contingat quod multi non ratione officii sed legis & privilegii concurrant, tunc Professione antiquior votare poterit, si voluerit: Hoc autem Decretum à dicto Ordine editum approbat & confirmat *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 22. qua incipit* Injuncti. 2940

1647. 23. Febr. —— Potest deputari Regularis ad Præbendam Theologalem in Ecclesia Cathedrali per Episcopum erigendam, non in titulum, sed sua vita durante: si verò erigatur Præbenda de proprio, tunc poterit concedi, ut rescripsit *Congregat. Concil. in una Montisfalisci ad cap.* 1. *sess.* 6. *de reform. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Capitulo, & Canonicis, *pag. mihi* 106. 2941

1647. 15. Mar. —— Administrationem Cellerariæ Monasteriorum Congregationis Casinensis committendam tantùm Decanis cum titulo Cellerarii, non autem simplicibus Sacerdotibus cum titulo Oeconomi constituit *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 24. *quæ incipit* In his, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constitut.* 332. 2942

1647. 16. Mar. —— Abbas Regularis non benedictus potest (quatenus habeat Privilegium) Ordines conferre suis Subditis Regularibus & non aliis, & conferens Ordines minores non Subditis in Loco exempto, in Diœcesi Episcopi, potest ab eodem Episcopo puniri, ut respondit *Congregat. Concil. in Panormitana, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Abbate, *pagin. mihi* 1. 2943

1647. 24. Mar. —— In Concilio Tridentino *cap.* 5. *sess.* 25. *de Regular.* & in Constitutione Gregoriana supra posita & edita *anno* 1622. 5. *Februarii* quoad jus visitandi Clausuram comprehenduntur omnes Ordines etiam Cistercienses, ut ad dubium ab Episcopo Ratisbonensi & Abbate Monasterii in Allerbarc propositum respondit *Congregat. Concil. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 25. ex Pignatel. *tom.* 6. ¶ Hoc Decretum habetur etiam in novissimis meis additionibus ad Lantusca *in Theatro Regular. Decreto* 4. 2944

1647. 27. Mar. —— Quando pro Parochiis vacantibus non inveniuntur Presbyteri Sæculares idonei, possunt ibi poni Regulares, non in titulum seu Vicariam, 2945

carìam, ſed ad nutum amovibiles, vel tanquam Oeconomi, & maximè ex his qui reformationem recipere nolunt, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular.* & antea *in Cameracen.* 1629. 9. *Nov. ac in Tortonen.* 1583. 26. *Apr. necnon in Ferentina* 1581. 8. *Aug. apud* Nicol. *in Floſculis, verb.* Cura Animarum, *ſub numero* 13.

1647. 13. Apr. —— Litteras Urbani Octavi (de quibus ſupra 1630. 9. Jan. & 1643. 10. Jun. ac 1644. 20. Apr.) ſuper Præcedentia inter Eremitanos S. Auguſtini & Franciſcanos Strictioris Obſervantiæ, ad terminos Juris reducit, & ubique terrarum ſervandam eſſe Conſtitutionem Gregorianam ſupra poſitam & editam anno 1583. 15. Julii declarat *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Conſtit.* 14. *quæ incipit* Romanus Pontifex. 2946

1647. 25. Apr. —— Verba illa, quæ leguntur in Conſtitutionibus Fratrum Diſcalceatorum S. Auguſtini de Congregatione Galliæ noviſſimè impreſſis, par. 1. cap. 5. de voto Paupertatis, §. 2. videlicet, *Conventus autem S. P. N. Auguſtini licebit acceptare, & reformare, ac in eis vices & miniſteria aliorum Religioſorum ſupplere*, fuerunt malè & per errorem dictis Conſtitutionibus etiam in Originali appoſita & inſerta, ac proinde delenda ſunt & pro non appoſitis habenda: Et hoc Sacræ Regularium Congregationis Decretum confirmat *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Conſtitut.* 15. *quæ incipit* In his. 2947

1647. 14. Jun. —— Irrefragabile fundamentum eſt nullitatis Profeſſionis emiſſæ in Sacra Religione Hieroſolymitana ante decimum ſextum annum expletum, contra expreſſam diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de Regular.* & Statutorum ejuſdem Religionis *tit.* 2. *del ricevimento de' Fratelli, cap.* 13. 14. & 15. quæ in hac etiam parte conveniunt cum Decretis dicti Concilii, dum expreſsè prohibent, minores antequàm perveniant ad decimum octavum eorum ætatis annum, recipi 2948

ad

ad Habitum, & aliter receptos privant beneficio Antianitatis & aliis, prout legitur *in dicto cap.* 14. unde qui tempore Professionis emissæ non habet ætatem requisitam, remanet in statu laicali, & incapax Commendarum & aliorum Beneficiorum Religionis, tam ex dispositione dictorum Statutorum in *cap. 63. tit. delle Commende*, quàm Juris Communis, secundùm quod Beneficia Regularia non Sæcularibus, sed Regularibus dumtaxat sunt conferenda, *cap. cum de Beneficio 5. de Præben. in 6.* Clement. unic. *de supplen. negligen. Prælator.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 8. sub num. 8.* & ex eis dixit, *Rota in Pictavien. Commenda coram* Otthobono, *decis. 117. a num. 1. ad 4.*

1647. 14. Jun. —— Nullitas Professionis evitari non 2941
potest sub prætextu tacitæ Professionis deductæ ex delatione Habitus & ex aliis per aliquem gestis, quia dum quis obtinuit à Summo Pontifice Breve restitutionis in integrum, & vigore hujus Brevis etiam sententiam illius Professionem nullam declarantem, excluditur ex hoc tacita Professio, stante expresso dissensu Profitentis, ut probant Innoc. *in cap. 1. sub num. 1. & in fin.* Joan. de Anan. *sub num. 7. & num. 9.* Butr. in fin. & alii, *de his, quæ vi, metusve causa fiunt*, Bald. *consil. 206. lib. 4.* Navar. *consil. 34. num. 3. de Regular.* Decian. *consil. 18. num. 5. lib. 3.* Honded. *consil. 78. num. 4. 23. & 26. lib. 2.* neque impugnari ab eo potest sententia ad ipsius instantiam & favorem prolata, sed in ejus præjudicium valida & omninò justa præsumitur, *l. si servus plurimum 53. §. 1. ff. de legat. 1. l. transactione, la 2. C. de transact.* latè Peregr. *de Fideicomm. art. 53. n. 33. & seqq.* non enim potest quis in Judicio proponere id, cujus contrarium fecit approbare per sententiam, Roman. *consil. 347. num. 9. vers. an instantia*, Gabr. *de reg. jur. conclus. 1. num. 44. & 47.* nec suffragatur licentia deferendi Habitum à Magno Magistro Religionis Hierosolymitanæ obtenta, quæ propterea denotat eum non fuisse Religiosum, cùm licentia nihil aliud sit, quàm collatio libertatis concessa ei,

qui

qui eam non habet ex seipso, *cap licet* 18. *de Regular.* Bald. *consil.* 290. *ante fin. lib.* 3. & ex eis prosequitur *Rota in d. Pictavien. Commenda coram* eodem, *ibid. à num.* 5. *ad* 10.

1647. 25. Jun. —— De cætero jus non habeant accedendi ad Capitulum generale Ordinis S. Basilii, aut in eo suffragium ferendi, Superiores Prioratuum, nec Magistri, nec illi quos appellant Monasteriorum Vocales, seu Conventuales: sed personaliter accedere possint & debeant, ac in electione Abbatis Generalis, cæterisque actibus Capitularibus, vocem activam habere infrascripti dumtaxat, videlicèt, Abbas Generalis, Visitator Provincialis, & Diffinitor unus pro qualibet Provincia, Procurator Ordinis, Abbates, seu Priores cujuscunque Monasterii actu administrationem habentes, Consultor, ac Secretarius Abbatis Generalis: Pro Terdonensi verò Provincia tres Diffinitores Laici, præter Visitatorem Provincialem, & Abbates: In Capitulis autem generalibus deinceps celebrandis habebunt etiam similem vocem duo Assistentes Abbatis Generalis in quolibet Capitulo generali eligendi, unus scilicet ex Provinciis Italiæ & alter ex Provinciis Hispaniarum, qui in negotiis Religionis votum consultivum habebunt, eisque à suis Provinciis sumptus necessarii suppeditari debebunt: Quod si aliquis ex Abbatibus legitimo detineatur impedimento quominus ad Capitulum per seipsum accedere valeat, loco sui mittatur Discretus à Conventu eligendus qui secum deferat litteras testimoniales suæ electionis: loco verò Visitatoris Provincialis, aut Diffinitoris itidem legitimè impediti, mittatur alius eligendus à Visitatore Provinciali cum duobus Diffinitoribus ejusdem Provinciæ qui litteras similiter secum ferat ut supra: Hoc autem Decretum à Congregatione nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum per Papam deputata emanatum confirmat & approbat *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 28. *qua incipit* Cùm sicut. 2956

1. Jul.

1647. 1. Jul. —— Inter Regulares magis rei veritas, quàm ſcrupuloſus judiciorum ordo conſideratur, *cap. qualiter & quando* 24. *in fin. verſ. hunc tamen ordinem, de accuſ.* & *cap. ad petitionem, eod. tit.* & habetur etiam *in Conſtit. Clementis Quarti, la* 3. §. 28. *verſ. ſi verò, in Bullar. Rom. tom.* 1. & ex eis dixit *Rota in Poſnanien. Abbatia coram* Celſo, *deciſ.* 25. *ſub num.* 9. *pag. mihi* 33. 2951

1647. 1. Jul. —— Si Eccleſia ſit membrum Monaſterii, & de juribus & pertinentiis illius, exemptum à juriſdictione Ordinarii, & ſub immediata protectione Sedis Apoſtolicæ, ſequitur, quod jus conferendi ad Abbatem ſpectet, *Clem. unic.* & ibi DD. *de ſupplen. neglig. Prælat.* Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 23. *num.* 21. cum pluribus relatis per modern. Roman. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 139. quod autem jus conferendi ſpectet ad Abbatem, probari poteſt ex enunciativis antiquiſſimis, quæ quidem habent vim famæ & plenè probant, Aretin. *conſil.* 42. *ſub num.* 1. Achill. *deciſ.* 7. *num.* 1. *de jurepatron.* & ſatis docetur ex pluribus proviſionibus & collationibus ſucceſſivè factis per Abbates anteceſſores, Oldrad. *conſil.* 229. *ſub numer.* 2. ex renunciatione Beneficii facta in manibus Abbatis, & ex ſubſequuta illius Beneficii collatione, nemo enim præſumitur velle jactare ſuum, *l. cum de indebito* 25. *ff. de probat.* ut dixit *Rota in Fanen. Parochialis coram* Otthobono, *deciſ.* 125. *à num.* 1. *ad* 7. 2951

1647. 19. Jul. —— Regularis debet eſſe Filius illius Conventus, in quo vel nomine cujus emiſit Profeſſionem, ut decrevit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Trinitarior.* & concurrere ad omnia Officia & Prælaturas illius, ac ſi natus ibi fuiſſet, ut cenſuit *ead. Congregat. in altera Canonicor. Regular. S. Salvator.* 1654. 21. *Aug. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Filius, *ſub num.* 12. *pag. mihi* 227. 2953

1647. 27. Jul. —— Non eſt concedenda facultas convertendi *gli avvanzi de frutti de' Monaſterii ricchi e ben governati* in ſolutionem debitorum, quæ ab aliis Monaſteriis 2954

ansteriis solvi debent, prout censuit & rescripsit *Congregatio Concil. in una Oliveranorum, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 6. Benedicti XII. sub num. 38. pag. mihi* 189.

1647. 17. Aug. —— Generales Ordinum non possunt propria authoritate celebrari facere in Monasteriis aliarum Civitatum vel Provinciarum aut Regnorum etiam extra Italiam, quantitatem Missarum pro quibus uni tantùm Ecclesiæ fuerunt elargitæ eleemosynæ: hoc enim tanquam abusum esse tollendum censuit *Congregat. Concil. in una Regular. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Missæ Sacrificio, *pag. mihi* 45. & est juxta superiùs dicta anno 1625. 21. Jun. de celebratione Missarum. 2955.

1647. 24. Sept. —— Constitutiones Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum vocem & votum in electionibus concedentes Fratribus Laicis ejusdem Ordinis, ab omnibus & singulis ad quos spectat & spectabit inviolabiliter in dicto Ordine observentur, & quicunque Ordinis Superiores & Fratres & Personæ ad earumdem Constitutionum observationem quoad hoc omnibus juris & facti remediis cogi possint. *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 31. quæ incipit* Exponi. 2956.

1647. 8. Nov. —— Potest Episcopus contra Regulares declarare pœnas incursas ex accessu ad Collocutoria Monialium sine licentia, prout censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Accessus ad Monasteria Monialium, *sub num. 5. pag. mihi* 11. 2957

1647. 12. Nov. —— Equites Portugalliæ gaudent Privilegio Fori & exemptione Ecclesiasticorum, prout declaravit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Tudertina, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Equites Militiæ Christi, *sub numer. 5. & refert etiam* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 1. tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 277. 2958

15. Nov.

1647. 15. Nov. —— Prohibetur quæstuatio per quatuor milliaria propè Conventus Mendicantium anteriores, ut prohibet *Congregatio Episcopor. & Regular.* vel ubi præjudicium affert Mendicantibus loci, ut censuit *ead. Congregat. in una Reformator. anno* 1648. 18. *Mar.* maximè si Conventus erectus fuit cum prohibitione quæstuandi, prout rescripsit *ead. Congregat. in alia Conventualium de Posnania anno* 1649. 10. *Decemb.* vel sub nomine S. Antonii sine licentia Superiorum illius Religionis, ut decrevit *ead. Congregat. anno* 1648. 20. *Novemb.* si quis autem eam quidem facultatem habeat, sed nihilominus circa id excessus & facultates committat, Ordinario mandante, debet carcerari, ejusque pecuniæ & scripturæ ac res aliæ sequestrari, ut respondit *ead. Congregat. in Regien. apud* Nicol. *in Floscul. verbo* Quæstor, *num.* 9. 295

1647. 17. Dec. —— Monialium Regularibus licèt subjectarum translatio fieri non potest sine Ordinario, prout censuit *Congregat. Episcopor. & Regular.* translatæ tamen ad aliud Monasterium ejusdem Ordinis non emittunt novam Professionem, ut respondit *ead. Congregat. in una Carmelitar. Discalceator. anno* 1635. 3. *Aug.* ad transferendum verò Institutricem non requiritur ordinariè consensus Superiorum Regularium, sed tantummodo Monialium transferendarum, ut rescripsit *ead. Congregat. in Neapolitana anno* 1628. 17. *Mar. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Translatio, *num.* 1. 2. & 12. 296

1648. 4. Febr. —— Renunciatio facta à Novitio coram Vicario Foraneo sine licentia Episcopi, non est valida, prout declaravit & respondit *Congregat. Concil. in Sarzanen. ad cap.* 16. *sess.* 25. *de Regularib. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2 *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 290. 296

1648. 4. Febr. —— Decreta generalia Clementis Octavi supra posita & edita anno 624. 21. Septembris, eorumque confirmatio facta in Decretis de Regularibus Apostatis, non extenduntur ad Conventus extra fines Italiæ existentes, ut rescripsit *Congrega-*

gregatio Concil. in una Regularium S. Dominici in Gallia, apud d. Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 290.

1648. 8. Febr. —— Beneficium Sæculare dicitur & verè est, quod Clerico Sæculari solet in titulum conferri, non attento an Collator Sæcularis sit vel Regularis, Felin. *in cap. in nostra, sub num.* 44. *il.* 32. *de rescript.* Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancell. gloss.* 8. *num.* 38. Lotther. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 34. *num.* 7. Regulare autem Beneficium est illud habendum, quod ejus Fundatorem & Authorem voluisse constat, ut à Religiosis & non ab aliis administraretur, Baun. *in Prax. de Benefic. disput.* 1. *quæst.* 3. *vers. Pro Regulari*, Reginal. *cap.* 30. *num.* 335. Navar. *consil.* 2. *de Præben.* aliique quamplures citati à *Rota in Montis Cassinensis Parochialis coram* Bichio, *apud* Murga *in Tract. de Benefic. Eccles. quæst.* 2. *artic.* 1. *num.* 6. *pag. mihi* 13. 2963

1648. 8. Febr. —— Episcopo extra suam Cathedralem in aliam Ecclesiam etiam Regularium ingredienti, Aspersorium porrigi debet per digniorem illius ad quam Episcopus accedit, & nullo modo per Dignitates aut Canonicos Cathedralis, ut respondit *Congregat. Rit. in Rhegien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Præcedentia, *pag. mihi* 236. ubi alia Decisio in Ravennaten. 1665. 21. Mar. ad favorem Abbatis & Monachorum S. Vitalis. 2964

1648. 10. Febr. —— Ecclesiam S. Joannis de Castro Bonesii esse verè unitam Monasterio S. Petri Perusini decernit *Rota in Perusina Beneficii coram* Bichio, *apud* Margar. *in Bullario Casinensi, tom.* 2. *Constit.* 513. 2965

1648. 11. Febr. —— Fratres Minores Conventuales non possunt gravari à Communitate pro impositionibus, nisi concurrat jussio Sanctissimi cum specifica mentione Regularium Mendicantium, ut censuit *Congregat. Immunit. Ecclesiast. in Asculana, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum d. Congregation. verbo* Mendicantes, *sub num.* 2. 2966

17. Febr.

1648. 17. Febr. —— Ecclesiæ Regularis S. Martini ad Judaicam possessionem adeptam à Clerico per Abbatem Sacri Monasterii Casinensis instituto manutenendum fore decernit *Rota in Montis Casinensis Parochialis coram* Bichio, *tom. 1. decis. 339. num. 7.* & refert etiam Margarin. *in Bullario Casinensi, tomo 2. Constitut. 514.* 296

1648. 14. Mar. —— Potest Episcopus Monasterio pauperrimo Lectori Regulari Cleri Sæcularis assignare aliquam portionem mulctarum & pœnarum in recognitionem, quatenus sit Locus Pius, & ut supponitur, pauper, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Fulginaten. ad cap. 3. sess. 25. de reform. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 289. 296

1648. 14. Mar. —— Superior Regularis ad perficiendum Processum sui Subditi extra Claustra delinquentis, relicto Cancellario Episcopali, potest uti opera Cancellarii Regularis juxta præscriptam Constitutionem sui Ordinis, absque tamen fraude, ne delicta remaneant impunita: Tenetur tamen dictus Superior ad Episcopum mittere nedum sententiam, sed etiam omnia acta, & eum certiorare in scriptis de punitione & ipsius sententiæ executione, ut respondit *Congregat. Concil. in Novellen. apud* d. Pascucc. *ibid. pag. mihi* 309. 296

1648. 23. Mar. —— Monachi non sunt admittendi ad ferendum testimonium pro suo commodo & interesse: secùs verò si agatur primariò & principaliter de interesse Monasterii, quia tunc admittuntur, *cap. insuper 6. & cap. cùm Nuncius 12. de testibus*, & ex eis dixit & firmavit *Rota in Perusina Oblationum coram* Otthobono, *decis. 139. sub num. 8. & 9. pagin. mihi* 172. 297

1648. 30. Mar. —— Monasterium non venit appellatione Filiorum, quando Testator locutus fuit de Filiis veris & non fictis, quia appellatione Filiorum secundùm proprietatem sermonis & ex propria signifi- 297

2967 gnificatione non veniunt Nepotes, sed ex interpretatione & extensione, ad text. *in l. justa* 20. *ff. de verb. signific.* nam aliter Filii, aliter Nepotes appellantur, ut inquit *I. C. in l. quid si nepotes* 6. *ff. de testam. tut.* §. *fin. inst. qui testam. tut. dar. poss.* Gloss. *in l. cognoscere, in verb. descendentes, ff. de verb. signific.* & in Clem. 1. *verb. liberi, de Baptism.* Bart. *in l. Gallus,* §. *instituens, num.* 3. *ff. de liber. & post.* Dec. *consil.* 95. *sub num.* 6. Gozzadin. *consil.* 36. *sub numer.* 3. Decian. *consil.* 44. *sub num.* 31. *lib.* 3. Menoch. *consil.* 347. *sub num.* 3. & ex eis dixit *Rota in Bononien. Transactionis coram* Celso, *decis.* 34. *sub num.* 3. & 4. *pag. mihi* 44.

2968

1648. 31. Mar. —— Equites Militiæ CHRISTI, qui emiserunt Professionem, gaudent exemptione ab impositionibus & collectis Communitatis, prout declaravit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Tudertina, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verbo* Equites Militiæ Christi, *sub num.* 4. 2972

2969

1648. 3. Apr. —— Minores Observantes Ordinis S. Francisci, exteri, venientes ad Almam Urbem, post octo dies subiiciuntur obedientiæ Guardiani Aræcæli, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul is, verbo* Obedientia, *sub num.* 5. *pag. mihi* 338. 2973

2970

1648. 6. Apr. —— Omnes & singuli Fratres Laici seu Conversi Tertii Ordinis S. Francisci de Congregatione Gallicana, post quartum annum ab emissa Professione habeant votum decisivum in omnibus contractibus & aliis negotiis temporalibus gravioris momenti tam intra quàm extra Conventum ineundis, in quibus omnes Sacerdotes & alii in Sacris constituti ex Statutis ordinariis seu ex laudabili consuetudine intervenire solent aut debent: Item vocem activam in electione Vicarii, quando illum à Conventu eligi contigerit: necnon in electione Discretorum localium ad Capitula mittendorum: ac in receptione quorumcunque Novitiorum ad Professionem: Demùm vocem passivam in electione Pro- 2974

2971

visoris seu Procuratoris Conventus tantùm, non autem Discretorum. *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 35. quæ incipit* Decet.

1648. 24. Apr. —— Privilegia Generalium absolutorum non competunt Vicariis, prout declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una S. Joannis de Deo, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Generalis, *num. 5. ubi num. 6. ait, quod* Generalis absolutus eligit sibi Conventum, ut rescripsit *ead. Congregat. in una Religionis de Mercede anno 1618. 13. Jul.* & postea *in altera Camaldulensium anno 1633. 8. Apr.* 2975

1648. 14. Maii. —— Regulares nequaquam possunt Personarum sæcularium Confessiones audire sine approbatione Episcopi Diœcesani, nec verbum DEI prædicare in Ecclesiis sui Ordinis non petita ipsius Benedictione, nec in aliis Ecclesiis sine ejus licentia, nec in Ecclesiis etiam sui Ordinis ipso contradicente, & contravenientes ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato carcerari & puniri possunt etiam Censuris Ecclesiasticis in vim Constitutionis Gregorianæ supra positæ & editæ anno 1622. 5. Februarii; ac proinde dictis Regularibus, qui hujusmodi approbationem ac licentiam se obtinuisse non docent, potest Episcopus seu ejus Generalis Vicarius præcipere sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, ut à Confessionibus audiendis & verbi DEI prædicatione abstineant, nec ob eam causam licet dictis Regularibus quasi à manifestis injuriis & violentiis eligere Conservatores, iique electi in Episcopum & ejus Vicarium Generalem indebitè ac nulliter Excommunicationem fulminant. *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 29. quæ incipit* Cùm sicut accepimus, *& referunt etiam* Murga *in Tract. de Benefic. Eccles. quæst. 2. articol. 2. num. 519. pag. mihi 168.* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 33. num. 23. pag. mihi 157.* ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 24. num. 22.* 2976

1648. 14. Maii. —— Si Episcopus præcipiat Regularibus etiam Societatis JESU, ut Decreta aliqua 2977

Con-

Concilii Tridentini observent ac exequantur in illis casibus in quibus per ipsum Concilium vel Constitutiones Apostolicas Regulares exempti subiiciuntur jurisdictioni & correctioni Episcopi, minimè licet ipsis Regularibus ob eam caulam Conservatores eligere, sicuti neque quando Ordinarius procedit Juris ordine servato adversus Regulares præfatos in prædictis casibus: Regularibus verò etiam Societatis JESU asserentibus se habere Privilegia, quominus obediant Episcopo in executione Decretorum Juris communis & Concilii Tridentini ac Constitutionum Apostolicarum, Ordinarii non tenentur hujusmodi asertioni fidem adhibere absque integrali Privilegiorum exhibitione: quod si verba Privilegiorum exhibitorum sint obscura & ambigua, non licet recurrere ad Metropolitanum vel viciniorem Episcopum nec Conservatores eligere, sed Summus Pontifex pro interpretatione est adeundus: Constitutio autem Gregoriana (de qua supra 1621. 20. Sept.) cum suis Declarationibus circa Regularium Conservatores æquè afficit Religiosos Societatis JESU atque aliorum Ordinum, & Conservatores ad illius præscriptum sunt eligendi, non obstantibus quibusvis Privilegiis, quippè quæ omnia sunt reducta ad terminos ipsius Constitutionis. *Innocentius X. apud* eosdem, *ibidem*.

1648. 14. Maii. —— Regulares gravati ære alieno vel ad ratiocinia vel Testamentorum Executores coram Ordinario loci sunt conveniendi, si ad præscriptum Constitutionis Gregorianæ suprapositæ & editæ anno 1621. 20. Septembris Conservatores non elegerint, ipsumque electionis documentum intra præfinitum tempus in actis Curiæ ipsius Ordinarii non exhibuerint ac dimiserint: Dicti verò Regulares Conservatores sivè ad Jura sive ad Privilegia tuenda asumentes, non tenentur ante exercitium commissionis præstare cautionem coram Ordinario sive alio Judice competente, de judicio sisti & judicatum solvendo, casu quo in lite sive Causa succubue-

2978

buerint: Si Episcopi autem pro tuendis Juribus Cathedralium Ecclesiarum coram Judice competenti, Libros & Memorialia ac Allegationes producant, & Regularium immoderatas acquisitiones veraciter & modestè referant, non licet Regularibus ob eam causam ad Conservatores recurrere: Regulares quoque etiam Societatis JESU in una Diœcesi ab Episcopo approbati ad Confessiones Personarum sæcularium audiendas, nequaquàm possunt in aliena Diœcesi hujusmodi Confessiones audire sine approbatione Episcopi Diœcesani: audientes verò Confessiones sine approbatione Episcopi loci, vel prædicantes in Ecclesiis sui Ordinis non petita illius Benedictione aut in aliis Ecclesiis absque ipsius licentia vel in Ecclesiis etiam sui Ordinis ipso contradicente, possunt ab Episcopo suspendi ab administratione Sacramenti Pœnitentiæ ac munere Prædicationis & Juris remediis puniri: Quando verò Episcopo constat dictas licentias obtentas non fuisse, potest ipse præcipere, ut donec licentiam intra præscriptum tempus exhibeant, à tali ministerio abstineant, nec pro hujusmodi licentiis requirendus est Provincialis, sed satis est ipsos Religiosos requirere aut eorum Superiores in Diœcesi Episcopi existentes. *Innocentius X. apud* eosdem, *ibidem*.

1648. 14. Maii. —— Si Regularis intra Claustra degens, extra ea insurgat in Episcopum in propria Diœcesi, & maledictis cum scripto vel dicto ita notoriè deliquerit, ut Populo scandalo sit, Episcopo instante tenetur Superior Regularis infra tempus ab Episcopo præfigendum severè illum punire ac de punitione Episcopum certiorem facere, alioquin sic delinquens ab Episcopo puniri potest ad præscriptum Concilii Tridentini *cap.* 14. *sess.* 25. *de Regular.* quod si delinquens ad aliam Diœcesim migraverit, servandum est quod præcipitur in Constitutione Clementina supra posita & edita anno 1596. 23. Februarii: & hoc etiam servandum, si Regulares apothecas mercium & macella vel similia exercen- 2971

gentes ita notoriè delinquant, ut Populo scandalo sint: Conservatores autem nominati & electi à Regularibus, ante exercitium suæ jurisdictionis tenentur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario sub pœna nullitatis actuum: Regulares etiam tenentur Privilegia Episcopo exhibère, si eis uti voluerint: Prædia verò rustica, Metallorum Fodinæ, Sacchari Opificinæ à Regularibus Societatis JESU vel aliis possessa, vel aliæ Domus sæculares in quibus videlicet unus vel duo Regulares tantùm commorantur, non gaudent privilegio Collegiorum vel Conventuum: Regulares autem, etiam Patres Jesuitæ, in suis Prædiis vel Opificiniis & aliis suis Domibus sæcularibus sitis intra limites Parochialium ad se non spectantium, non possunt administrare Sacramentum Baptismatis, solemnis Matrimonii, Extremæ-Unctionis, & Eucharistiæ in Festo Paschatis Famulis & Mercenariis ac Rusticis sive aliis id genus hominibus sæcularibus, absque Ordinarii vel Parochi licentia; neque Patres Jesuitæ in Civitate & Diœcesi Angelorum possunt consecrare Vasa sacra vel Altaria & similia, in quibus unctio requiritur. *Innocentius X. apud* eosdem, *ibidem*.

1648. 14. Maii. —— Episcopi Indiarum possunt quidem omnibus simul unius Monasterii vel Collegii Confessariis adimere facultatem audiendi Confessiones Personarum sæcularium etiam inconsulta Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione, cùm Decretum ab ea editum (de quo supra 1615. 20. Nov.) ex intentionis defectu & convenientia morali non extendatur ad Regiones illas tam longè ab Urbe dissitas; verùm ab hac generali suspensione, quæ vix sine scandalo & animarum pernicie contingere potest, abstinendum est ab Episcopo, nisi gravissima subsistente causa: Regulares verò aliàs liberè ab Episcopo prævio examine approbati ad audiendas Confessiones Personarum sæcularium, ab eodem Episcopo suspendi non possunt sine nova causa, ea- 2980

que ad Confessiones ipsas pertinente: An autem Bulla Pii Quinti supra posita & edita anno 1567. 24. Martii sit revocata in Bullis Summorum Pontificum exemptiones Regularium mitigantibus, agendum cum Sanctissimo, an velit declarare Bullam non esse revocatam; illa tamen non suffragatur, nisi in locis ubi est defectus Parochorum: Potest autem Episcopus cum Censuris procedere contra Regulares exemptos, si inobedientes fuerint in Confessionibus audiendis vel Prædicatione verbi DEI, non quidem in vim Concilii Tridentini, sed in vim Constitutionis Gregorianæ, de qua supra 1622. 5. Februarii. Licentia denique audiendi Confessiones ab Episcopo concedi potest etiam per litteras missivas, si ita ei videbitur, & etiam oretenus sine scripturis. *Innocentius X. apud* eosdem, *ibidrm*.

1648. 29. Maii. —— Magnus Magister Religionis Hierosolymitanæ habet maximas facultates quoad reservationem & translationem Pensionum, sed dictæ facultates locum sibi non vendicant in Pensionibus quæ auctoritate Papæ sunt reservatæ vel confirmatæ, cum de his solus Papa disponere possit, prout dixit *Rota in Melevitana Pensionis coram* Otthobono, *decis.* 147. *sub num.* 4. *&* 12. *pag. mihi* 183. 2981

1648. 19. Jun. —— Nequit Nuncius Apostolicus impedire Episcopum interrogare volentem Moniales Regularibus subjectas de omnibus pertinentibus ad Clausuram, & providere, ut censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jacobi Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 82. 2982

1648. 19. Jun. —— Prospectus in Monasteria, & omne id quod Clausuræ præjudicare potest, debet omninò removèri expensis ejus, qui fecit: & ubi non est tertius, Monasterii: ad quod Ordinarius cogere debet etiam in Monasteriis, quæ reguntur à Regularibus, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea *anno* 1647. 15. *Febr. ac* 1578. 12. *Maii, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Fabrica, *sub n.* 9. *pag.* 217. 2983

19. Jun.

1648. 19. Jun. —— Regularis incapax est Beneficii sæcularis, sive ex natura institutionis Beneficiorum, juxta quam Beneficia Sæcularia Sæcularibus, prout Regularia Regularibus conferri debent, *cap. super eo, de Regular. cap. quod Dei timorem, de Stat. Monachor. cap. placuit, il 2. 16. quæst. 1.* sive propter resistentiam voti Paupertatis, ut voluit Maceraten. *var. resol. lib. 1. resol. 20. sub num. 12. ubi quod* ideo nec sufficit dispensatio Episcopi: adeo quod opus est dispensatione Apostolica, alioquin collatio est nulla, Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 19. numer. 26.* Paris. *de Resign. lib. 4. quæst. 5. num. 2. & 4.* & ex eis dixit *Rota in Vercellen. Canonicatus coram* Bichio, *tom. 1. decis. 360. num. 1. & seqq.* 2984

1648. 18. Jul. —— Omnia & singula Privilegia ac Indulta Magno Magistro & Conventui Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani quomodolibet concessa (exceptis Decretis Concilii Tridentini, & Constitutionibus Apostolicis, nec non aliis, in quibus specificè eadem Religio exprimitur & comprehendi disponitur, quæ in suo robore & efficacia permaneant) confirmat & approbat *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. Romano, tom. 4. Constitut. 18. qua incipit* Universalis Ecclesiæ. 2985

1648. 18. Jul. —— Deputationem Confessarii in Ecclesiis Parochialibus Congregationis Casinensis ad Abbates Monasteriorum ejusdem Congregationis, approbationem verò ad Episcopum spectare decernit *Congregatio Concil. apud* Margarin. *in Bullario Casinen. tom. 2. Constitut. 516. qua incipit* Sacra Congregatio. 2986

1648. 14. Aug. —— Regulares, qui ob occupata vel devastata aut combusta ab Hæreticis Monasteria, se conferunt ad aliam Civitatem, non possunt ordinari ad titulum Paupertatis, si careant Conventu in illa Diœcesi, licèt hujusmodi Regulares sint in Ordine Subdiaconali vel Diaconali jam constituti, prout declaravit *Congregatio Concil. apud* Pascuc. *in Compend. ad Consultat. Canon. Jacobi Pignatel. par. 2.* 2987

titol. de Ordine, *pagin. mihi* 170.

1648. 6. Nov. —— Carthusianis dari debent omnes minores Ordines eodem die, vel festivo de præcepto, vel aliquo ex sex Sabbatis Ordinationum, ut censuit *Congregatio Episcopor. & Regular.* & antea *anno* 1645. 11. *Maii*, *ac* 1614. 26. *Sept. nec non* 1597. 5. *Mar. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 3. *pag. mihi* 17. & 18. 2988

1648. 13. Nov. —— Præcedentia in Professis ante tempus bona fide incipit à fine sexdecim annorum, prout rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una S. Basilii*: In Novitiis autem, durante Novitiatu, Præcedentia desumitur à die Habitus, ut declaravit *ead. Congregat. anno* 1601. 2. *Januar. apud* Nicol. *in Flosculis*, *verbo* Præcedentia, *sub num.* 16. & 18. *pag. mihi* 391. 2989

1648. 14. Nov. —— Quoties Episcopus in Ecclesiis Parochialibus Monasteriis unitis procedat ad erectionem Vicariæ perpetuæ juxta facultates sibi tributas à Tridentino *cap.* 7. *sess.* 7. & à Constitutione Piana supra posita & edita anno 1567. 1. Novembris, tunc omnia onera incumbentia Parochiali Ecclesiæ censentur translata in Vicarium, cui in futurum incumberent, non autem Monasterio, ut respondit *Congregat. Concil. in Lamacen.* & antea *in Vasionen.* 1637. 22. *Aug. ac in Aversana*, 607. 31. *Maii*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 2. *num.* 34. *pag. mihi* 205. 2990

1648. 14. Nov. —— Ut Clausura Monialium ubique tuta reddatur, potest Episcopus illam visitare, etiam semota quacunque Superiorum Regularium negligentia aut suspicione violationis, illisque irrequisitis & inconsultis, non solùm per seipsum, sed etiam per suum Vicarium Generalem ad hoc speciale mandatum habentem: & in casu resistentiæ poterit contra renuentes & contradictores ad pœnas etiam Censurarum procedere, prout declaravit *Congregat. Concil. in Neapolitana*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 15. *num.* 18. 2991

4. Dec.

1648. 4. Dec. —— Decedente Miniſtro Generali Ordinis Minorum S. Franciſci, Vicarii Generales Ciſmontanæ Familiæ continuare debent in ſuis officiis uſque ad novam electionem Vicarii Generalis Ordinis, contrariis quibuſcunque non obſtantibus, prout ſtatuit ac decrevit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. apud* Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Vicarius Generalis, *ſub num.* 1. *pag. mihi* 508. 2992

2988

2989 1648. 14. Dec. —— Dum quis habet expectativam Magni Magiſtri Religionis Hieroſolymitanæ ad primam Commendam vacaturam, & ſequuta vacatione prædictæ Commendæ facta fuerit ſmutitio ad ejus favorem, fuit illi jus quæſitum ad eam conſequendam, ut in ſpecie probat Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 15. *num* 46. & ideo ei, ſtante ejus capacitate, Commenda venit adjudicanda, juxta text. *in* 2990 *cap. capitulum* 30. *de reſcript. & in cap. tibi, qui* 12. *eod. tit. in* 6. *cap. eum, cui* 7. *& cap. ſi poſtquam* 23. *de Præben. eod. lib.* 6. nec adverſatur objecta renunciatio facta in actu petitionis alterius Commendæ, quia ſi eſt conditionalis, evaneſcit non purificata conditione, & ideo optans Præbendam, ſi eam cum effectu non aſſequatur, redit ad dimiſſam, juxta text. *in cap. ſi Beneficia* 20. *de Præben. in* 6. ubi Anchar. *ſub num.* 2. & Franc. *ſub num.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 34. *num.* 93. *& ſeqq.* Monet. *de option. cap.* 5. *quæſt.* 5. *num.* 68. & ex eis dixit & firmavit *Rota in Melevitana Commenda coram* Otthobono, *deciſ.* 160. *à num.* 1. *ad* 4. 2993

2991 1649. 2. Jan. —— Plura Decreta ad Monachos Ordinis S. Baſilii ſpectantia, & promulgata à Sacra Epiſcoporum & Regularium Congregatione confirmat & approbat, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & ſingulos tam juris quàm facti defectus ſupplet *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullario Romano, tom.* 4. *Conſtitut.* 20. *quæ incipit* Nuper. 2994

1649. 2. Jan. —— Non debent multiplicari Superiores ſine cauſa ſeu neceſſitate, ut reſcripſit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. in Feſulana*: Cuilibet tamen 2995

Con-

Conventui dari debet suus Superior electivus, ut dixit *ead. Congregat. anno* 1647. 13. *Sept.* qui non removetur à Generali, ut censuit *ead. Congregat. anno* 1650. 30. *Sept.* sed si faciat novitates, removetur ab *ead. Congregat. in Amelien.* 1601. 5. *Febr. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Superior, *sub num.* 4. & 5. *pagin. mihi* 471.

1649. 12. Jan. —— Novitius Religionis Hierosolymitanæ gaudet Privilegio Fori, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Melevitana, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Novitius, *sub num.* 1. 299

1649. 29. Jan. —— Superiores curam habere debent Parentum ejus Religiosi, qui pro adimplendo quarto Voto accedit ad Indias, prout respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Portugallien. apud* Nicol. *in Floscul.* verbo Auxilium, *sub num.* 2. *pag. mihi* 36. 299

1649. 26. Febr. —— Præcedentia Laici transeuntis ad Clericatum initium sumere debet à die Clericatus, non autem à die susceptionis Habitus Conversorum, prout audito Procuratore Generali Ordinis Minorum de Observantia, & maturè perpensis Juribus pro parte ejusdem Laici deductis censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Præcedentia, *sub num.* 3. *pag. mihi* 410. 299

1649. 27. Febr. —— Congregationem Cœlestinorum non teneri ad solutionem Quartæ funeralis Defunctorum vigore Privilegiorum eidem Congregationi supra quadraginta annos ante Concilium Tridentinum publicatum concessorum decernit *Congregatio Concil. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constit.* 590. *quæ incipit* In Causa Oritana, *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 17. *num.* 3. *pag. mihi* 145. 299

1649. 29. Febr. —— Novitiatus interruptus debet à capite reincipi, ut rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Augustinianor.* nisi interruptio fuisset valdè modica, prout respondit *ead. Congregatio in alia Minimor. anno* 1616. 12. *Aug.* vel nisi dispenset 300

ead.

ead. Congregat. in altera Servitar. 1647. 24. *Maii, ac Tertiarior.* 1649. 8. *Jan. apud* Nicol. *in Floſculis, verbo* Novitius, *ſub num.* 10. *pag. mihi* 332.

1649. 16. Apr. —— Regularis Monialium Confeſſarius degat cum Socio in ſuo Conventu, ut declaravit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. in Torpien.* & antea *in Urbevetana* 1648. 17. *Jul. ac in Fulginaten.* 1647. 11. *Decembr. apud* Nicol. *in Floſculis, verbo* Oeconomus, *ſub num.* 13. *pag. mihi* 343. 3001

1649. 16. Apr. —— Profeſſio dicitur nulla, quando Religioſus non inſpiratione, ſed deſperatione aliqua ad Religionem tranſivit, quod Monachi rectè perſpicere debent, ut præcepit Sixtus Quintus in Conſtitutione ſupra poſita & edita anno 1587. 26. Novembris, & benè explicat Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 5. cap.* 10. *num.* 16. & ad ſæculum redire velle ſæpius proteſtatus, veſtes ſuas ſæculares repetit, quas Abbas debet reſtituere, *cap. 2. de regul. in 6.* ac ſi infra annum Probationis fugam arripuit, annus enim Probationis debet eſſe continuus, nec ſufficit conjugere priora tempora cum ſecundis, *cap. ad Apoſtolicam 16. de regul.* & ibi Abb. *ſub num.* 9. Anchar. *ſub numer.* 7. Bart. *in l. fin. §. quoties 3. ff. de publ. & vect.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 3. al leg.* 101. *num.* 23. ubi enim fit mentio de tempore, ſemper de continuo intelligendum eſt, Peyrin. *tract. 2. de Pralat. quæſt. 3. cap. 1. §. 4. num.* 100. Bordon. *controv. Regul. tom. 2. reſol.* 54. *num.* 188. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. diſput. 6. quæſito 7. num.* 10. & 11. interrumpitur autem dicta continuatio, ſi Novitius habitu dimiſſo & animo deſerendi Religionem extra Clauſtra ſe conferat, Portell. *verb. Novitiatus, num.* 29. Suarez *ad Decalog. lib. 5. cap. 4. num.* 32. & ex eis dixit *Rota in Burgen. Nullitatis Profeſſionis coram* Argüelles, *deciſ.* 89. *à num.* 11. *ad* 19. *pag. mihi* 232. 3002

1649. 16. Apr. —— Profeſſio irritatur per quantumvis modicum defectum continuationis anni Novitiatus, ſicut quantumvis modicus annui temporis illius defectus ſufficeret ad Profeſſionem caſſandam, San- 3003

chez

chez *ad Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 32.* Basæus *in Flor. tot. Theolog. verb. Religio 3. num. 5.* nam certum est, tempus istud numerari de momento ad momentum, Ugentin. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 42. num. 139.* & interrumpitur per solam Habitus dimissionem animo deserendi Religionem, Villalob. *in Sum. tom. 2. tract. 35. diffic. 15. num. 7.* interruptio autem totum tempus præteritum extinguit: & cum ista continuatio ab animo pendeat Novitii, eo ipso quod egrediendo animum mutavit, interrumpitur, & mutasse animum censetur si aufugerit, ut probatur *ex l. naturalem 5. §. pavorum, ff. de acquir. rer. domin.* Donell. *lib. 4. comment. cap. 13.* intentio namque finalis constituendi annum Probationis fuit occurrere apostasiæ, in quam facilè dilabuntur hi, qui minus consulto Religionem profitentur, *cap. ad Apostolicam 16. de regul.* Seraph. *decis. 121. sub num. 2.* & ex eis dixit *Rota in d. Burgen. Nullitatis Professionis coram* eod. *ibid. à num. 33. ad 46.*

1649. 16. Apr. —— Professio est nulla non solùm quando Religiosus fuit violenter tractus, sed quando fuit etiam metu compulsus ad Religionem, *decis. 175. num. 5. & per tot. par. 1. rec.* Prat. *discept. 57.* in ea enim annullanda metus reverentialis sufficit etiam sine minis, propter summam libertatem ad actum istum requisitam, Basæus *in Flor. tot Theologia, verb. metus, num. 3.* metum autem adfuisse in emittente Professionem deducitur ex fuga, ex lacrymis, & ex protestationibus ante & post Professionem habitis, Navarr. ex Gloss. & aliis *ad tit. de his, qui vi, lib. 1. cons. 10. num. 4. & in Manual. cap. 22. num. 51.* metus verò in Puero sexdecim annorum sufficit minor ad annullandam Professionem, Ugentin. *lib. 1. vot. 1. sub num. 22.* Ciarlin. *controver. lib. 1. cap. 108. num. 31.* Bordon. *controver. Regul. tom. 2. resol. 38. sub num. 87.* metus denique, minæ, malæ tractationes, quæ de per se non sufficerent, tamen simul junctæ & consideratæ Professionem annullant, Sperell. *decis. 5. sub numer. 67.* & iterum *decis. 79. sub num. 80.* & ex

eo

eo prosequitur *Rota in d. Burgen. nullitatis Professionis coram* eod. *ibid. à num.* 48. *ad fin.*

1649. 17. Apr. —— Non potest Episcopus præcipere Capellanis Capellarum Campestrium Regularium, ne Missas celebrent, antequam celebretur Missa Ecclesiarum Parochialium, ut censuit *Congregat. Concil. in Tarvisina ad cap.* 8. *sess.* 7. *de reform. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consult. Canonic. Jacobi Pignatel. par.* 2. *tit.* de Visitatione, *pag. mihi* 429. 3005

1649. 17. Apr. —— Monachus hæres institutus non potest etiam de licentia Superiorum Regularium acceptare & habere usumfructum Bonorum hæreditariorum pro suis religiosis necessitatibus, cùm id repugnet Tridentino *sess.* 25. *cap.* 2. *de Regularib.* ut decrevit *Congregar. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 291. *& refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 20. *num.* 43. *pag. mihi* 133. 3006

1649. 19. Apr. —— Monasteria non possunt erigi sine licentia Sedis Apostolicæ, juxta textum expressum *in cap.* 1. *de excess. Prælat. in* 6. & in *cap. unico*, §. *confirmatos*, ubi Franch. & Gemin. *sub num.* 8. *de Relig. Domib. eod. lib.* neque licentia hujusmodi videtur sublata per Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 3. *in fin. de Regular.* dum disponit, quod nec de cætero similia Loca erigantur sine Episcopi, in cujus Diœcesi erigenda sunt, licentia prius obtenta, nam cùm inter dispositiones prædictas nulla possit considerari incompatibilitas, per secundam non censetur derogatum primæ, *l. sed & posteriores, ff. de legib.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 19. *de Constit.* & propterea utramque licentiam necessariam esse in erigendis novis Regularium Monasteriis decrevit Sacra Congregatio Concilii, ut testantur plures citati à *Rota in Cracovien. Fundationis Monasterii coram* Celso, *decis.* 60. *sub num.* 1. 2. *&* 3. *pag. mihi* 77. ¶ Vide infra 1650. 20. Jun. 3007

1649. 29. Maii. —— Seminario contribuere non tenentur Regulares Mendicantes pro Beneficiis eorum Conventibus unitis, prout declaravit atque respondit 3008

pondit *Congregatio Concilii in Agrigentina, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 2. Urbani VI. sub num. 33. pag. mihi* 347.

1649. 21. Jun. —— Privilegium à Pio Quarto concessum Militibus de Calatrava anno 1562. 9. Novembris expressè loquitur de Decimis extraordinariis debitis jure humano, non autem de ordinariis debitis jure Divino, & ita etiam in dubio interpretandum esset, prout eodem modo interpretatum fuit aliud Privilegium eximens simpliciter à solutione Decimarum à dicto Pio Quarto concessum Religioni Hierosolymitanæ *in Hispalen. Decimarum de Baracana*, & prius de simili Privilegio concesso á Benedicto Undecimo Monialibus Ordinis S. Dominici dictum fuit *in Vercellen. Decimarum*: Privilegia autem exemptionum à Decimis debent continere derogationem *cap. Nuper* 34 *de Decim.* Archidiac. in *cap. 1. num. 2. de constit. in 6.* Mohedan. *decis. 7. sub num. 2. locat.* & ex eis dixit *Rota in Toletana Decimarum coram* Otthobono, *decis.* 185. *à num.* 11. *ad* 15. 3008

1649. 25. Jun. —— Communicatio Privilegiorum operatur idem, ac si dicta Privilegia specificè Monasterio concessa fuissent, Oldrad. *consil.* 300. *sub num. 5. in fin.* Paris. *consil. 22. sub num. 5. lib.* 4. Cresc. *decis. 9. sub num. 5. de Privileg.* & ex eis dixit *Rota in Gerunden. Portionum coram* Celso, *decis. 70. sub num.* 11. *pag. mihi* 89. & hoc etiam ex duabus præcedentibus Decisionibus, scilicet *in Valentina Decimarum coram* Lancellotto, *& in Januen. Privilegiorum coram* Rojas. 3010

1649. 17. Jul. —— Transitus ad strictiorem Religionem permitti non debet, nisi petita licentia à suo Prælato Regulari, & quatenus constet fieri mero zelo majoris perfectionis vitæ, auditis Superioribus ejusdem Religionis à qua receditur circa causam hujusmodi transitus, nec non quatenus jactura ipsius Religionis cesset, prout declaravit *Congregat. Concil. in una Venetiar.* & antea *in Rothomagen.* 1648. 18. *Jul. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic.* 3011

nic. Jac. Pignatel. par. 2. tit. de Regularibus, *pagin. mihi* 278.

1649. 11. Aug. —— Ne admittant Regulares ad celebrandum in suis Ecclesiis Sacerdotes sæculares vel alterius Religionis exteros & vagos, nisi examinatis litteris Obedientiæ eorum Superiorum, & respectivè nisi visis litteris testimonialibus subscriptis à Vicario Generali seu Foraneo Episcopi Loci, prout censuit *Congregatio Inquisit. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. num. 15.* & refert etiam Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 11. num. 7.* ¶ Hoc antea dixerat Congregatio Concilii in Bononien. anno 1620. 2. Julii, apud Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. circa Constit. 7. Pii V. §. 10. ad XII. pag. mihi* 211. & habet etiam Lantusca *in Theatro Regular. sub verbo* Declaratio. 3012

1649. 28. Aug. —— In delictis certis ac notoriis, pro quibus in Jure feruntur Censuræ, potest Episcopus procedere contra Equites Hierosolymitanos & quocunque alios exemptos, nam in his casibus non agitur de Excommunicatione inflicta ab Homine, sed à Jure, ad cujus declarationem potest Episcopus procedere etiam contra illos exemptos, qui expressum habent Privilegium ne possint Censuris innodari, per text. *in Clem. 1. de Privileg.* ibiq. Zabarell. Abb. & alii: eamque sententiam, maturè discusso articulo, comprobavit *Congregat. Concil. in Eystenen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 1. tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 280. 3013

1649. 31. Aug. —— Syndici Conventus Ordinis Minorum S. Francisci ex Bul'a Clementis Octavi non gaudent Privilegio Fori, nisi pro tempore quo erant Syndici, prout declaravit *Congregatio Immunit. Eccles. instante Commissario Generali dicti Ordinis, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pi-Pignatel. par. 1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 365. 3014

1649. 27. Oct. —— Superioribus Regularium mandatur, ut notificent Prædicatoribus, ut caveant 3015

ab

ab allegatione Doctorum & Auctorum modernorum præsertim viventium, prout præcipit *Congregatio S. Offic. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Prædicator, *sub num.* 28. *pag. mihi* 395.

1649. 3. Dec. —— Abbas non est restituendus in suis Juribus Abbatialibus, sed servanda sunt Decreta à Nuncio Apostolico emanata pro regimine Monasterii tam in Spiritualibus quàm Temporalibus, donec deponatur, prout de Abbate Olivetano disposuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 329. ubi refert hoc Decretum ad probandum, quod etiam Abbates possunt suspendi, excommunicari, & privari suis Officiis ac Dignitatibus à Legatis sive Nunciis Apostolicis. 301

1649. 17. Dec. —— Omnibus & singulis Generalibus, Commissariis, Præsidentibus, Provincialibus, Ministris, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Præfectis, Rectoribus, Guardianis, Correctoribus, Vicariis, & quibuscunque aliis quorumcunque Ordinum & Monasteriorum Superioribus intra fines Italiæ & Insularum adjacentium præcipitur, ut singuli, ad quos pertinet, adhibitis duobus vel tribus Regularibus sui Ordinis probationibus, omnia Bona Conventuum ac Domorum Regularium recognoscant, ad hoc ut illis consideratis possit cuilibet Monasterio certus Religiosorum numerus assignari. *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 23. *quæ incipit* Inter cætera. 301

1650. 25. Jan. —— Episcopus potest procedere contra Syndicum Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci ob contraventionem diei festo, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunit. Ecclesiast. in Forosempronien. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verbo* Syndicus, *sub num.* 8.

1650. 31. Jan. —— Decretum Sacræ Congregationis Concilii confirmatum ab Innocentio Decimo (prout supra 1646. 21. Febr.) super Decimis solvendis à Jesuitis & aliis Regularibus Poloniæ, per viam 301

novæ

novæ Disposítionis potius videtur emanasse ad coarctanda Apostolica Privilegia, verbis expressis Bona Patrum eximentia à quacunque Decimarum solutione (ne Parochis onerosa nimiùm successu temporum redderentur, juxta *cap. suggestum, de Decim.*) & licèt vim quoque Declarationis obtineret, Decimarum tamen præteritarum ibidem inclusio impeditur, ut dixit *Rota in Cracovien. Decimarum coram* Verospio, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 9. *num.* 7.

1650. 5. Febr. —— Religio Hierosolymitana non succedit Equiti nisi validè professo, juxta Gloss. *in authen. ingressi, in verb. dedicant. C. de Sacrosan. Eccles. ibiq.* Odof. *num.* 11. Bart. *num.* 32. Bald. *numer.* 27. *circa fin.* Salic. *num.* 7. Castren. *num.* 20. Alberic. *num.* 13. Eques autem hujusmodi dici non valet qui non expleto anno Probationis emisit Professionem, nec de corpore hujus Religionis vocari potest ex eo quod ei permissum sit à Magno Magisto Habitum deferre & nomen Equitis assumere, ut notat Abb. *in rubr. de Regul. num.* 1. Navar. *in Comment.* 1. *eod. tit. num.* 18. *&* 19. Less. *de Just. & Jur. cap.* 41. *num.* 62. aliique citati à *Rota in Fulginaten. Hæreditatis coram* Verospio, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 15. *num.* 2. 10. *&* 19. 3019

1650. 18. Febr. —— Fratres Minores S. Francisci de Observantia possunt recipere & retinere legata facta Sacristiæ, & Infirmariæ: Sacristiæ quidem, quia Divini Cultus decorem, non autem illorum commodum respiciunt, nec quidquam ex eis sibi appropriant, juxta communem DD. opinionem, quam probant Zabarell. *in Clem. exivi, num.* 11. ibiq. Anchar. *num.* 18. Navar. *cons.* 13. *de testam.* Roderic. *tom.* 2. *quæst. regul.* 127. *art.* 5. Sanchez *ad præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 42. Infirmariæ verò, quia ex hoc nihil sequitur contra paupertatem arctissimam, quam Patres ex Regula profitentur, juxta text. *in cap. exiit, de verb. signific. in* 6. *& in d. Clem. exivi, eod. tit.* cùm nil in eorum usus quotidiani victus & vestitus principaliter convertatur, sed totum 3020

sit pro subsistentatione Infirmorum, ne miserè pereant, ut dixit *Rota in Romana Legati coram* Cerro Decano, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 16. *numer.* 3. & *seqq.*

1650. 4. Mar. —— Monachus habet à lege mandatum faciendi utilia pro sua Religione, & etiam sine mandato expresso acquirit Monasterio possessionem manutenibilem, Gratian. *decis. March.* 150. *num.* 12. Cavaler. *decis.* 630. *sub num.* 6. non secus ac Domino seu Patri acquiritur possessio absque alio mandato per Servum seu Filium, quibus Religiosus æquiparatur, Gloss. *in l. cum hæredes* 23. §. *fin. verb. non puto, ff. de acquir. possess.* Bart. *in l. cum Filius* 4 *ff. eod.* Innoc. *in cap. olim primo, num.* 3. *de Privil.* Vasq. *de succes. creat. lib.* 3. §. 21. *num.* 249. Molin. *de just. & jur. tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 140. *col.* 3. *sub vers. non solùm bona*, & ex eis dixit *Rota in Melevitana Bonorum coram* Otthobono, *decis.* 208. *à num.* 7. *ad* 10. 3011

1650. 17. Mar. —— Procuratores Generales Religionum possunt esse etiam Superiores suorum Conventuum in Urbe, ut rescripsit *Congregatio Episcoporum & Regular. in una Montis Virginis*: maximè si talis Superioritas fuit annexa tali Officio ex Auctoritate Apostolica, ne Conventus gravaretur duplicibus expensis, prout respondit *ead. Congregat. in ead. anno* 1651. 30. *Mar. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 38. *num.* 30. *pag. mihi* 57. 3011

1650. 18. Mar. —— Concessio terrarum Ecclesiæ penitus inutilium & infructuosarum fieri permittitur, *cap. ad aures* 7. ubi modern. Lusitan. *sub num.* 2. *de reb. Eccles. non alien.* Jo: Franc. Leo *in Thesauro For. Eccles. par.* 1. *cap.* 15. *num.* 8. & hoc etiam fieri potest ex Statuto Religionis Hierosolymitanæ *sub cap.* 9. *tit. de contractib.* neque obstat dispositio Paulina (de qua supra 1467. 1. Mar.) quia sicuti hæc sibi locum non vendicat quoad Bona Ecclesiastica in loco, ubi viget consuetudo in contrarium, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 34. Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 95. *num.* 3. ita pariter sibi locum vendicare 3012

dicare non debet quoad Bona, quorum respectu contrarium disponitur per hujusmodi Statuta, cùm Statutum & Consuetudo de pari procedant, Cavaler. *decis.* 116. *num.* 7. *&* *decis.* 497. *num.* 2. nam Statuta Hierosolymitanæ Religionis confirmata à Papa in forma specifica & ex certa scientia, dicuntur Papalia, & prævalere dispositioni juris communis firmant adducti per Altograd. *consil.* 9. *num.* 41. *&* *num.* 77. & minus obstat, hujusmodi concessiones prohiberi ab alio Statuto ejusdem Religionis *sub capit.* 16. *eod. tit.* quia cùm istud caput 16. fuerit abrogatum & restrictum ad disposita in dicto capite 9. per Capitulum generale, quod vigore Statutorum à Papa confirmatorum potest nova Statuta condere, ideo prædictum Statutum abrogatum & revocatum non est attendendum, ut dixit *Rota in Tolosana Territorii coram* Otthobono, *decis.* 210. *per tot.*

1650. 2. Maii. —— Papa si in suppressione aliquorum Monasteriorum declaraverit se nolle præjudicare eorum antiquis Privilegiis, hujusmodi declaratio non extenditur ad alia Monasteria, ut dixit *Rota in Vicentina Jurisdictionis coram* Cerro Decano, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 33. *num.* 16. 3024

1650. 23. Maii. —— Societas JESU habet amplissima Privilegia exemptionis tam respectu Personarum quàm Bonorum quorumcunque ab omni superioritate & jurisdictione ac etiam correctione Ordinariorum: quæ Privilegia verbis amplis concepta important exemptionem etiam ab ipso jure reverentiali aliàs præstando Episcopis: hujusmodi autem exemptio Monasterio concessa suffragatur etiam Ecclesiæ illi accessoriè unitæ, esto quod illa ante unionem præstitisset Episcopo prætensam obedientiam, quia unio accessoriè facta extinxit prorsus titulum ac nomen Ecclesiæ unitæ, eamque effecit partem & prædium Monasterii, Oldr. *cons.* 257. *num.* 15. *ad fin. &* 16. *ac* 18. Ferret. *cons.* 242. *num.* 5. aliiq. citati à *Rota in Cathacen. prætensæ Obedientiæ coram* Bichio, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 30. *num.* 1. *& seqq.* 3025

1650. 2. Jun. —— Ordinari quis non valet ad titulum Mensæ Abbatialis Regularis, mediante obligatione Abbatum & Capitulorum Regularium, de victu providendo (in casu necessitatis) Ordinandis, ut resolvit & respondit *Congregatio Concilii in Labacen. in Carniola, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 3. num. 10. pag. mihi* 100. 3026

1650. 10. Jun. —— Puellæ ad Habitum recipi non possunt, nisi in loco numerario, & cum licentia Ordinarii, etiam in Monasteriis Regularium curæ subjectis: Regularibus tamen prohibetur accessus ad Monasteria etiam ab ipsis gubernata, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Habitus, *sub num. 9.* nec non & *verbo Monasterium, sub num. 15.* 3027

1650. 20. Jun. —— In Fundatione Monasterii omninò est necessaria licentia Summi Pontificis, ut sunt textus expressi *in cap. 1. de excess. Prælat. in 6.* & in Clemen. 1. *cupientes, de pœn.* neque ad effectum prædictum possunt Patribus Carmelitis antiquæ Observantiæ suffragari prætensa Privilegia, nam cùm illa sublata fuerint per Constitutionem Urbani Octavi (de qua supra 1624. 28. Aug.) de illis nulla est habenda ratio, perinde ac si non emanassent, Sebast. Medic. *consil. 168. sub num. 30.* revocatio enim operatur idem, ac si Privilegia non fuissent concessa, ad text. *in l. cum quis, in princ. §. 1. ff. de solut.* & licèt in *decis. 745. par. 2. recent.* firmetur, Monasteria Regularium post Concilium Tridentinum posse erigi ex sola licentia Ordinarii, hæc tamen decisio loquitur de Patribus Carmelitis Discalceatis, quibus in specie hoc indultum fuit à Paulo Quinto (in Constitutione supra posita & edita anno 1605. 12. Decembris) quod tamen Privilegium tunc temporis per dictum Urbanum Octavum non fuerat revocatum, ut dixit *Rota in Cracovien. Fundationis Monasterii coram* Celso, *decis. 97. sub num. 1. 2. 3. & 4. pag. mihi* 121. ¶ Vide supra 1649. 19. Apr. 3028

1650. 20. Jun. —— Si Episcopus ante provisionem Eccle- 3029

3026 Ecclesiæ Parochialis factam ab Abbate Regulari, celebraverit concursum juxta dispositionem Concilii Tridentini *sess.* 24. *cap.* 18. non est ei deneganda manutentio secundùm vulgares conclusiones: Unde non obstat, quod in illius provisione non requiratur concursus, quoniam ad hunc effectum est attendendus ultimus status, qui unioni repugnat, prout 3027 dixit *Rota in Vicen. Parochialis coram* Bichio, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concursu Parochorum, *pagin. mihi* 195.

1650. 22. Jun. —— Regula nona Cancellariæ re- 3030
servatoria mensium derogat Privilegiis Apostolicis
concessis Religioni Hierosolymitanæ, ac compre-
hendit etiam ejusdem Religionis Beneficia Clericis
3028 Sæcularibus in titulum conferri solita, ut dixit *Rota*
in Valentina Rectoriæ coram Bichio, *tom.* 2. *decis.* 433.
num. 25. contra Gonzal. Garz. & Castropal.

1650. 1. Jul. —— Potest & debet Episcopus conce- 3031
dere licentiam acceptandi ad Habitum, vel Profes-
sionem emittendi Monialibus sibi non subjectis, &
contra hujusmodi Monasteriorum Superiores con-
travenientes potest procedere etiam per Censuras,
prout respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in*
Brixien. apud Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Ca-*
nonic. Jacobi Pignatel. par. 2. *tit.* de Monialibus, *pag.*
mihi 75.

1650. 5. Jul. —— In Causis Regularium ejusdem 3032
Religionis, sive sint inter Subditos, sive inter Sub-
ditum & Prælatum, sive inter Monasterium & Mo-
nasterium sive aliàs quomodolibet, Auditor Came-
ræ se immiscère non potest in prima instantia, ut re-
solvit *Congregat. super Appellat. & Inhibit. apud* Lan-
tusca *in Theatro Regular. verb.* Auditor Cameræ, *sub*
num. 4. *& refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.*
3. *tit.* 14. *num.* 82. *pag. mihi* 168. *ubi quod* Bulla Pauli
V. (la 28. §. 12. *in Bullar. Rom. tom.* 3. edita anno
1606. 15. Sept.) debet intelligi de illis exemptis qui
3031 sunt immediatè subjecti Sedi Apostolicæ & alium

Judicem non habent, quales sunt plures Abbates in Germania in Congregationem non redacti, qui nec Episcopis nec Capitulis subsunt nec suos habent Regulares Visitatores, de quibus loquitur Concilium Tridentinum *cap. 8. sess. 25. de Regular.* ¶ Die tamen 19. ejusd. Jul. 1650. fuit provisum, ut in Causis, in quibus Auditor Cameræ potest appellationes recipere à sententiis & gravaminibus Prælatorum Regularium, inhibitiones minimè decernat, nec Præfectus Signaturæ Justitiæ det commissiones nisi citato Procuratore Ordinis, ex Fagnan. *in cap. 1. de Priore, de appellat. num. 32. & 38. in fine.*

1650. 5. Jul. —— Ut Ecclesia S. MARIÆ Angelorum Domus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia propè & extra muros Civitatis Assiensis congruis frequentetur honoribus, ad eamque Christifideles eo libentiùs accedant quò exindè spiritualibus gratiis se uberiùs refectos conspexerint, ideo declaratur, sub generali Indulgentiarum suspensione ratione Anni Sancti, Indulgentiam utriusque sexus Christifidelibus prædictam Ecclesiam die secunda mensis Augusti à primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi visitantibus & requisita pro eadem Indulgentia consequenda peragentibus concessam non comprehendi, prout non comprehensam esse in verbo Romani Pontificis attestatur *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom. 5. Const. 44. qua incipit* Cùm ob Sacri Jubilæi, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb. Indulgentia, sub num. 6.* ¶ Vide infra, 1699. 21. Aug. 303

1650. 23. Jul. —— Episcopus in Monasteriis Monialium Regularibus subjectarum debet explorare voluntatem Puellarum ibidem pro educatione existentium, quando Habitum Monialium postea recipere volunt, etiam quod in ingressu pro educatione voluntatem exploraverit: & potest atque debet coercere, etiam per Censuras, Superiores Regulares id permittere renuentes, ut rescripsit *Congregat. Concil. in Forolivien. ad cap. 1. sess. 24. de reformat.* 304

mat. apud Palcucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 71.

1650. 12. Aug. —— Committitur Ordinatio, ut tanquam Delegatus Apostolicus cogat Regulares hæredes ad conficiendum Inventarium, prout committit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una S. Dominici*, & antea *in ead. anno* 1639. 23. *Sept. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 1. lib. 2. tit. 19. num. 11. pag. mihi* 126. 3035

1650. 3. Sept. —— Confessarii Regulares sed non Parochi monitionibus adhortandi sunt, non autem cogendi, ut Congregationi Caluum Conscientiæ interfint, prout declaravit & respondit *Congregatio Concilii in Forosempronien. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 2. Innocentii VI. num. 67. pag. mihi* 260. 3036

1650. 10. Sept. —— Episcopus in electione Abbatissæ Monasterii Monialium Regularibus subjectarum non potest exquirere seu recipere vota Monialium, sed illa exquiri & accipi debent à Superiori Regulari, sciente tamen & audiente eodem Episcopo, ut resolvit *Congregat. Concil. in Urbanien. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Abbatissa, *sub num. 2. & refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 1. numer. 16. ubi etiam quod* nec potest eas ante actum electionis personaliter audire & interrogare in materia ad electionem spectante, ut decrevit *ead. Congregat. anno* 1638. 4. *Oct.* nec adnotare potest vota, imo neque ejus Vicarius, neque Cancellarius, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. anno* 1671. 19. *Jun.* neque minus habet jus electas Abbatissas Regularibus subjectas confirmandi, ut declaravit *Congregat. Concil. relata* à Fagnan. *de Privil. cap. cùm Capella, ad dubium* 5. 3037

1650. 29. Oct. —— Ordinem S. Basilii de Armenis perpetuò supprimit & extinguit, Ecclesiasque & Conventus atque pretiosam suppellectilem, ac omnia mobilia tam sacra quàm profana, Domos, Vineas, Prædia, Canones, Responsiones, Fructus, 3038

Introitus, & Jura quæcunque ad dictum Ordinem suppressum quovis modo spectantes sive spectantia & quovis loco existentes vel existentia applicanda fore & esse in alios pios usus ad arbitrium Romani Pontificis decernit *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 26. *quæ incipit* Commissa Nobis.

1650. 12. Dec. —— Privilegia Religionis Hierosolymitanæ super non solutione Decimarum, non impediunt possessori manutentionem, quousque benè discutiantur: Donati verò hujusmodi Religionis uxorati in propriis Domibus commorantes, tali privilegio seu exemptione gaudere non possunt, sed tenentur ad Jura Episcopalia persolvenda, Card. Zabarell. *cons.* 21. *in fine*, & declaravit Sacra Congregatio Concilii in terminis Oblatorum dictæ Religionis, quæ Declarationes recensentur à Barbosa *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 44. *& seq.* & ex eis dixit *Rota in Cæsaraugustana Decimarum coram* Meltio, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 100. *numer.* 17. & 18. 3039

1651. 20. Jan. —— Non licet Præposito Generali Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, etiam quacunque extante causa vel sub prætextu Privilegiorum, facultatem transeundi ad laxiorem suis Subditis impartiri: ac proinde ipsius Congregationis Professi, qui absque expresa Sedis Apostolicæ licentia ad laxiorem Religionem se transferunt, ad primævam Religionem revocari debent, ac nova Professio inibi emissa est nulla & invalida. Subinde ejusdem Congregationis & aliorum Ordinum quorumcunque Generalibus ac Superioribus respectivè mandatur, ut in posterum à dimissione aut receptione similium omninò abstineant sub pœna privationis Officii ac vocis activæ & passivæ ac aliis contra receptores Apostatarum emanatis: eisdemque afficiuntur pœnis Professi, qui contra hujus Decreti formam ad præfatas Religiones se transferre præsumpserint, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular.* 3040

gular. in Decreto edito, apud Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constit. 8. Eugenii IV. num. 19. pag. mihi* 510.

1651. 23. Jan. —— Neque ipsi Superiores Regulares ingredi possunt in Monasteria Monialium sibi subjectarum sine licentia Ordinarii in scriptis, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concilii in Taurinen.* ac etiam antea *in Pennen. die* 18. *Junij ejusd. anni* 1651. *apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 82. 3041

1651. 7. Mar. —— Milites seu Equites Ss. Mauritii & Lazari gaudent ex Constitutione Pii Quarti exemptione ab oneribus & impositionibus, prout respondit *Congregat. Immunit. Ecclesiast. in Tudertina*: & pariter gaudent immunitate etiam pro Bonis patrimonialibus, ut rescripsit *ead. Congregat. in Assisien. anno* 1629. 13. *Aug.* nec non fruuntur exemptione quoad Bona Commendæ, ut declaravit *ead. Congregat. in Camerinen. anno* 1647. 13. *Aug. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dict. Congregat. verb.* Equites Ss. Mauritii & Lazari, *sub num.* 2. 3. & 4. 3042

1651. 21. Mar. —— Bona alicui Monasterio spectantia non possunt alienari sine Beneplacito Apostolico, cùm aliàs Sacri Canones resistant, ut in *cap. nulli, cap. quisquis, cap. non liceat Papæ, cap. nobis* 12. *quæst.* 2. *cap.* 1. ibique Gloss. *in verb. ad aliam, capit. nulli, cap. possessiones, de reb. Eccles. non alien. cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. & in Extravag. *Ambitiosæ* (de qua supra, 1467. 1. Mar.) & ex eis firmavit *Rota in Romana Census coram* Verospio, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 127. *num.* 5. 3043

1651. 27. Mar. —— Loca per Summos Pontifices dismembrata ab Abbatiis Nullius temporalem habentibus & spiritualem jurisdictionem quasi Episcopalem, proprium Territorium, jus congregandi Synodum & in ea eligendi Examinatores, si de Diœcesibus & aliorum Ordinariorum fuerint effecta, Ecclesiæ in dictis locis existentes, quæ ante dismembratio- 3044

brationem erant de jurisdictione earundem Abbatiarum Nullius & de illarum Territorio, remanent in eodem statu & qualitate post dismembrationem dictorum locorum, dum in ipsa dismembratione fuerit illius Abbati quoad illas præservata jurisdictio quoad temporalia & quoad superioritatem absque ullo præjudicio, ut dixit *Rota in Montis Cassinen. Jurisdictionis coram* Bichio, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, *pag. mihi* 247.

1651. 27. Mar. —— Confessarius Monialium Monasterii Ss. Cosmæ & Damiani Terræ Talliacotii deputatus per Abbatem Montis Cassini non indiget approbatione Ordinarii Marsicani, prout aliàs declaravit Sacra Congregatio Concilii: Confessarios enim Monialium Prælatis Regularibus subjectarum, quales sunt istæ, approbatione Episcopi non egère disponitur in Sacro Concilio Tridentino *sess. 25. de Regular. cap.* 11. *circa fin. vers. atque aliis Monasteriis*, & tradit Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 13. *cap. 9. quæst.* 2. *vers. quæres*, Armend. *in addit. ad Recopillat.* Navar. *lib.* 2. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Relig. num.* 98. Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 25. *num.* 47. aliique citati à Moderno Monacho Vallisumbr. *de Jure Abbatiss. disput.* 16. *quæsito* 2. *num.* 2. Cùm itaque Episcopus Marsorum semper excluſus fuerit ab omni jurisdictione, & clara sit plena jurisdictio Abbatis in hoc Monasterio, illud propterea dicitur propria Diœcesis Abbatis, Anchar. *in cap. postulasti, numer.* 45. *de for. compet.* Gratian. *discept.* 212. *num.* 33. & facit Cokier. *de Jurisdict. in exempt. par.* 1. *quæst.* 9. *num.* 7. *vers. ratio est*: Nec urget Constitutio Gregoriana (de qua supra, 1622. 5. Febr.) prohibens, ne Confessores tam Ordinarii quàm Extraordinarii ad Confessiones Monialium etiam Regularibus subjectarum audiendas deputentur, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei judicentur & approbationem obtineant, quia loquitur de Episcopo Diœcesano, qualis non est in hoc Monasterio Episcopus Marsorum,

rum, nec militat in locis alterius jurisdictioni omninò subjectis ac Territorium separatum constituentibus, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii, & in terminis similium Decretorum Concilii Tridentini advertit Grilinzon. *cons.* 142. *num.* 21. *&* 22. Gratian. *discept.* 212. *num.* 33. 36. *&* 39. aliique relati à Moderno Carpensi *controver. forens. capit.* 67. *num.* 26. 28. *&* 31. & ex eis dixit *Rota in Montis Cassinen. Jurisdictionis coram* Bichio, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 373. *num.* 2. 3. 26. *& seqq.*

1651. 28. Mar. —— Plura Decreta & Concordiam factam inter Patres Minores de Observantia, & Missionarios in Partibus Orientalibus esse omnimodè observanda sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, & privationis vocis activæ ac passivæ, nec non inhabilitatis ad omnes & singulos gradus & Religionis Officia contra non observantes & non obedientes, sive in totum sive in parte, non obstantibus quibuscunque, præcepit *Innocentius X. in Congregatione de propaganda Fide*, *apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Missio, *sub num.* 3. *pag. mihi* 346. 3046

1651. 1. Apr. —— Forma à Concilio Tridentino præscripta in *cap.* 16. *sess.* 25. *de Regular.* servanda est tam à Novitiis minoribus sexdecim annorum, quàm à majoribus, ut declaravit *Congregatio Concilii apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 3. *circa Constitut.* 1. *Clementis IV. sect.* 2. *num.* 16. *pag. mihi* 379. ubi *numer.* 22. *pag.* 380. *ait*, *quod* dictum cap. 16. comprehendit etiam resignationem Beneficii, prout resolvit *ead. Congregat.* 3047

1651. 26. Maii. —— Diffinitorium concedere non potest erectionem Monasteriorum Monialium, prout declaravit atque rescripsit *Congregatio Episcoporum & Regularium in una Observantium de Aquitania*, *apud* Nicol. *in Flosculis ex utroque Jure libatis*, *verbo* Monasterium, *num.* 3. *pag. mihi* 314. 3048

1651. 26. Maii. —— Non debent Episcopi declarare, quod Regulares non possint in Paschate Sæcularium 3049

larium Confessiones audire sine licentia proprii Parochi, prout censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Observantium*, & antea *in Reatina anno* 1599. *6. Jun.* nec non & *in Salernitana anno* 1597. *24. Mar. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *Canon. lib.* 5. *tit.* 38. *de pœnit. & remiss. num.* 11. *pag. mihi* 163.

1651. 2. Jun. —— Si Officialis etiam Regularis captus ab Hostibus, intra tempus Officii revertatur, recuperat illud jure postliminii, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Carmelitarum*, & antea *in ead. anno* 1650. 12. *Aug. apud* d. Nicol. *in dd. Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 12. *num.* 15. *pag. mihi* 52. 305

1651. 3. Jun. —— Abbas Nullius exercens Jurisdictionem quasi Episcopalem in Locis sibi subjectis, potest in eisdem Locis propria auctoritate Pontificalia exercère, ad formam Privilegiorum Benedictinorum, & non communicantium: Potest etiam examinare testes ad probandum statum suorum Subditorum Matrimonia contrahere volentium cum cœteris, & attestatio debet ab Ordinario admitti, ut rescripsit *Congregat. Concil. in Papien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Abbate, *pag. mihi* 2. 305

1651. 3. Jun. —— Non est revocandum Decretum ab Episcopo editum circa Professionem in die festo Sanctissimi SACRAMENTI faciendam in Ecclesia Archipresbyterali cujusdam Castri suæ Diœcesis, non autem in Ecclesia Regulari Mendicantium, prout respondit *Congregat. Concil. in Hipporegien. ad cap.* 13. *sess.* 25. *de Regular. apud* d. Pascucc. *in d. Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par.* 2. *tit.* de Processionibus, *pag. mihi* 265. 305

1651. 22. Jun. —— Capitulum generale Religionis Hierosolymitanæ repræsentatur à sexdecim Capitularibus, juxta *decis.* 219. *sub num.* 1. *par.* 1. *recent.* & vigore Statutorum à Papa confirmatorum nedum dispensare potest super residentia quinquennali requisita tantummodo à Statutis ejusdem Religionis *in* 305

cap.

cap. 14. *de Commend.* sed etiam nova Statuta condere, & antiqua immutare, corrigere, & penitus abrogare, ut dixit *Rota in Melevitana Commenda coram* Celso, *decis.* 123. *sub num.* 3. *pag. mihi* 153. etiam ex duabus præcedentibus Decisionibus, scilicet *in Toletana Territorii* 30. *Mar.* 1648. & iterum 18. *Mar.* 1650. *coram* Otthobono.

1651. 28. Jun. —— Abbates pró Consecratione Monialium non ingrediantur Clausuram : Moniales autem consecrandæ debent expleviſſe vigesimum quintum annum, nisi adsit consuetudo immemorabilis in contrarium, prout declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Papien. apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Abbas, *sub num.* 6. & ibid. *verb.* Consecratio Monialium, *sub num.* 4. 3054

1651. 27. Jul. —— Interdicitur & prohibetur, ne de cœtero quisquam Libros, Quinterna, Folia, aut Scripturas, tam impressa quàm manuscripta, Bibliothecis Domorum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum donata vel donanda, quibusvis Personis commodare aut sub quovis quæsito colore è dictis Bibliothecis seu earum aliqua extrahere & asportare, seu ut commodentur vel extrahantur & asportentur permittere aut consentire præsumat, sub Excommunicationis latæ sententiæ (reservata Papæ absolutione) ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis: Permittitur tamen dictarum Domorum Fratribus Verbum DEI prædicantibus & Studiis operam navantibus, Libros, Quinterna, & Folia hujusmodi è dictis Bibliothecis extrahere & illis in eorum Cellulis tantùm uti, sed finito usu hujusmodi, illos seu illa ad dictas Bibliothecas respectivè sub eisdem pœnis referre teneantur. *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 47. *quæ incipit* Conservationi. 3055

1651. 11. Aug. —— Magistri Conventuum unitorum alteri Provinciæ, gaudent Privilegiis sicut ante unionem, prout declaravit & rescripsit *Congrega-* 3056

gregatio Episcopor. & Regular. in una Dominicanorum, & antea *in ead. anno* 1647. 12. *Apr. apud* Nicol. *in Flosculis ex utroque Jure libatis*, *verbo* Magister, *sub num. 7. pag. mihi* 297.

1651. 26. Sept. —— Regularis propinans venenum suo Guardiano, condemnatur ad pœnam Triremium, prout condemnat *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in una N. apud* Ricciuni *in Synopsi Decretor. dict. Congregat. verb.* Regularis delinquens, *num. 7.*

1651. 9. Dec. —— Per Episcopum fieri potest præceptum Regularibus, ne absque sua licentia accedant ad Ecclesias Monasteriorum Monialium pro celebrandis ibidem Missis, ut rescripsit *Congregat. Concil. in Placentina*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Missa, *sub num.* 25. nec non & *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 1. num. 16. vers.* Sacra tamen, & *refert etiam* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pagin. mihi* 92.

1652. 3. Febr. —— Annus incæptus non habetur pro completo quoad Dignitates Regularium, sed requiritur Annus completus, ut respondit *Congregatio Concil. in una Congregationis Montis Virginis ad cap. 6. sess. 25. de Regular. apud* d. Pascucc. *in d. Compend. ad Congregat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 290. ubi etiam ad rem *l. Anniculus*, *ff. de verb. signif.* & expressè deducitur *ex l. 1. ff. de manumissis*, ac etiam habetur *ex l. denique*, §. *minorem*, *ff. de minor.*

1652. 3. Febr. —— Non licet Regularibus commoranti per aliquot dies in eorum Conventu, ibique defuncto omnia Sacramenta administrare, & in eorum Ecclesia dare Sepulturam, absque licentia Parochi, cui Quarta Funeralis debetur, ut respondit *Congregatio Concilii in Ripana ad cap. 11. sess. 25. de reformat. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 290. *& refert etiam* Petra *in Commentar. ad Constitut.*

stitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 9. Innocentii III. sect. 1. num. 49. pag. mihi 276.

1652. 3. Febr. —— Potest Episcopus prohibère Regularibus etiam sub pœnis Censurarum, ne prædicent hora, qua ipse in sua Cathedrali prædicat, & quando ex causa publica convocatis Clero & Magistratu ac Populo, coram se prædicare facit solemniter, ut instante Archiepiscopo Urbini censuit & declaravit *Congregatio Concilii apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. num. 111. pag. mihi 59. in supplemento ad 2. tomum.* 3061

1652. 24. Febr. —— Non potest admitti Regularis pro visitandis Sanctorum Apostolorum liminibus, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concilii in Colonien. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 1. tit.* de Episcopis, *pagin. mihi 251.* 3062

1652. 24. Febr. —— Potest Episcopus tanquam Delegatus Apostolicus visitare Parochiales Hierosolymitanas, & in Visitatione Decreta condere in concernentibus Curam Animarum, Administrationem Sacramentorum, Implementum onerum Missarum ex piis dispositionibus provenientium, & illa sunt executioni demandanda, prout respondit *Congregat. Concil. in Vulturarien. apud* d. Pascucc. *in d. Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Equitibus, *pag. mihi 274.* 3063

1652. 2. Mar. —— Equites Religionis Hierosolymitanæ quamvis paupertatem voveant, attamen longævus usus & antiquissima consuetudo interpretata est eorum Regulam & Professionem ac Votum cum scientia & sine contradictione Superiorum, ut Bona sua retineant, amovibilia tamen ad nutum Magni Magistri, & de illis disponant, eadem insumendo in usus proprios, licèt in morte absque Superioris licentia testari nequeant, de qua quidem consuetudine testatur Diana *consult. mor. par. 2. tract. 15. resol. 54. per tot.* ubi subdit, quod multi eorum & ferè omnes minimè Professionem emitterent, si tenerentur 3064

tur ad aliam ſtrictiorem paupertatem & vitæ rationem, quàm quod hodie inter illos ſervare conſuetum eſt: Præterquàm quod per Statutum ejuſdem Sacræ Religionis non eſt ſic generaliter prohibitum Equitibus acquirere nomine proprio, ita ut ſi acquirant, tam quoad eos quàm quoad Religionem acquiſitio ſit nulla, imo totum contrarium diſponitur in *cap. 6. de contract. ſub num.* 10. & ſic Religio agere poteſt ex perſona Religioſi ad Bona per eum licèt ex propria perſona & proprio nomine quæſita, Buratt. *deciſ.* 2. *ſub num.* 11. Sperell. *deciſ.* 21. *ſub num.* 38. & alii citati à *Rota in Lucana Cenſus vitalitii, apud* Palmam Nepot. *deciſ. Lucan. lib.* 2. *deciſ.* 107. *ſub num.* 3. *&* 4.

1652. 5. Mar. —— Milites S. Jacobi de Spatha, Calatravæ, & Alcantaræ connumerandi ſunt inter Perſonas Eccleſiaſticas, ſi, & quatenus Profeſſionem expreſſam emiſerint, ut declaravit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſtica in Reatina, apud* Paſcucc. *in Compendio ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 277. *& refert etiam* Riccius *in Synopſi Decretor. d. Congregat. verb.* Equites Militiæ Chriſti, *ſub num.* 5. 304

1652. 15. Mar. —— Ad hoc, ut aliquis Regularis licitè promoveri poſſit & eligi, neceſſe eſt, ut ſit habilis tempore electionis vel promotionis, ut dixit *Rota coram* Albergato, *& antea* 1650. 1. *Jul. coram* Celſo, *ac etiam* 1649. 8. *Mar. coram* Peutingerio, *nec non* 1648. 26. *Jun. coram* Bichio, *apud* Paſſerin. *de elect. canonic. cap.* 30. *num.* 30. ubi tamen ait, quod hoc non obſtat, nam ubi promovendus habeat de præſenti qualitates ſufficientes, qualitas illa naturalium donorum, & ſpes ſuper illis fundata quæ eſt de præſenti, præponderare poteſt aliis qualitatibus quas habet alter non tam excellentibus naturæ donis & habilitate præditus: unde talis cenſeri poteſt abſolutè dignior ad Officium. 305

1652. 16. Mar. —— Quarta Funeralis non eſt ſolvenda à Monaſterio S. Claræ Apoſtolica auctoritate 306

tate post Concilium Tridentinum erecto sub regimine Fratrum Reformatorum S. Francisci, nisi adsit legitima consuetudo in contrarium, ut rescripsit *Congregat. Concil. in Albiganen. ad cap.* 13. *sess.* 25. *de reform. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 315. *ubi etiam quod* quamvis de jure communi Quarta spectet ad Episcopum vel Parochum, ut *in Clem. Dudum*, §. *verum*, *de Sepult.* stantibus tamen amplissimis Privilegiis Religioni Franciscanorum concessis & etiam ad Moniales extensis, illa nullatenus debetur, ut in Constitutionibus Clementis Quarti & Sixti Quarti ac Pii Quinti, de quibus supra anno 1265. 21. Jul. & anno 1474. 31. Aug. ac anno 1560. 5. Apr.

1652. 13. Apr. —— Decretum Urbani Octavi (de quo supra, 1625. 21. Jun.) prohibens erigi Monasteria seu Conventus, in quibus duodecim saltem Religiosi sustentari non valeant, adjecta pœna subjectionis Ordinario loci, non est abrogatorium Constitutionis Gregorii Decimiquinti supra positæ & editæ anno 1622. 17. Augusti, quæ absolutè prohibet erectionem Monasteriorum seu Conventuum, in quibus duodecim saltem Religiosi ex redditibus & eleemosynis consuetis sustentari non possunt, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 289. 3068

1652. 27. Maii. —— Religioni & Monasterio acquiritur quidquid Religiosus quomodolibet comparavit, *cap. de Monacis* 16. *quæst.* 1. *cap. de lapsis* 16. *quæst.* 6. *cap. in presentia*, *de probat. cap. cùm ad Monasterium*, *de stat. Monachor.* Abb. *in cap. cùm olim*, *il* 2. *de Privil.* Archidiac. *in cap. unico*, *num.* 13. 18. *quæst.* 1. & ideo Religiosus professus, est in particulari incapax dominii vel possessionis, Concil. Trident. *sess.* 25. *de Regul. cap.* 2. Menoch. *cons.* 722. *num.* 37. & 59. Joan. Wigger. *de Just. & Jur. tract.* 1. *cap.* 3. *dub.* 8. *num.* 21. ac proinde non potest contrahere censum vitali- 3069

tium in præjudicium Monasterii, Rodr. *Quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 47. *art.* 15. Sylvest. *in Sum. verb. Religio, num.* 7. Barbosa *de potest. Episc. allegat.* 103. *num.* 5. quapropter qui ab eo recipit pecuniam, tenetur eas restituere Monasterio vero Domino, Reginal. *in Prax. For. Pœnit. lib.* 18. *num.* 397. Lopez *in Instruct Conscien. par.* 2. *cap.* 5. Modern. Matriten. *Quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 53. Beneplacitum autem Apostolicum concedens Religioso facultatem contrahendi usque ad certam summam, ultra illam non suffragatur, *l. jubemus, C. ad Vellejan.* Barbosa *in Collect. ad Concil. Trident. sess.* 21. *de Regul. cap.* 2. *num.* 16. & ex eis dixit *Rota in Romana Censuum coram* Bichio, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 253. *num.* 1. *& seqq.*

1652. 27. Maii. —— Religiosus intra Claustra exi- 307
stens non potest aliquid emere etiam ex pecuniis quas ipse sibi subtraxit de illis quas poterat honestè consumere, ut benè Rodr. *Quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 29. *art.* 10. *col.* 3. *fol.* 80. licentia autem concessa Religioso retinendi Bona ad unum usum, non extenditur ad alium, Navar. *in Comment. de Regul. in cap. non dicatis* 12. *quæst.* 1. *num.* 44. D. Antonin. 3. *par. tit.* 16. §. 11. *col.* 1. & 2. Reginal. *in Prax. For. Pœnit. lib.* 18. *cap.* 27. *num.* 399. Sylvest. *in Sum. verb. Religio* 6. *quæst.* 7. est enim Religiosus solùm usurarius, qui nequit de Bonis ad certum usum concessis in alios usus disponere, §. 1. §. *item Instit. de usu, & habit.* ibiq. not. Oynot. *num.* 8. *& seqq.* Joan. Harprect. *num.* 1. & 13. Sot. *de Just. & Jur. lib.* 4. *quæst.* 1. *art. col.* 8. facultas ergo controvertendi & disponendi de Bonis reservatis Religioso concessa, si non restringatur ad usus & necessitates proprias, semper tamen intelligenda est de usibus piis & non profanis, Navarr. *cons. tom.* 1. *lib.* 3. *tit. de donat. cons.* 7. *num.* 2. Laur. de Portell. *dub. regul. verb. peculium, num.* 2. Mirand. *in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 28. *art.* 9. & ex eis dixit *Rota in d. Romana Censuum coram eod. ibid. num.* 8. *& seqq.*

7. Jun.

1652. 7. Jun. —— Monasterium per renunciationem, ad jura renunciata non habet amplius ingressum, *l. quaritur, ff. de edil. edict. l. ult. Cod. remiss. pign.* Gloss. *in cap. quàm sit periculosum 7. quast. 1. & in l. quoties ab omnibus, C. de fideicomm.* aliique citati à *Rota in Cononien. Bonorum de Romantiis coram* Verospio, *decis. recentior. par. 11. decis. 261. num. 1.* 3071

1652. 14. Jun. —— Minister Generalis Ordinis S. Francisci non potest dispensare super requisita ad electionem Guardianorum, Diffinitorum, ac Provincialium, prout declaravit atque censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Minister Generalis, *pag. mihi* 325. 3072

1652. 15. Jun —— Potest Episcopus visitare nedum Ecclesiam Parochialem Regularium in concernentibus Curam Animarum & administrationem Sacramentorum nec non Personam dictam Curam exercentem, verùm etiam Ædes Parochiales: & potest renuentes compellere etiam per Censuras, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concilii in Augustana ad cap. 7. sess. 7. de reformat.* & ex *Constitut. Gregorii XV. de exemptor. privileg. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Visitatione, *pag. mihi* 428. 3073

1652. 15. Jun. —— Fratres Sacerdotes Professi Ordinum Militiarum, non possunt consequi & retinere Beneficia cum Cura & sine Cura, absque Dispensatione Apostolica, ut resolvit & respondit *Congregatio Concilii in Portugallien. ad cap. 10. & 11. sess. 24. de reformat. apud* d. Pascucc. *in d. Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 1. tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 271. *& referunt etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 1. num. 87.* & Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 1. Anastasii IV. sect. 1. num. 28. pag. mihi 9. & 115.* 3074

1652. 17. Jun. —— Quia Jesuitæ habent exemptionem præstandi Decimas Papales, propter majoritatem rationis, exemptio extenditur etiam ad Deci- 3075

mas debitas Parochis: nec obstat, quod Leo Decimus moderando dicta Privilegia statuerit vigesimam loco Decimæ Parochis esse persolvendam, & propterea saltem istam vigesimam sibi deberi prætendere possit Parochus, quia dicta Constitutio Pontificia fuit particularis pro Regnis Castellæ & Legionis, unde non debet ad alias Provincias seu Regna extendi: Constitutio enim, sive Rescriptum restringitur ad limites petitionis, *l.* 1. *C. de diverf. rescript.* Jason. *in l. causas, num.* 5. *C. transact.* aliique citati à *Rota in Ariminen. Decimarum coram* Meltio, *decis. recentior. par.* 11. *decis.* 276. *num.* 6. *& seqq.*

1652. 21. Jun. —— Professus in Religione, nunquam censetur dispositivè aut conditionaliter vocatus, nec facit deficere conditionem *si sine Filiis*, quando Testator noluit Monasterium succedere: & hoc procedit, etsi Professio post obitum Fideicommittentis emanaverit, ut dixit & firmavit *Rota in Mediolanen. Bonorum coram* Albergato, *decis. recentior. par.* 11. *decis.* 278. *num.* 10. *&* 12. 306

1652. 21. Jun. —— Incorporatio & subjectio Monasterii probatur ex Croniſtis qui ante motam litem scripserint, si cum illis concurrant adminicula, Gratian. *discept.* 893. *num.* 7. nec non ex enunciativa in Litteris Papæ emanata: si Episcopus illud auctoritate Apostolica asserat visitasse: si Abbates illius intervenerint Capitulis Generalibus & Provincialibus Ordinis, & in eisdem elegerint Visitatores itidem Ordinis, ac ipsi aliquando tales electi fuerint: ex multiplicatis Visitationibus factis ab Ordinis Visitatoribus: si de eo fiat translatio de una Provincia ad aliam cum auctoritate Abbatis Generalis, seu Capituli generalis Ordinis, ut probat *Rota in Brixinen. Jurisdictionis coram* Peutingerio, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 279. *à num.* 1. *ad* 10. 307

1652. 21. Jun. —— Ad destruendam incorporationem & subjectionem Monasterii non obstat, quod Monasteria Ordinis non dicantur constituere unum corpus, sed esse omninò separata, quia in Ordine 307

Præ-

Præmonstratensium licèt quodvis Monasterium habeat unum Caput de per se, subjacent tamen Abbati Generali, & accedunt ad Capitulum generale, ut patet ex Constitutionibus Apostolicis citatis à *Rota in d. Brixinen. Jurisdictionis coram* d. Peutingero, *in d. par.* 11. *decis.* 279. *num.* 11. & 12.

1652. 27. Jul. —— Episcopus visitat Domum Residentiæ Parochi dependentis à Monasteriis Regularium etiam non suppressorum, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concilii in Augustana*, & antea *in ead. sub die* 15. *Jun. ejusd. anni* 1652. *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. in fine* 1. *partis, pag. mihi* 442. *num.* 4. ex Pignatel. *tom.* 4. *consultat.* 155. *sub num.* 9. 3079

1652. 17. Aug. —— Regularis, cui reservata fuerit annua Pensio scutorum centum super redditibus Mensæ Episcopalis, pro rata dictæ Pensionis tenetur contribuere Seminario dicti Episcopatus, prout resolvit & respondit *Congregatio Concilii in Tropien. ad cap.* 18. *sess.* 23. *de reformat. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag. mihi* 383. 3080

1652. 6. Sept. —— Soli Superiores Regularium sine Ordinario non possunt Regulares dimittere sub prætextu nullitatis Professionis quantumvis certæ & notoriæ ac evidentis, prout rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Observantium*, & antea *anno* 1600. 5. *Dec. in Syracusana, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 31. *num.* 31. *pag. mihi* 113. *ubi etiam quod* Legati quoque de Latere vel Nuncii non possunt concedere restitutionem adversus lapsum quinquennii, quam sine Beneplacito speciali Sanctissimi neque concedit *eadem Congregatio sub die* 29. *Nov. ejusd. anni* 1652. *ad Nuncium apud Venetos*, & antea *anno* 1646. 27. *Nov. in una Excalceatorum S. Augustini de Gallia*. 3081

1652. 3. Oct. —— Constitutiones Urbanæ *cap.* 4. *tit.* 2. §. 17. quæ concedunt Guardianis Minorum Conventualium facultatem accipiendi pecuniam mu- 3082

tuam propter urgentes Conventuum necessitates, non ideo concedunt eis facultatem hypothecandi Bona eorundem Conventuum, prout declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 20. *pag. mihi* 74.

1652. 5. Oct. —— Non potuerunt, nec possunt tam Sæculares quàm Regulares cujusque Ordinis & Instituti, etiam Societatis JESU, excedere limites verbales Indultorum Sedis Apostolicæ super Beatificationibus, præsertim in celebratione Missarum & Officii cum Octavis, nisi hoc expresè Sedes Apostolica eis indulserit, prout censuit & declaravit *Congregatio Rit. approbante Sanctissimo die* 16. *Decembris ejusdem Anni, apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Officium Sanctorum, *sub num.* 4. *pag. mihi* 387. 3083

1652. 15. Oct. —— Omnes & singuli Conventus quorumcunque Regularium (etiamsi illis Animarum Cura Personarum sæcularium incumbat, sintve Hospitia vel Grangiæ seu alterius Monasterii Membra) existentes intra fines Italiæ & Insularum adjacentium, in quibus ob parvum Religiosorum numerum Regularis Disciplina juxta peculiaria cujusque Ordinis Instituta servari non potest, perpetuò extinguantur & supprimantur: & Regularium Superiores infra terminum sex mensium dimittant realiter coram Ordinariis locorum possessionem corporalem hujusmodi Conventuum, & Religiosos amoveant: eoque termino elapso non liceat Regularibus in hujusmodi Ecclesiis Missas & Divina Officia celebrare, Confessiones Sacramentales audire, alia Sacramenta administrare, Functiones Parochiales exercère, & Mortuos tepelire. Cura Animarum (si qua illis Conventibus immineat) per Presbyteros sæculares idoneos ab ipsis Ordinariis approbandos laudabiliter exerceatur, Ecclesiæque debito non fraudentur servitio, & Missarum onera adimpleantur: Nemo autem Regularium cujusvis Ordinis & Instituti Domos vel Loca Regularia de novo recipere, seu Monasteria aut Conventus 3084

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tus vel Collegia incipere ſive fundare præſumat abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, alioquin receptiones hujuſmodi & fundationes ac erectiones ſint ipſo jure nullæ, & Domus ac Loca & Perſonæ in eis degentes omnimodæ juriſdictioni & viſitationi atque correctioni Ordinarii loci plenè in omnibus ſubjaceant. *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Conſtit. 27. quæ incipit* Inſtaurandæ, *& refert etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in Append. pag. 417.* ¶ Vide infra, 1654. 10. Febr.

1652. 15. Nov. —— Superiores Regulares circa depoſitionem & ſolutionem ac implicationem Dotis Puellæ monachandæ nihil diſponere poſſunt ſine licentia Ordinarii, ſub pœna privationis utriuſque vocis & Officiorum, prout declaravit & reſcripſit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. in Tortonen. apud* Nicol. *in Floſculis ex utroque Jure libatis, verb.* Dos, *ſub num. 9. pag. mihi* 172. 3085

1652. 16. Nov. —— Regulares poſſunt ordinari à quocunque Epiſcopo, quando Epiſcopus proprius eſt impeditus, prout cenſuit & reſolvit *Congregatio Concilii apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 1. Conſtitut. unic. Urbani II. ſect. 2. num. 5. pag. mihi* 336. ex Pignatel. *tom. 1. Conſultat.* 390. 3086

1652. 16. Nov. —— Conſervatores Regularium in cognoſcendis Cauſis eorundem Regularium non habent juriſdictionem privativè quoad Nuncium Apoſtolicum habentem poteſtatem Legati de Latere, prout declaravit & reſpondit *Congregatio Concilii in Florentina, apud* Paſcucc. *in Compendio ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Conſervatoribus Regularium, *pag. mihi* 206. 3087

1652. 10. Dec. —— In Hoſpitiis vel Grangiis non permittitur Curæ exercitium per Regulares, ſed per Presbyteros Sæculares ab ipſis Regularibus nominandos, prout decrevit & reſcripſit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. apud* d. Paſcucc. *in d. Compendio ad Conſultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de 3088

Regularibus, *pag. mihi* 295. ¶ Vide supra, 1652. 15. Oct.

1653. 10. Jan. —— Facultates *cap. Terrulas* quoad alienationem rerum Ecclesiasticarum non competunt Superioribus Regularium, prout censuit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Silvestrinorum, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 20. *pag. mihi* 74. 3088

1653. 14. Jan. —— An Fratres Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula contra formam Privilegiorum possint conveniri ab Ordinario aut Vicario Apostolico pro reddenda ratione Bonorum temporalium ab eis possessorum: hujusmodi Fratres uti jure suo respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Bisignanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb. Regularis, num.* 11. 3090

1653. 1. Febr. —— Concilium Tridentinum *capit.* 4. *sess.* 22 comprehendit etiam Regulares Mendicantes, ita ut Regulares, qui non sunt in ordine Subdiaconatus, vocem habere non possint in Capitulis & actibus Capitularibus, si in Constitutionibus ejusdem Religionis aliter expressè non caveatur, ut declaravit *Congregatio Concil. in una Tertii Ordinis S. Francisci, apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 288. *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 22. *num.* 7. ex Pignatel. *tom.* 1. *Consultat.* 224. 3091

1653. 14. Febr. —— Canonicus Regularis sine dispensatione Apostolica est prorsus incapax Canonicatus in Ecclesia Cathedrali, Abb. *in cap. quod Dei timorem, sub num.* 5. *de stat. Monach.* accedente autem dispensatione Apostolica nemo negat esse capacem retinendi Beneficia, prout dixit *Rota in Asten. Coadjutoria coram* Celso, *decis.* 161. *sub num.* 17. & 20. *pag. mihi* 201. etiam ex alia ejusdem Rotæ decisione *in Majoricen. Parochialis* 13. *Jun.* 1646. *coram* eodem. 3092

1653. 7. Mar. —— Milites Ss. Mauritii & Lazari 3093

ex

ex Constitutione Pii Quinti gaudent exemptione ab oneribus & impositionibus, ut declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Tudertina, apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 272.

1653. 13. Mar. —— Ad evitandam paritatem suffragiorum, quæ ex numero pari sex Vocalium, quibus Diffinitoria Provincialia Ordinis Minorum de Observantia constant, tam in electionibus faciendis quàm in negotiis decidendis oriri potest, Ministris Provincialibus, deficiente Præside, in hujusmodi casibus votum decisivum concedit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Electio, *sub num.* 6. *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Seraph. pag.* 95. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 22. *num.* 32. nec non & *tom.* 2. *cap.* 5. *num.* 29. ubi ostendit, hoc Decretum non habere locum in expulsione. 3094

1653. 25. Apr. —— Sub prohibitione transeundi de una Religione ad aliam, intelligitur etiam inhibitus transitus de una Congregatione ad aliam ejusdem Ordinis, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Capuccinorum, apud* Nicol. *in Flosculis ex utroque Jure libatis, verbo* Transitus, *sub num.* 6. *pag. mihi* 496. 3095

1653. 6. Maii. —— Potest Episcopus ex Constitutione Gregoriana extrahere delinquentes etiam ab Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ, ut rescripsit *Congregatio Immunit. Ecclesiast. in Messanen. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 383. *ubi etiam quod* potest quoque extrahere in casibus in dicta Gregoriana non expressis ad effectum correctionis tantùm, ut respondit *eadem Congregatio in Aretina anno* 1649. 31. *Aug.* & antea *in Cathacen. anno* 1643. 1. *Sept.* nec non & *in Interamnen. anno* 1640. 27. *Mar.* 3096

1653. 9. Maii. —— Constitutio Gregorii Decimiquinti (edita anno 1622. 22. Febr. & incipit *Militantis*) 3097

rantis) quæ adjecta clauſula Decreti irritantis præſcribit, quod qui Officio Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, & Definitoris in Ordine Minorum S. Franciſci de Obſervantia functi ſunt, nullo modo poſſint reeligi, niſi ſexennio tranſacto, intelligenda eſt de Annis Capitularibus, ita ut tempus intercedens duo Capitula, ſit integra vacatio in eadem Conſtitutione præſcripta, prout declaravit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 22. n. 39. pag. mihi 235.* & refert etiam Julius de Venet. *in Chronol. Serap. pag. mihi 96.*

1653. 16. Maii. —— Regulares generaliter non ſolùm non poſſunt eſſe Confeſſarii ordinarii, ſed neque Capellani Monialium Ordinario ſubjectarum, ut reſolvit & reſcripſit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. in Piſtorien. apud* Paſcucc. *in Compendio ad Conſultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi 96.* ¶ Hoc antea decreverat eadem Congregatio anno 1617. 12. Maii in reſponſione ad Venetiarum Patriarcham Vendramenum, mandans, ut auferret à ſuis Monaſteriis hujuſmodi Confeſſarios, ſed in poſterum uteretur Sacerdotibus Sæcularibus, ut refert Aſcanius Tamburin. *de Jure Abbatiſſar. diſputat. 16. quæſito 32. num. 4.* Si verò copia defuerit Confeſſariorum Sæcularium, poterit Epiſcopus Regularibus uti, & hoc patet ex alia reſponſione ad Venetiarum Patriarcham data anno 1620. 7. Jun. apud d. Tamburin. *loc. cit. & refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regul. tom. 1. cap. 15. num. 12. pag. mihi 158.*

1653. 26. Maii. —— Ubi agitur de Eccleſia pro Regulari habita, Præſentationes factæ remanent deſtitutæ omni titulo, cùm prætenſum Juſpatronatus non poſſit habere locum in Eccleſia Regulari, niſi quatenus doceatur de Privilegio Apoſtolico, ſine quo illud non acquiritur, juxta text. *in cap. nobis, de Jurepatron.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Pampilonen. Vicaria coram* Meltio, *deciſ. recentior. par. 11. deciſ. 314. num. 20.*

30. Maii.

1653. 30. Maii. —— Locus futuri Capituli Provin- 3100
cialis vel Generalis declarari debet in præcedenti, non autem servari in pectore Provincialis vel Generalis, cum facultate illud declarandi quandocunque, prout respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una S. Hieronymi de Fesulis*, & antea *in alia Minimorum S. Franc. de Paula anno* 1647. 13. *Sept. apud* Nicol. *in Flosculis ex utroque Jure libatis, verbo* Capitulum, *num. 9. pag. mihi* 71. ex cap. in singulis, 7. V. Proviso, de stat. Monach.

1653. 9. Jun. —— Beneficium Sæculare non potest 3101
conferri Regulari, qui sub Regula & Militia Ss. Mauritii & Lazari militat, quæ est Ordo & Religio approbata à Sede Apostolica (ut patet ex superius dictis 1572. 16. Sept.) de qua Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 5. num.* 86. Barbosa *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 41. num. 87. & 165.* quo stante Regularis hujusmodi incapax videtur Beneficii Sæcularis tam ex dispositione juris communis, *cap. cùm de Beneficio, cap. cùm singula, de Præben. in 6. Clem. 1. de elect.* quàm Sacri Concilii Tridentini *sess. 14. cap. 10. & 11. de reform.* & tradunt Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 31. numer. 4.* Modern. Avenion. *quæst. benefic. cap. 109. num. 6.* Legatus tamen Avenionensis habet in facultatibus potestatem dispensandi cum Regularibus, ut Beneficia Sæcularia obtinere possint, unde non est disputandum, an Legatus Constitutioni Conciliari possit derogare, in quo non solùm expressam, verùm etiam tacitam ejusdem Concilii derogationem in provisionibus admittit Buratt. *decis. 463. sub numer. 4.* & tradit Modern. Avenion. *par. 2. cap. 3. §. 6. num. 26.* & ex eis dixit *Rota in Nicien. Archipresbyteratus coram* Zarate, *decis. 37. à num. 3. ad 6. pag. mihi* 373.

1653. 16. Jun. —— Omnia & singula Privilegia & 3102
Indulta per quoscunque Romanos Pontifices Ordini Monachorum Congregationis Cisterciensis quomodolibet concessa (dummodo in usu ac licita sint & honesta, & non revocata vel sub aliquibus revocatio-

cationibus comprehensa, Sacrisque & Concilii Tridentini Decretis ac Constitutionibus Apostolicis, Regularibusque dicti Ordinis Institutis non adversentur) perpetuò approbat & confirmat, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit ac defectus supplet *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 54. quæ incipit* Exponi Nobis.

1653. 21. Jun. —— Regularis constitutus in Carceribus spatio unius anni in jejunio & pœnitentia ad finem ut tanquàm incorrigibilis à Religione eiiciatur, si è Carceribus fugiat dicto Carcerationis anno nondum expleto & deinde sit captus, non potest tunc ut incorrigibilis eiici, quia Regulares delinquentes, uti incorrigibiles eiici non possunt à Religione anno Carcerationis nondum completo: Nec Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis in diversis temporibus commissis in Carceribus detentus potest uno carcerationis ano ut supra interpolato expleto tanquam incorrigibilis à Religione eiici, si post dictum annum Carcerationis interpolatum, animo indurato in sua pertinacia perseverans iterum delinquant, quia non sufficit annus Carcerationis interpolatè expletus, sed requiritur spatium unius anni continuum & integrum: Generalis autem Ordinis non potest delegare facultatem eiiciendi à Religione Provincialibus pro eorum Provinciis, seu Commissariis vel Vicariis Generalibus: Sex verò Patres, de quorum consilio & assensu ejectio fieri debet (juxta declarationem superiùs positam & editam anno *1625. 9.* Augusti.) eligi possunt in unaquaque Provincia seu Regno, prout respondit *Congregatio Concil. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Ejectus, *sub num. 5. pag. mihi 216.* 310

1653. 21. Jun. —— Si à Religione dicti sex Patres, de quorum consilio & assensu ejectio fieri debet, non fuerint electi in Capitulo seu Congregatione Generali, recurrendum est ad Sacram Congregationem in singulis casibus: Non sufficit verò, ut Prælatus Conventualis seu Provincialis conficiat Processum 3104

stylo

stylo Religionis servato, & illius Summarium transmittat Generali Ordinis seu illius Delegato, qui adhibitis sex Patribus electis, quilibet illorum videat eundem Processum, ut transmittant votum suum per litteras eidem Generali seu Delegato, sed Processus sunt conficiendi quidem juxta stylum & Constitutiones Religionis, at illorum transumptum authenticum est transmittendum ad singulos sex Patres electos, qui per litteras possint votum dare: Generalis denique seu Delegatus non potest ferre sententiam ejectionis à Religione, quando à tribus ex sex Patribus electis dicta sententia approbatur, sed hujusmodi sententia fieri debet saltem de voto majoris partis dictorum sex Patrum electorum, prout respondit *Congregatio Concil. apud* eundem, *ibidem*.

1653. 4. Jul. —— Monasteria & alia Loca Regularia non solita solvere Quartam funeralem, non comprehenduntur sub Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 13. de Reform.* ex declaratione Pii Quinti supra posita & edita anno 1567. 16. Maii, ut advertunt Guttier. *de juram. confirm. par. 2. cap. 4. sub numer. 3.* Rodriq. *Quæst. Regular. tom. 1. quæst. 29. ante fin.* Parochus autem Monachus ita potest cum Stola ingredi Parochiam Sæcularium, sicut Sæcularis Parochus Monachorum Parochiam ingredi valet, ex text. *in l. 3. §. non perpetuò, ff. de Sepult. viol.* Barbosa *de offic. Paroch. par. 3. cap. 26. num. 77. & 80.* Monachi denique non habent Territorium, nisi intra Claustra & ambitum suorum Monasteriorum, quia Monasterium est Territorium Abbatis, Cened. *canon. quæst. 26. sub num. 18.* Barbosa *de offic. Episc. alleg. 73. sub num. 7.* Tambur. *de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 39.* & ideo Regulares non possunt Religiosum defunctum portare per Civitatem & per Plateas ac alias Parochias, ut dixit *Rota in Romana Jurium Funeralium coram* Zarate, *decis. 45. à num. 37. ad 46. pag. mihi* 392. 3105

1653. 8. Aug. —— Novitiis, quousque Professionem 3106

nem emiserint, tam in publicis quàm in privatis functionibus ultimus locus debetur, prout audito Commissario Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum declaravit atque statuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Præcedentia, *sub num.* 1. *pag. mihi* 407.

1653. 9. Aug. —— Asserentibus nonnullis Regularibus posse in media Nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam celebrari successivè alias duas Missas & in eis Sacram Communionem exhiberi Fidelibus illam deposcentibus, utrumque prohibendum censuit *Congregatio Rituum, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 3. *numer.* 16. *pag. mihi* 220. & refert etiam Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 46. *pag.* 135. ¶ Hoc Decretum in omnibus Urbis Ecclesiis etiam Regularibus inviolabiliter observari mandat Vicarius Generalis Papæ anno 1702. 18. Dec. apud d. Monacel. *loco citato*.

1653. 23. Sept. —— Episcopo licet ad Excommunicationis publicationem procedere & Interdictum apponere Ecclesiæ Prioratus Religionis Hierosolymitanæ ex causa violatæ Immunitatis, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Messanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Interdictum, *sub num.* 9.

1654. 9. Jan. —— Constitutio Clementina (de qua supra, 1593. 6. Mar.) ad Congregationem Cassinensem spectans innovatur: Prohibetur Cellerariis & aliis eorum Ministris, quibus Bonorum administratio incumbit, quominus audeant redditus supprimere vel minuere, rerum quarumcunque pretium alterare, negotiationibus sese immiscere, Animalium seu Agriculturæ industrias sibi appropriare, aut Munera contra formam præcitatæ Constitutionis elargiri, sub pœna privationis Officiorum, vocis activæ & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis eo ipso incurrenda, ad quarum pœnarum executionem pro-

procedant Abbates de hujusmodi transgressionibus conscii, aliàs eisdem ipsi pœnis subjaceant ac Dignitate Abbatiali priventur: Omnes pecuniæ ad Monasterium pertinentes à Cellerariis dietim Depositario consignentur, & in arcam deponantur duabus clavibus obseratam apud Cellerarium & Depositarium asservandis: arca verò ipsa unà cum rationum Codice in Abbatia custodiatur, à qua nec obulus quidem extrahi possit sine præcedente mandato in scriptis Cellerarii directo pecunias recepturis & firmato etiam manu Abbatis ac registrando in destinato Libro: quod si Abbas abfuerit, tàm Codex quàm arca committatur Superioris Monasterii custodiæ. *Innocentius X. ex voto Congreg. Episcopor. & Regular. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 58. quæ incipit* Diuturna, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 520.* ¶ Hanc Constitutionem confirmat Alexander VII. anno 1655. 7. Sept. *in d. Bullar. Rom. Constit. 9. quæ incipit* Aliàs, *& habet quoque* d. Margarin. *loc. cit. Constit. 526.* ¶ Vide infra, 1654. 10. Jul.

1654. 9. Jan. —— Computa, Jura, Introitus, & Exitus singulo quoque Mense, Expensa verò in Agrorum cultura quolibet trimestri Abbati, & Piori, ac Decanis Monasteriorum prædictæ Congregationis Cassinensis fideliter exhibeantur, & si qui defraudasse & veritatem proventuum & expensarum non expressisse inventi fuerint, incurrant pœnas superiùs expressas, & insuper de furto & perjurio puniantur: Ut autem hæc omnia exactiùs observentur, PP. Visitatoribus injungitur, quatenus in eorum Visitatione super præmissis diligenter inquirant, & si quid in contrarium commissum vel omissum repererint, contrafacientes in prænarratas pœnas incidisse & à suis Officiis suspensos declarent, donec in primo futuro Congressu Dietæ vel Capituli ad executionem pœnarum inflictarum procedatur, sub pœna pariter privationis Dignitatis Abbatialis, necnon vocis activæ & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis 3110

litatis ad illa seu alia consequenda (rehabilitatione Sedi dumtaxat Apostolicæ reservata) ab ipsis quoque Visitatoribus incurrenda : Mandatur denique Abbatibus, ut in Cellerariorum deputationibus faciendis audito prius consilio Seniorum, nonnisi Religiosum gravem & probatum ac inter Decanos adscriptum Diffinitoribus aut Regimini promovendum proponant, quemque aptiorem esse secundùm DEUM judicaverint, ac talem proprio juramento in scriptis attestentur, aliter deputatio sit nulla eo ipso, & Prælati in proxima Dieta vel Capitulo debitè puniantur. *Innocentius X. apud* eosdem, *ibidem*.

1654. 13. Jan. —— Si Prior Ordinis Hierosolymitani in facultatibus habeat, ut Vicarius perpetuus Curatus Terræ Alberonæ excommunicare possit & interdicere, talem studeat Sacerdotem ibidem ordinare, qui doctrina & discretione idoneus sciat prudenter uti hujusmodi jurisdictione, prout censuit & rescripsit *Congregatio Concilii in Vulturarien.* & postea *in ead. anno 1663. 7. Jan. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 1. tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 274. ¶ Notandum, quod Equites S. Joannis Hierosolymitani possunt confiteri cum Regulari Sacerdote à Superiore tantùm suo approbato, sicuti possunt alii Regulares, prout tenent DD. apud Barbos. *in Collect. ad Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. num. 10.*

1654. 20. Jan. —— In Conservatores & Officiales Religionis Hierosolymitanæ eligendæ sunt Personæ Ecclesiasticæ, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in una Sicilia*, *apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis*, *verbo* Equites Sancti Joannis Hierosolymitani, *sub num. 1.*

1654. 6. Febr. —— Liber Monasterii inter alias publicas Scripturas per Officiales deputatos retentus, etiam contra Tertium probationem circa Beneficii statum inducit, Felin. *in cap. ad audientiam, sub num. 16. extra de rescript.* Anchar. cum ibi citatis *quæst. 60. sub num. 6. lib. 1.* Ricc. *in Prax. Jurispatr. quæst. 27. sub num. 1.*

num. 1. & ex eis dixit *Rota in Aurien. Parochialis coram* Zarate, *decis.* 50. *sub num.* 5. *pag. mihi* 399.

1654. 10. Febr. —— Si parvi Conventus primùm supprefſi, deinde ob rationabiles cauſas reſtituti, ipſis Regularibus denuò concedantur, ut piè & religioſe vivatur & Regularia Inſtituta (quò exactiùs fieri poteſt) obſerventur; ipſi Conventus & Perſonæ tam Regulares quàm Sæculares in eis degentes viſitationi & correctioni ac omnimodæ juriſdictioni Ordinarii loci tanquàm ſuper hoc à Sede Apoſtolica Delegati plenè in omnibus ſubiiciantur, donec in eis commodè ſuſtentari poſſint duodecim Religioſi, idque pateat Sacræ Congregationi: Interea in eorum ſingulis ali debeant & re ipſa alantur ſex ſaltem Religioſi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus ſint Sacerdotes maturæ ætatis, alioquin gratia reſtitutionis & conceſſionis hujuſmodi ſit nulla & invalida, & Ordinarii locorum in illis exequi poſſint & debeant ea omnia quæ in aliis Conventibus itidem ſuppreſſis ipſis demandantur, perinde ac ſi gratia prædictæ reſtitutionis & conceſſionis non emanaſſet. *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Conſtit.* 32. *quæ incipit* Ut in parvis, & *referunt etiam* Criſpin. *in Tract. de Viſitat. Paſtor. par.* 1. §. 15. *num.* 26. Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Conventus, *ſub num.* 14. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag. mihi* 438. ¶ Vide ſupra 1652. 15. Oct. & infra 1655. 27. Jul. 3114

1654. 10. Febr. —— Inſuper quia multi ſunt Conventus, in quibus etſi præfixus fuerit numerus Religioſorum ſufficiens ad obſervantiam Regularis Diſciplinæ, & idcircò in ſuppreſſione antedicta non fuerint comprehenſi, nihilominus ſive ob reddituum diminutionem, ſive ob Superiorum incuriam vel malam adminiſtrationem, ſive ob carentiam Religioſorum, aeris intemperiem, vel quamcumque aliam ob cauſam prædictus numerus cum effectu in eis non alitur cum gravi detrimento Regularis Obſervantiæ; omnes & ſinguli ejuſmodi Conventus non ſup- 3115

preſſi, aut Grangiæ, ſeu Membra alterius Monaſterii, exiſtentes intra fines Italiæ & Inſularum adjacentium, in quibus nunc non aluntur vel quandocunque actu non alentur ſaltem ſex Religioſi probatæ vitæ, quorum ad minus quatuor, ut ſupra, ſint Sacerdotes maturæ ætatis, eidem viſitationi & correctioni ac omnimodæ juriſdictioni Ordinarii loci ſimiliter ut Sedis Apoſtolicæ Delegati plenè in omnibus ſint ſubjecti: Cœterùm quoad Conventus cum pauciori numero, erectos poſt diem 21. Jun. 1625. & quoad illorum ſubjectionem loci Ordinario, in ſuo robore permaneat Decretum juſſu Urbani Octavi editum, cui per præmiſſa aliquatenus non derogat *Innocentius X apud* eoſdem, *ibidem*. ¶ Vide ſupra 1652. 15. Oct. & infra, 1655. 27. Jul.

1654. 3. Mar. —— Superior Regularis recuſans extractum remitti in Eccleſia, graviter corripitur à Procuratore Generali Ordinis, cui hoc commiſit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ in Aquen. apud* Riccium *in Synopſi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Delinquens, *ſub num.* 27.

1654. 12. Apr. —— Si Bona exiſtentia in Diœceſi ſint propria aliquorum Beneficiorum ſeu Eccleſiarum ibidem ſitarum, quæ tanquam membrum ſubjectæ & unitæ ſunt Monaſterio, contributio pro Seminario ratione dictorum Bonorum facienda eſt Epiſcopo loci in quo Bona cum Beneficiis ſeu Eccleſiis ſita ſunt: niſi conſtiterit Bona prius fuiſſe applicata ipſi Monaſterio & deinde erecta Beneficia ſeu ædificatæ Eccleſiæ, quia tunc contributio eſſet facienda Epiſcopo loci in quo ipſum Monaſterium exiſtit ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Petram *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 4. *circa Conſtitut.* 2. *Urbani VI. num* 27. *pag. mihi* 346.

1654. 18. Apr. —— Non debet Epiſcopus prohibere, quin Regulares Miſſas celebrare poſſint pro devotione in Eccleſiis Sæcularibus de conſenſu Rectorum: non tamen debent Regulares ſuſcipere in dictis Eccleſiis onus celebrandi ratione ſtipendii, in-

vito

vito Episcopo, prout declaravit & respondit *Congregatio Concilii in Senonen. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Missæ Sacrificio, *pag. mihi* 46.

1654. 6. Maii. —— Episcopus vigore Bullæ Gregorii Decimiquarti potest extrahere Confugas ad præscriptum dictæ Bullæ, & cognoscere, an extracti gaudeant privilegio Immunitatis: & hoc præstare potest etiam in Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ, prout resolvit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Messanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Episcopus quoad Immunitatem, &c. *sub num.* 15. 3119.

1654. 17. Maii. —— Regularis, qui ab aliquot annis relicto Claustro & spreta obedientia vagatur, incedendo tamen in Habitu Regulari ac in privata Domo vivendo non sine scandalo, est puniendus, & ideo Superior Regularis uti potest jure suo juxta Constitutionem Urbanam de Apostatis & Ejectis supra positam & editam anno 1624. 21. Septembris, ut respondit *Congregatio Concil. in Cracovien.* & antea *in Tricastrinen. anno* 1647. 14. *Dec. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 286. 3120

1654. 26. Jun. —— Si Privilegium clarè & individualiter omnia specificet, nimirùm eximendo & liberando Territorium & ejus Populum à quorumcunque Episcoporum & Ordinariorum potestate, & soli dumtaxat Pontifici & Sanctæ Sedi subiiciendo, ita ut nullus Episcopus in posterum tam in dicto Territorio quàm in ejus Ecclesiis & Membris ac pertinentiis ubicunque sitis possit aliqua ratione vel causa Jurisdictionem sibi vindicare aut exigere vel exercère, sed solùm ipse Abbas sive alius Prælatus per se vel alios Jurisdictionem Ordinariam ac merùm & mixtum Imperium in prædicta Loca & Personas habeat ut quisquis Ordinarius in sua Diœcesi, tunc planè censetur concessa qualitas Nullius cum separatione Territorii: & ideo Sacrum 3121

Monasterium Ss. TRINITATIS Cavensis proprium Territorium habere, nullius Diœcesis fore, Abbatemque illius omnimodam Jurisdictionem possidère, Litteras Dimissoriales concedere & Minores Ordines conferre posse decernit *Rota in Caven. Collationis Ordinum coram* Verospio, *apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 521.* & refert etiam Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constit. 6. Alexandri III. sect. 1. num. 47. pag. mihi* 138.

1654. 1. Jul. —— Dum summa Monachorum paupertas fuit causa exemptionis à solutione Decimarum, ideo affluente Monasterio multis fortunæ Bonis, Privilegia exemptionis restringenda sunt ad eam ratam tantùm, quæ pro necessitate Monachorum ad vitam traducendam potest deservire, juxta text. *in cap. ex parte, il 1. de Decim.* ubi Abb. *sub num.* 3. Anchar. *sub num. 2.* qui considerant, quod aliàs Parochus omnibus Decimis privari posset, Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. disputat. 15. quæsito 18. num. 3.* Barbosa *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 26 §. 3. num. 46.* Seraph. *decis. 828 sub num. 6. & seq.* ex quibus dixit *Rota in Calaguritana Decimarum coram* Zarate, *decis. 67. sub num. 9. 10. & 11. pag. mihi* 431. 3111

1654. 1. Jul. —— Monasterium, cui unitum fuit Beneficium de per se curatum, etiam Parochiale, debet exigere integras Decimas ratione Unionis, prout dixit & firmavit *Rota in Calaguritana Decimarum Sancti Ascensi & Devalillo coram* Zarate, *decis. recentior. par. 1. decis. 345. sub num. 8.* 3111

1654. 4. Jul. —— Parochus non habet Juris assistentiam in Ecclesia Regularium, ex eo quod sit intra suos limites, Abb. *in cap. dilectus, num. 1. & 11. de Capell. Monach* & in *cap. cùm venerabilem, num 46. de excep.* Monachi autem non habent Territorium, nisi intra Claustra & ambitum suorum Monasteriorum, quia Monasterium est Territorium Abbati, Zerola *in Prax. Episc. 1. par. verb. Professiones, vers. ad quartum extra Claustra*, Cened. *canon. quæst.* 3114

quæst. 26. *num.* 18. Barbosa *de Offic. Episc. allegat.* 73. *num.* 7. Modern. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 5. *quæsito* 7. *num.* 39. & ideo non possunt Regulares Religiosum defunctum portare per Civitatem & Plateas ac alias Parochias, ut ex Declaratione Sacræ Congregationis Concilii refert Barbosa de Offic. Parochi, *cap.* 26. *num.* 18. (& ego retuli supra, anno 1620. 2. Julii) prout dixit *Rota in Romana Jurium Emeralium coram* Zarate, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 348. *num.* 2. 35. & 36.

1654. 10. Jul. —— Arcam seu Capsam pecuniarum, quæ in ædibus Abbatialibus Monasteriorum Congregationis Cassinensis servari mandaverat Innocentius Decimus (prout supra, 1654. 9. Jan.) penes Depositarium custodiri conceditur: Pecunias verò quæ Operariis longè distantibus in eorum manibus solvendæ erant, in manibus Agentium Monasterii solvi possint: Præcitatam denique Constitutionem Innocentianam, nec non & præsentem in publico Refectorio per totum mensem Februarii & per Octavam Nativitatis Beatæ Virginis MARIÆ quotannis legendas statuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constit.* 522. *quæ incipit Italicè* Affinche. 3125

1654. 4. Aug. —— Bulla Clementis Septimi circa Privilegium Fori & Exemptionis Syndicorum & Procuratorum Ordinis Fratrum Minorum de Observantia S Francisci servanda est, ut respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Fanen.* & antea *in Maceraten. anno* 1644. 8. *Mar.* nec non & *in Perusina anno* 1642. 17. *Nov. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis*, *verbo* Syndicus, *sub n.* 1. 3126

1654. 4. Aug. —— Potest Episcopus tanquam Delegatus Apostolicus etiam pœnis Censurarum punire & corrigere Equites Hierosolymitanos degentes extra Claustra in propriis Domibus, si tempore Paschali non communicent: & itidem tanquam Delegatus Apostolicus potest eosdem corrigere & punire, si eodem tempore Paschali retineant in propriis 3127

Domibus Mulierculas Amicorum, illas post dictum tempus dimittendo, ne dicto tempore Paschali molestentur. ut censuit *Congregatio Concilii ad cap. 3. sess. 6. de reformat. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic Jacobi Pignatel. par. 1. tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 271.

1654. 7. Aug. —— Si Regulares habeant Conservatorem absentem, dicuntur illum non habere, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Tropien. Minimorum S. Francisci de Paula, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 29. sub num 9. pag. mihi* 45. 3118

1654. 12. Aug. —— Singulis sexennis convocari debeat Capitulum generale Fratrum Ordinis Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum, loco & tempore à Capitularibus in immediatè præcedentibus Capitulis generalibus ipsius Ordinis designandis, cum interventu Ministri Generalis, omniumque Provincialium, cum uno Socio pro quolibet à singulis Provinciis ejusdem Ordinis eligendo in antecedenti earum Capitulo Provinciali, & in eo delinquentium tam Superiorum quàm Subditorum quorumcunque corrigantur excessus, & de salute Animarum ac de conservatione ipsius Ordinis tractetur & statuatur. *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 61. qua incipit* In eminenti. 3119

1654. 21. Aug. —— Præcedentia inter Regulares utriusque sexus incipit à die Professionis & non Habitus, non obstante quolibet prætextu & contraria consuetudine, ut rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Observantium*: Licèt fuissent in alia Provincia incorporati, non autem à die incorporationis, ut respondit *ead. Congregat. in alia Reformatorum anno* 1653. 22. *Aug.* nisi quando profiterentur duo eodem prorius temporis momento, qui si eodem quoque tempore fuissent vestiti, data paritate Professionis, præcedit qui prius acceptatus fuit, licèt in eodem Capitulo, ut censuit *ead. Congregat. in Assisien. anno* 1603. 13. *Mar.* etiamsi Professio facta 3120

fuisset

fuisset in alio Monasterio, prout declaravit *ead. Congregat. in Mexicana anno* 1594. 3. *Jan.* licèt etiam quis cedere vellet Juri suo, ut resolvit *ead. Congregat. in Assisien. anno* 1600. 3. *Oct. apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Præcedentia, *sub num.* 15. *pag. mihi* 391.

1654. 25. Sept. —— Non liceat Commendatariis 3131
Priores, Superiores, aut Officiales Claustrales Ordinis Cistercienſis instituere ac destituere, visitare Monachos & eosdem corrigere, nec facultates eisdem in Litteris Apostolicis concessæ & expressæ trahi possint ad ea, quæ Institutum Regulare concernunt, Monastico regimini relinquenda. *Innocentius X. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 162. *qua incipit* Pastoralis Officii. ¶ Hanc Constitutionem ob obitum dicti Pontificis executioni non demandatam confirmat & approbat Alexander VII. anno 1655. 26. Aug. *ibid. Constit.* 6. *qua incipit* Exponi Nobis. ¶ Vide infra, *1657. 20. Mar.*

1654. 2. Oct. —— Avocatio Causæ non comprehendit Generalem, saltem quoad Generalem, propter votum Obedientiæ, & quia Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 20. non loquitur de ipsis, prout declaravit *Congregatio Concilii in una Observantium de Aracœli apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *Canon. lib.* 2. *tit.* 28. de Appellationibus, *num.* 29. *pag. mihi* 74. nec non & *in Flosculis ex utroque Jure libatis, verbo* Generalis, *sub num.* 7. 3132

1654. 15. Oct. —— Ad propagandam in Ordine 3133
Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, & Reformatorum S. Francisci Regularem Observantiam, quæ Novitiorum institutioni & educationi præcipuè inniti tur, in singulis Italiæ Provinciis ejusdem Ordinis designantur plures Conventus pro Novitiatibus & Professoriis, dum tamen hæc, quæ sequuntur, inviolatè observentur, scilicet, ut indicatur & in singulis dictarum Provinciarum Conventibus publicetur futurum examen seu scrutinium eorum, qui ad habitum Probationis recipi postulaverint, omnesque à Ministro Provinciali & Definitoribus

ribus diligenter examinentur, ac per vota secreta approbentur quotquot idonei reperti fuerint natalibus, ætate, vita, & moribus, atque litteratura respectu Clericorum, corporis habitudine, impulsu spiritus, aliisque requisitis ad præscriptum Apostolicarum Constitutionum ac Statutorum Ordinis: Non idonei verò reiiciantur: Nec aliquis approbetur pro Clerico, qui decimum quintum, nec pro Laico qui vigesimum ætatis suæ annum non expleverit, prout decrevit *Congregatio Regular.* de mandato sanctissimi, *apud* Lantuscam *in Theatro Regular. verb.* Novitius, *sub num.* 5. *pag. mihi* 369.

1654. 15. Oct. —— Dictum examen seu scrutinium 3134
eorum, qui ad habitum Probationis recipi postulaverint in dicto Ordine Fratrum Minorum Regularis Observantiæ & Reformatorum S. Francisci, scripto fideliter exaratum & manu propria cujusque Examinatoris subscriptum ac juramento firmatum & obsignatum, primo quoque tempore transmittatur ad Commissarium Generalem, qui statim consulto Procuratore Curiæ & aliquibus Patribus gravioribus à se deligendis, scrutinium sic receptum accuratè percurrat & per singulas partes expendat, ac propterea tam per supradictos quàm per litteras familiares & secretas inquisitiones à Patribus Provinciæ antiquioribus ac zelum DEI habentibus assumendas sedulò investiget, num adversus examinatos & approbatos inveniatur aliqua exceptio: An verò ipsorum quispiam sit consanguineus vel affinis, amicus aut quoquo modo addictus alicui Examinatori aut alteri ex Fratribus Ordinis: & an zelo perfectioris vitæ & DEO liberiùs in Sancta Religione serviendi, an potius levitate aut necessitate vel alio fine inordinato ductus postulet admitti, prout decrevit *Congregatio Regular. de mandato Sanctissimi*, *apud* eundem, *ibidem*.

1654. 15. Oct. —— Peractis supradictis, ex omni- 3135
bus ut supra approbatis idem Commissarius Generalis dicti Ordinis Fratrum Minorum Regularis

Ob-

Observantiæ & Reformatorum S. Franciſci, conſultis ſupradictis, intra numerum Novitiorum pro Clericis & Laicis in illa Provincia ut ſupra conceſſum præeligat meliores, habita præſertim ratione indolis, morum, fervoris ſpiritus, acuminis ingenii, & conditionis natalium, moxque præelectorum nomina mittat ad Miniſtrum Provincialem, qui tunc demùm & non prius eoſdem præelectos ad habitum Probationis ſuſcipiat & eos tantùm: qui poſtea quarto quoque menſe à Communitate Fratrum Conventus ipſius Novitiatus à duobus ſaltem menſibus ibi actu de Familia exiſtentium, per ſecreta majoris partis ſuffragia habiles inventi fuerint, elapſo anno poſt ſuſceptum habitum ad Profeſſionem admittat, ſub exacta tamen vita communi ad præſcriptum Regulæ, non obſtante quavis laxiori conſuetudine ſeu potius corruptela in contrarium introducta, ſervataque forma Sacrorum Canonum, Concilii Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, ac præcipuè Decretorum Clementis Octavi, nec non ſtatutorum prædicti Ordinis: Quod ſi aliquem ex dictis Clericis vel Laicis, poſtquàm receptus fuerit, ante Profeſſionem à Religione diſcedere aut expelli contigerit, alius in ejus locum ſubrogari poſſit, dummodo tamen in omnibus ſervetur forma ſuperiùs præſcripta, prout decrevit *Congregatio Regular. de mandato Sanctiſſimi, apud* eundem, *ibidem*. 3134

1654. 15. Oct. —— Ut Prædicti Novitii, poſtquàm numerum Profeſſorum dicti Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ & Reformatorum S. Franciſci recepti fuerint, melius in bono ſpiritu & regularis diſciplinæ obſervantia ſtabiliantur & confirmentur, ſtatim poſt Profeſſionem emiſsam, ſi in Conventu pro Novitiatu aſſignato locus aderit ſecundi Novitiatus ſeu Profeſſorii ab ea, quæ Novitiorum eſt atque antiquorum Profeſſorum habitatione, diſtinctus & ſegregatus, ibi collocentur, ſi Conventus eos alere queat, ſin minus, transferan- 3136

3135

tur

tur in alium Conventum ex designatis, pro Professorio seu secundo Novitiatu, ubi is locus cum requisitis ad Novitiatum ipsum præscriptis reperiatur, vel accommodetur aut de novo construatur: ita tamen ut si prædicta Religio ex suarum Constitutionum vigore majoris temporis curiu novos Professos intra Novitiatum detinere consuescat, illis in hac parte minimè derogatum esse intelligatur, & nihilominus permittitur Superioribus, ut id ipsum facere possint, si rationi ac Religioni magis expedire judicaverint, prout decrevit *Congregatio Regular. de mandato Sanctissimi, apud* eundem, *ibidem*.

1654 15. Oct. —— In dicto Professorio Ordinis 313
Fratrum Minorum Regularis Observantiæ & Reformatorum S. Francisci degant dicti novi Professi sub regulis & modo vivendi adhuc strictiori, quàm fervent antiquiores Professi, ita ut nec in negotiis Conventus se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, nec alterius exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant quousque ad ætatem Sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem pervenerint, vel saltem per triennium post Professionem, quo etiam tempore potuerunt, quinimo & debebunt litterarum studiis operam navare sub directione & regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Magistrum Novitiorum præditum esse oportet, quemadmodum Clementis Octavi Decreto providè sancitum est, prout decrevit *Congregatio Regular. de mandato Sanctissimi, apud* eundem, *ibidem*.

1654. 15. Oct. —— Guardianum, Magistrum No 313
vitiorum, ac Familiam Religiosorum in prædictis Conventibus tam Novitiatus, quàm Professorii supradicti Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ & Reformatorum S. Francisci constituat Minister Provincialis una cum Definitoribus, ita tamen ut antequàm ibi actu eam collocet, Commissarium Generalem de illa certiorem faciat, qui consultis supradictis eandem vel in toto vel in parte

(prout

(prout in Domino sibi videbitur) confirmare vel infirmare teneatur: Nec liceat dicto Ministro Provinciali aliquem ex dicta Familia mutare vel amoveres nisi ex magna & urgenti necessitate & cum consensu Definitorum, quo casu nihilominus teneatur protinus de mutatione hujusmodi edocere Commissarium Generalem, cujus erit eam approbare vel reprobare, prout decrevit *Congregatio Regular. de mandato Sanctissimi, apud* eundem, *ibidem* ¶ Vide infra 1655. 28. Aug.

1654 15. Oct. —— In prædictis Conventibus tam Novitiatus, quàm Professorii dicti Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ & Reformatorum S. Francisci non collocentur, nisi Religiosi graves, devoti, exemplaris ac regularis observantiæ, & puritatis Regulæ studiosi: Præcipuè verò caveatur, ne ibi ponatur aliquis, qui non consentiat servare vitam communem, quæ in prædictis Conventibus ad Regulæ præscriptum exactè observetur, indeque amoveantur qui tam sanctæ Ordinationi contradicere aut quoquo modo se opponere ausi fuerint: Ad extremum, postquàm Novitii in Professorum numerum cooptati fuerint, Superiores Regulares, ad quos pertinet, illicò Sacram Congregationem edoceant, suprascripta omnia & singula fuisse ad unguem adimpleta & executioni mandata, alioquin pœnas in Decretis Urbani Octavi statutas se subituros, ac novas licentias recipiendi Novitios nequaquam fore impetraturos certò sciant, prout decrevit *Congregatio Regular. de mandato Sanctissimi, apud* eundem, *ibidem*. 3139

1654. 10. Nov. —— In causa suspicionis Judicum inter Regulares, procedendum est secundùm Jus commune, ubi Constitutio particularis Religionis non providit, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Observantium ad IV. apud* Nicol. *in Floseulis ex utroque Jure libatis, verbo* Judex, *sub num. 22. pag. mihi* 281. 3140

1654. 16. Nov. —— Guardianus Sacri Montis Sion 3141

à Su-

à Superioribus Generalibus Ordinis Franciscanorum juxta eorum Constitutiones est eligendus, cum participatione Eminentissimi D. Cardinalis Protectoris, certiorata Sacra Congregatione, aliàs electio sit invalida & nullius roboris ac inanis, prout stando Decretis aliàs editis anno 1647. 21. Februarii iterum sancivit *Congregatio de propaganda Fide, apud* Lantuscam *in Theatro Regular. verb.* Guardianus, *sub num. 4. pag. mihi* 267.

1654. 9. Dec. —— Monachus non potest egredi Religione, si nulla concurrat ex causis ad hunc effectum requisitis & enumeratis à Castropal. *oper. moral. tom. 3. disput. 4. punct. 20. num. 7. & seqq.* & aliter dimissus non liberatur à nexu Religionis, Sanchez *de precept. Decalog. lib. 6. cap. 9. num. 66.* Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 9. num. 11. & seqq.* non dicitur autem exire qui exit animo redeundi, *l. quid si fugitivus, ff. de edilit. edict.* Bald. *in l. 1. num. 27. C. de serv. fugit.* Gonzal. *super reg. 8. Cancellar. gloss. 43. num. 5. & seqq.* Monachi verò egressum è Religione ex justis causis processisse statur assertioni Patris Generalis, cui juxta suas facultates adhibenda est fides, Sanchez & Castroval. *ibidem*, & ex eis dixit *Rota in Bononien. Successionis de Zanis coram* Bichio, *decis. recent. par. 11. decis. 349. num. 2. & seqq.* 3141

1654. 12. Dec. —— Potest concedi Dispensatio & absolutio à tribus Votis Obedientiæ & Paupertatis ac Castitatis conjugalis in Professione Ordinis Militaris S. Jacobi emissis, cum commutatione in aliud Suæ Sanctitati benè visum: & quidem in Votis solemnibus, si adsit causa publica: & in Votis simplicibus, si adsit causa privata, cum restrictione arbitrio Confessarii qui causas examinet, prout declaravit *Congregatio Concilii apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 1. tit.* de Dispensationibus, *pag. mihi* 217. 3142

1655. 20. Apr. —— Beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcunque aliam dispositionem Abbatum & aliorum Collatorum & 3143

Colla-

Collatricum Regularium quomodolibet (non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinèntia) quæ post illorum obitum, aut Monasteriorum suorum dimissionem seu amissionem vel privationem seu translationem, usque ad provisionem Successorum ad eadem Monasteria Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eisdem Successoribus possessionem vacaverint & vacabunt, sunt 3141
reservata Papæ, cui etiam reservatur Prioratus, Præposituræ, Præpositatus, ac aliæ Dignitates Conventuales, & Præceptoriæ generales Ordinum quorumcunque, sed non Militiarum: Nulli denique Sæculari de Regulari, nec Religioso de Sæculari, Beneficiis Commenda detur, nisi in Signatura per clausulam ad partem super petitione Commendæ hujusmodi, de Commenda ipsa mentio fiat. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. quæ incipit* Sanctissimus, *sub regul. 2. 4. & 43. & referunt etiam* Corradus *in Prax. Dispensat. Apostolic. in fine Operis*, ac Nicolius *in Lucubrat. itid. in fine Operis.*

1655. 30. Apr. —— Per Breve Urbani Octavi supra 3145
positum & editum anno 1639. 16. Julii, nullum jus ipsis Confessariis & Concionatoribus de novo quæsitum fuit, sed tantùm ea Privilegia præservata, 3148
quæ vel vigore Constitutionum Ordinis vel Indultorum Apostolicorum, aut Cardinalis Protectoris, eisdem antea competebant prout declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Seraph. pag. mihi* 87. & refert etiam Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 39. num. 4. vers.* A simili, *pag. mihi* 120. *ubi etiam quod* per præcedentiam eisdem Confessariis concessam in Capitulo Generali Romæ celebrato, non censetur concessum jus subrogandi, ut censuit *ead. Congregat. anno* 1659. 10. *Jan.*

1655. 11. Maii. —— Monasteria Congregationis 3146
Cassinensis ad Novitiatum idonea distribuuntur pro 3144
unaquaque Provincia, & Novitiorum numerus per singu-

singulas Provincias disponitur: Examen & scrutinium Novitiorum sunt indicenda, & per Abbatem ac Examinatores deputandos peragenda, per vota secreta decernenda & juramento firmanda, ac ad Præsidem Congregationis transmittenda à quo iterum examinanda sunt & approbanda: Novitii infra annum Probationis à Visitatoribus examinentur, nec ante decimumquintum annum ætatis ad Habitum admittantur: Decimo mense Probationis elapso, per secreta suffragia dicti Novitii recipiantur, & in locum discedentium vel ejectorum alios recipiendi facultas conceditur, sed per Habitus susceptionem vel admissionem ad Professionem vel alio quocunque prætextu (præter victum & vestitum Novitii pro tempore Probationis & non ultra) nihil ab ipso Novitio vel à Parentibus recipiatur: Post Professionem per quinquennium ad minus in Noviciatu dictæ Congregationis instruantur, nec inde absque urgenti causa amoveantur, & in Monasteriis ubi Novitiatus est institutus, Monachi probatæ vitæ deputentur: Magistros Novitiorum, Decanos Regiminis ætate & moribus graves fore, locumque ipsorum super omnes Decanos assignandum, & per triennium laudabiliter eodem officio functos omnino cæteris ad Prioratum præferendos decernit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullar. Cassinen. tom. 2. Constit. 524. quæ incipit* Ad propagandam.

1655. 14. Maii. —— Tempore Jubilæi possunt omnes Regulares confiteri peccata sua Sacerdotibus ab Ordinario approbatis tam Sæcularibus quàm cujusvis Ordinis Regularibus: in Bulla enim non fit mentio, nisi de Ordinario eorum qui audiunt Confessiones, non autem de Ordinario Pœnitentium: Et possunt absolvi à Casibus suo Superiori Regulari reservatis. *Alexander VII. in Constit. quæ incipit* Unigenitus, *apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Jubilæum, *sub num. 6.* & sic antea declarasse Gregorium Decimumtertium testatur Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 4.*

cap. 4. num. 3 pag. mihi 3 : 4. ac Murga *in Tract. de Benefic. Eccleſiaſt. quæſt. 2. num. 121. pag* 44. ¶ Notandum primò, quod Regularis approbatus ab Epiſcopo ad audiendas Confeſſiones, nulla præcedente licentia ſive approbatione ſui Superioris, nulliter Confeſſiones audit, nam Ordinarii non habent facultatem approbandi Regulares ad Sacras Confeſſiones, niſi ſervata forma *Clem. dudum*, §. *ſtatuimus*, *de Sepult. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 345. ¶ Notandum ſecundò, quod Religioſi non poſſunt ire Romam Anno Sancto ſine licentia Superiorum, quæ non ſufficit petita, niſi obtenta fuerit: licentia enim petita & non obtenta valet, quando Prælatus debet illam de jure concedere: nullibi autem invenitur, Superiores de jure obligari ad concedendam hujuſmodi licentiam, ut ait Priſſus *in Hierurg. tom. 2. litt. R. num.* 95. §. *XII.*

1655. 14. Maii. —— Jus honorificum etiam in Eccleſia Regulari acquiri poſſe probat text. *in cap. nobis*, ibiq. Abb. & communiter Scribentes *de Jurepatron.* Barboſa *in addit. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 14 *cap.* 13. *ſub num* 17. *verſ. Juſpatronatus honorificum*, & iterum *de Jur. Eccleſiaſt. univer. lib* 3. *cap.* 12. *ſub numer.* 47. *verſ. verum ad effectum*, Caval. *deciſ.* 265. *ſub num.* 6. & denuò *deciſ.* 321. *ſub num.* 1. *& per tot.* nec non & *in recent. deciſ.* 377. *ſub numer.* 1. *par.* 5. & ex eis dixit Rota *in Mediolanen. Beneficiorum coram* Celſo, *deciſ.* 197. *ſub numer.* 6. *pag. mihi* 247. 3148

1655. 15. Maii. —— Non licet Canonicis Regularibus abſque permiſſu Summi Pontificis aſſumere Curam Animarum etiam ad tempus, multòque minus Beneficium Curatum etiam ad tempus, nec hujuſmodi Canonici ad Concurſum ſunt admittendi, prout declaravit *Congregatio Concil. in Cremonen. & Taurinen. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Parocho, *pag. mihi* 193. *& refert etiam* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 1. circa Conſtitut. 1. Anaſtaſii IV ſect. 1. num.* 3149

1. *num.* 40. *pag.* 14. ¶ Vide tamen infra, 1664. 16. Jun.

1655. 17. Maii. —— Religio Hierosolymitana po- 315
teſt Perſonas Eccleſiaſticas in Conſervatores eligere, etiamſi in Conciliis Provincialibus vel Diœceſanis Judices deſignati non ſint, prout concedit *Alexander VII. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *tit.* 1. *form.* 50. *numer.* 4. *pag. mihi* 174.

1655. 21. Maii. —— Dimiſſi vel expulſi ab aliquibus 315
Religionibus non admittantur ad Concurſum ſive oppoſitionem pro obtinendis Præbendis Pœnitentiariæ in Eccleſiis Cathedralibus Regnorum Caſtiliæ & Legionis ſine ſpeciali Sanctæ Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, dummodo non tempore Probationis durante dimiſſi fuerint, ſed poſt Profeſſionem, prout declaravit *Congregatio Concilii apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 31. *num.* 13. *pag. mihi* 109. ¶ Notandum, quod Canonicatus Pœnitentiarii in ſingulis Metropolitanis & Cathedralibus Eccleſiis Hiſpaniæ in Concurſu ad inſtar Doctoralium & Magiſtralium eſt providendus, prout decrevit *Gregorius XV. in Conſtit. quæ incipit* Supremæ, *apud* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. in fine* 2. *tomi, pag. mihi* 70.

1655. 25. Maii. —— Contra Monachos violatores 316
Immunitatis Eccleſiaſticæ Archiepiſcopus procedat ſervatis ſervandis, prout declaravit & reſcripſit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ in Mediolanen. apud* Riccium *in Synopſi Decretor. d. Congregation. ſub verbo* Monachi, *num.* 6.

1655. 29. Maii. —— In Miſſis aliàs indultis anno 317
1644. S. Martii, Nativitatis videlicèt Domini Noſtri JESU Chriſti ad Præſepe, Reſurrectionis ſupra Sanctiſſimum Chriſti Sepulchrum, & Aſſumptionis Beatæ MARIÆ Virginis in Valle Joſaphat, ſicut in die dicendus eſt Hymnus Angelicus *Gloria in excelſis Deo*, & Symbolum Apoſtolorum, prout inſtante Commiſſario & Procuratore Sanctiſſimi Sepulchri Ordinis Minorum de Obſervantia S. Francifci declaravit *Congregatio Rit. in Hieroſolymitana*,

na, apud Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Missa, *sub num.* 8. *pag. mihi* 337.

1655. 1. Jun. —— In singulis Italiæ Provinciis Congregationis Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ deputantur infrascripta Collegia pro Novitiatibus & Professoriis, videlicet: In Provincia Romana pro Novitiatu & Professorio Collegium S. Blasii Montis Citorii de Urbe: In Provincia Mediolanensi pro Novitiatibus Collegia S. Petri Monfortis Mediolani & S. Spiritus Januæ, & pro Professoriis Collegia S. MARIÆ Secretæ Mediolanensis, S. Majoli Papiæ, & S. Mariæ Magdalenæ Januensis: In Provincia Veneta pro Novitiatu Collegium Ss. TRINITATIS Venetiarum, & pro Professoriis idem Collegium Ss. TRINITATIS Venetiarum, & Collegium Ss. Philippi & Jacobi Vicentiæ: In quolibet autem ex prænominatis Collegiis pro Novitiatu designatis plura observanda statuit, & pro Novitiorum receptione, illorumque admissione nonnulla decernit *Congregatio Regular. de mandato Alexandri VII. in Libro Privilegior. d. Congregat. Somasch. pag. mihi* 178. 3154

1655. 5. Jun. —— Jus approbandi Confessarios in Ecclesiis Prioratus Baruli Religionis Hierosolymitanæ competit Episcopo, donec constiterit per rem judicatam, dictum Prioratum esse Nullius & habere Territorium separatum cum Jurisdictione quasi Episcopali, ut respondit *Congregatio Concil. in Vulturarien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Constitut. Apostolic. Jacobi Pignatel. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 274. 3155

1655. 7. Jun. —— Renuncians Bonis, ut Professionem emittat in aliqua Religione, si renunciet ea, ut conservetur agnatio, tunc nonnisi agnati sunt vocati, exclusis extraneis, Sanchez *super præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 25. Cancer. *var. resolut. par.* 3. *cap.* 15. *de renunc. num.* 24. Cyriac. *controver.* 475. *num.* 1. *&* 2. & licèt causa finalis dicatur ipse ingressus Religionis, non tamen ex hoc sequitur, 3156

quod ipse non potuerit imponere legem sibi benè visam renunciationi, ut dixit *Rota in Romana Successionis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 12. *decis.* 4. *num.* 2. 8. *&* 9.

1655. 9. Jun. —— Potest Episcopus in Parochialibus 3157
Monachorum exemptorum Sacramentum Confirmationis administrare, invitis ipsis Regularibus, & contra eos hujusmodi administrationem impedientes Censuris procedere, ut reseripsit *Congregatio Concil. in Brixien. apud* Nicol. *in Flosculis*, *verb.* Chrisma, *sub num.* 3. *in fine*, nec non & *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 15. *num.* 1. argum. *cap. responso* 43. *de sent. excom.* & arg. etiam *cap. quoniam* 19. *de sent. excom. in* 6.

1655. 21. Jun. —— Ob Religionis ingressum, quod 3158
Hæres desinat esse Hæres, tanquam conditio turpis reiicienda est, prout dixit & firmavit *Rota in Melevitana Salviani coram* Cerro Decano, *decis. recentior. par.* 12. *decis.* 55. *sub num.* 15. *pag. mihi* 79.

1655. 25. Jun. —— Monasterium dum probatur non 3159
habere separatum Territorium, subest jurisdictioni Ordinarii, ejusque Territorii Ecclesiæ Parochiales sunt visitandæ ab Episcopo, & cæteri actus jurisdictionales ab eo exercendi, ut dixit *Rota in Salisburgen. Jurisdictionis coram* Meltio, *decis. recent. par.* 12. *decis.* 65. *num.* 3. *&* 4. ubi *num.* 13. *& seqq. dictum fuit, quod* Ordinarii declaratio, quod non intendit habere aliam jurisdictionem in Monasterium Regularium, nisi quatenus de jure, attendenda est: & ubi agitur de materia dependente ab animo ipsius Ordinarii, standum omninò videtur illius attestationi seu declarationi, ad text. *in l. qui in aliena*, §. *fin. ff. de acquir. hared.* Bald. *in l. cùm proponas, num.* 2. *C. de bon. auth. jud. possid.* quæ quidem declaratio facta in contentioso judicio, præjudicat tam Successoribus quàm Ecclesiæ, ad tradit. per Abbat. *in cap. fin. num.* 44. *vers. secus si per viam*, & itid. Paris. *num.* 54. *in* 3. *concluf. de præscript.*

1655. 26. Jun. —— Abbates Congregationis Ss. Bene- 3160
dicti

dicti & Bernardi Chrisma invalidè ministrant, adeo ut confirmati ab ipsis indigeant nova Confirmatione, prout resolvit atque respondit *Congregatio Concil. in Colimbrien. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 14. Innocentii IV. sub num. 46. pag. mihi* 140.

1655. 1. Jul. —— Dominium ad effectum devolutionis est plenè & concludenter probandum, ad text. *in l. approbationem 23. C. locat.* ubi Bart. *num.* 10. *in l. rem actio, ff. de rei vindic.* Bald. *in l. omnes, in fin. C. de probat.* Ruin. *cons. 50. num. 1. lib. 1.* & hoc procedit, etiamsi Ecclesia agat ad devolutionem contra Monasterium vel causam ab eo habentem, Soccin. *cons. 167. num. 22. lib. 2.* Roland. *cons. 82. numer. 17. lib. 2.* aliique citati à *Rota in Mediolanen. pratensi Devolutionis coram* Meltio, *decis. recentior. par. 12. decis. 76. sub num. 1. & 2.* 3161

1655. 5. Jul. —— Constitutio Paulina (de qua supra 1616. 27. August.) circa Monachos Congregationis Cœlestinorum pro Prælaturis recurrentes ad Personas extra gremium dictæ Congregationis innovatur, & etiam sub eisdem pœnis ad omnes & singulos dicti Ordinis Monachos extenditur, qui ad easdem Personas recurrerint, ut ab aliqua Domo Regulari sibi à Superioribus destinata recedant vel non recedant: Omnibus denique dictæ Congregationis Superioribus localibus pro tempore existentibus mandatur in virtute sanctæ obedientiæ ac sub privationis vocis activæ & passivæ ac Officiorum obtentorum & obtinendorum pœnis eo ipso in casu contraventionis per eos incurrendis præcipitur, quatenus ipsi in suis Domibus Regularibus singulis primis cujuslibet Mensis Dominicis diebus has literas in Mensa publicè legi faciant, ac intra Claustra in loco conspicuo affixas semper remanère procurent. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 3. qua incipit* Aliàs emanaverunt. 3162

1655. 18. Jul. —— Fratribus Tertii Ordinis S. Francisci non licet in Oppido Castri Arquati vel Distri- 3163

ctu ejusdem Parochiæ Quæstum exercère, Mortuorum Cadavera Ecclesiasticæ Sepulturæ demandare, aut Missarum onera recipere, attentis conventionibus initis cum Clero & Communitate ac aliis Mendicantibus ejusdem Loci, quas omnino servandas esse declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. num. 16. pag. mihi* 110.

1655. 27. Jul. —— Vigore Decreti supra positi & editi anno 1654. 10. Februarii, non potest Episcopus in Conventibus suæ jurisdictioni subjectis Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & Familiam constituere: Potest tamen à prædictis Conventibus Religiosos amovère ex rationabili causa, commonito tamen prius Superiore Regulari, ad quem pertinet, ut eosdem Religiosos assignet in aliis Conventibus: Regulares verò eorumdem Conventuum compelli possunt ab Episcopo ad exhibendos Libros introitus & exitus ac ad reddendas rationes administrationis: Episcopus autem in eisdem Conventibus se ingerere potest in his; quæ Regularem Disciplinam concernunt: sicut etiam potest visitare Ecclesias dictorum Conventuum, & Capellas Grangiarum in quibus degunt Conversi pro agrorum cultura, ipsæ enim Grangiæ & Conversi in eis degentes subsunt visitationi Episcopi, nec non Ecclesiæ seu Capellæ Grangiarum in quibus nullus degit Conversus, ut declaravit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 4. quæ incipit* Posito Decreto, *& referunt etiam* Donatus *in Prax. Rer. Regular. in fine 3. tomi*, Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 295. Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 24. num. 7.* ac Monacel. *in Formular. leg. pract. in fine 1. partis, pag. mihi* 439. nec non Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Conventus, *sub num.* 15. 3164

1655. 27. Jul. —— Non licet Episcopo visitare Conventus tam suppressos & postea restitutos, quàm 3165

non

non suppressos, ad effectum cognoscendi, an in illis re ipsa alantur sex Religiosi, antequam aliunde constet de fundamento intentionis Episcopi in deficientia numeri constituto: An autem Episcopus visitans hujusmodi Conventus suæ jurisdictioni suppositos, aut Personas in eis degentes, possit à visitatis procurationem exigere in victualibus vel in pecunia, expedit, ut Sanctissimus decernat & declaret 3164
non licère Episcopo tales Conventus visitanti quidquam accipere procurationis nomine: Jurisdictio verò Ordinariis locorum tanquàm Sedis Apostolicæ Delegatis attributa in Decreto supra posito & edito anno 1654. 10. Februarii, competit Vicariis Generalibus Episcoporum, nec non Abbatibus & aliis inferioribus Prælatis proprium Territorium ac Jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus: Provinciales & alii Superiores Regulares possunt ejusmodi Conventus jurisdictioni Ordinarii subjectos, & Religiosos in illis degentes visitare, corrigere, & punire, omnemque jurisdictionem in eos exercère, sicuti poterant ante dictum Decretum, non tamen privativè ad Episcopum: Si Superior autem Regularis in Causa prævenerit contra Subditum degentem in aliquo ex eisdem Conventibus Ordinario subjectis, fabricando Processum vel eum Carceri mancipando, non potest Episcopus hujusmodi Causam reassumere ac Superiori inhibère, nisi ex justa causa, veluti cùm videt Superiorem Regularem ex odio vel amore, cupiditate vel metu, aut ex nimia severitate vel indulgentia quid durius aut remissius constituere, quàm Causa deposcit, in quo ipsius Episcopi conscientia oneratur. *Alexander VII. apud* eosdem, *ibidem*.

1655. 27. Jul. — Si Episcopus prævenerit in Causa contra Religiosum in prædicto Conventu commorantem, non licet Superiori Regulari Religiosum illum ab Episcopo inquisitum à loco amovère, & si amotus fuerit, potest Episcopus Causam prosequi & illum quibuscunque remediis revocare, etiam 3166

invocato auxilio Ordinarii & Brachio Sæculari, si opus fuerit, cujuscunque loci in quo Religiosus ille reperiatur: Si Provincialis verò vel Superior localis voluerit aliquem ex Fratribus à tali Conventu (extra prædictum casum) removère, Episcopus prohibère non potest: Quod si à Conventu primùm suppresso ac deinde Religioni restituto absint ex aliqua rationabili causa & ad breve tempus unus vel plures ex numero tex Religiosorum ibidem degentium, gratia ob id non est nulla, cessante omni fraude, nec Conventus remanet suppressus: Si verò à Conventu non suppresso similiter ex causa rationabili & ad modicum tempus absit aliquis ex sex Religiosis ibi existentibus, durante tali absentia, Conventus subjacet jurisdictioni Ordinarii, sed Religioso illo redeunte vel aliàs impleto numero sex Religiosorum, Conventus recuperat pristinam exemptionem. *Alexander VII. apud* eosdem, *ibidem*.

1655. 27. Jul. —— Si gratia restitutionis Conventus suppressi reddatur nulla ex eo quod in illo ad formam Decreti supra positi & editi anno 1654. 10. Februarii cum effectu non alantur sex Religiosi, & postea contingat, ut ejusmodi numerus impleatur, gratia restitutionis Conventus non reviviscit: Ad hoc tamen, ut gratia restitutionis sit nulla, & Conventus denuò remaneat suppressus propterea quod in eo non sustententur sex Religiosi, debet præcedere declaratoria Episcopi super facto, prævia Causæ cognitione, nec ante declaratoriam licet Episcopo Conventus possessionem apprehendere aut Religiosos inde expellere: Ab hujusmodi autem declaratoria licet Regularibus ad Sedem Apostolicam appellare ad effectum devolutivum tantùm, non verò suspensivum: Cùm denique ex Decreti supra citati præscripto quatuor Sacerdotes in his Conventibus degentes debeant esse maturæ ætatis, ætas matura dicitur ad hunc effectum, completo anno quadragesimo. *Alexander VII. apud* eosdem, *ibidem*. 316

1655. 3. Aug. —— Omnia & singula Privilegia & In- 316

Indulta tam ſpiritualia quàm temporalia Locis Terræ Sanctæ & illa viſitantibus ac Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Guardiano & Fratribus ibidem degentibus per quoſcunque Romanos Pontifices quomodolibet conceſſa (quatenus ſint in uſu & non revocata aut ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, Sacriſque Canonibus & Conſtitutionibus Apoſtolicis ac Concilii Tridentini Decretis non adverſentur) confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 5. quæ incipit* Piis Chriſtifidelium votis. ¶ Hanc Privilegiorum conceſſionem iterum confirmant Clemens IX. anno 1667. 30. Sept. *ibid. Conſtitut.* 10. ac Clemens X. anno 1670. 11. Jun. *ibid. Conſtitut.* 3.

1655. 6. Aug. —— Si aliqui ex Diffinitoribus præſentibus Ordinis Minorum Obſervantium Reformatorum, licèt intimati ad concurrendum ad electiones, intervenire recuſent, non ſunt in eorum locum ſubrogandi alii Patres Provinciæ, hujuſmodi enim caſus non comprehenditur ſub diſpoſitione Conſtitutionum Reformatarum *cap. 8. num. 51.* prout audito Commiſsario Generali Ordinis, & referente Eminentiſſimo Franciotto cenſuit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. in Mediolanen. apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Hiſtorico leg. Seraph. Ordin. pag. mihi 96.* 3169

1655. 28. Aug. —— In Locis Novitiatuum & Profeſſoriorum Ordinis Minorum Obſervantium Reformatorum S. Franciſci deputet liberè Guardianos & Magiſtros Novitiorum Miniſter Provincialis unà cum Definitoribus juxta Conſtitutiones Ordinis, abſque obligatione (de qua ſupra 1654. 15. Oct.) mittendi nomina ad Commiſſarium Generalem, prout diſpoſuit *Alexander VII. in facultate tributa Cardinali Barberino dicti Ordinis Protectori*, prout habet Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Novitius, *ſub num. 7. pag. mihi* 374. 3170

1655. 24. Sept. —— Conventus ſeu Seminarium S. Pauli ſeu S. MARIÆ de Victoria de Urbe Fratrum 3171

trum Carmelitarum Discalceatorum esse debeat Provinciæ Romanæ, Provinciali Romano subjectum etiam quoad Conventualitatem Fratrum non Seminaristarum ad instar aliorum dictæ Provinciæ Conventuum, & ad Capitulum seu Definitorium Provinciale ejusdem Provinciæ Romanæ in futurum spectet electio Prioris (cum participatione tamen & approbatione quoad hunc Sacræ Congregationis de propaganda Fide) nec non etiam Subprioris seu Vicarii & aliorum Officialium Conventus seu Seminarii hujusmodi ad formam Constitutionum prædictæ Religionis. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 10. qua incipit* Decet. ¶ Vide infra, 1662. 1. Mar.

1655. 13. Nov. — Si nominatio seu præsentatio Vicarii pertineat ad Monasterium, amovibilitas spectat etiam ad illud, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Asculana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 15. form. 1. numer. 32. ubi etiam quod* potest etiam dictus Vicarius arbitrio Episcopi amoveri, quamvis sit Regularis, absque eo quod teneatur deducere causas remotionis, ut respondit *ead. Congregat. in Camerinen. anno 1627. 18. Sept.* 3172

1655. 16. Nov. — Non potest Episcopus carcerare Regulares renuentes & impedientes extractionem Rei à suis Ecclesiis, sed si carceraverit, debet eos consignare Superioribus Regularibus, qui tenentur ipsos transmittere ad Urbem, & interim facere certiorem Sacram *Congregat. Immunit. Ecclesiast. in Cathanen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 367. 3173

1655. 22. Nov. — Tota Congregatio Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis dividitur & reducitur in quatuor Provincias, videlicèt Romanam & Mediolanensem ac Neapolitanam & Siculam: Præfectus Generalis ipsius Congregationis eligatur alternatim vel ex Romana & Mediolanensi 3174

vel

vel ex Neapolitana & Sicula, & quoad hoc sint idcircò duæ solummodò Provinciæ: Singuli verò Consultores ex singulis quatuor Provinciis memoratis assumi debeant: Arbiter denique Consultæ generalis nequaquàm ex illa Provincia, ex qua Præfectus Generalis pro tempore fuerit, sed ex alia assumatur. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 12. quæ incipit* In eminenti.

1655. 9. Dec. —— Privilegia & Indulta Ordini & Confraternitatibus Ss. TRINITATIS & Beatissimæ Virginis de Remedio Redemptionis Captivorum à diversis Romanis Pontificibus concessa (dummodo tamen in usu & licita sint ac honesta, & non revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, Sacrisque Canonibus & Concilii Tridentini Decretis ac Constitutionibus Apostolicis atque Regularibus dicti Ordinis Institutis non adversentur, & quoad Confraternitates prædictas monopoliis ansam non præbeant) approbat & confirmat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 13. quæ incipit* Exponi Nobis. 3175

1655. 10. Dec. —— Conventus novus pro sustentandis duodecim Religiosis debet habere redditus sufficientes, nec suffragatur, quod Religio offerat supplere de redditibus aliorum Conventuum, quia de illis non est habenda ratio, cùm Religioni id facere non liceat absque Beneplacito Apostolico, ex allegat. in termin. à Modern. Lainien. *in Prax. Rer. Reg. par. 2. tract. 14. quæst. 84. num. 1.* & facit Navarr. *cons. 9. & 10. de reb. Eccles. non alien.* prout nec habenda est ratio de redditibus hæreditatis difficillimè exactionis, nec de eleemosyna satis colligenda, ut dixit *Rota in Romana Hæreditatis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par. 12. decis. 107. num. 34. & seqq.* 3176

1655. 16. Dec. —— Non licet Fratribus Trinitariis quarumcunque Provinciarum uti Cappa, nisi albi coloris, excepta tantùm Provincia Castellæ, in qua ad præscriptum litterarum Apostolicarum Sacræ Pœnitentiariæ Pii Quarti licet uti Cappa colo- 3177

risbruni, ejus nimirum qui in illis partibus dicitur *Buriel*, non autem nigri coloris; & ad tenorem hujus Decreti corrigendas esse Regulam & Constitutiones dicti Ordinis Ss. TRINITATIS respective in locis & textibus ac capitulis atque declarationibus, in quibus tractatur de vestimentis Fratrum, declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Votum seu Vox, *pagin. mihi* 517.

1656. 7. Febr. —— Ordinarii tanquam Delegati Sedis Apostolicæ debent animadvertere, an erectio novi Monasterii possit quovis modo Ecclesiæ Parochiali præjudicare: & si compererint præjudicium afferre, debent assensum omninò denegare, ut dixit *Rota in Toletana Manutentionis coram* Meltio, *decis. recentior. par.* 12. *decis.* 124. *sub num.* 26. ex Modern. Lusitan. *de potest. Episcop. allegat.* 26. *sub num.* 5. 315

1656. 15. Febr. —— Syndici Monialium S. Claræ gaudent privilegio fori, prout gaudent Syndici Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci, ut declaravit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Recanaten. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Syndicus, *sub num.* 16. 317

1656. 18. Febr. —— Causa, an Famulus Fratrum habeat requisita Tridentini *sess.* 24. *cap.* 11. ad hoc, ut irrequisito Parocho sepeliri possit in Ecclesia ipsorum Regularium, spectat ad Ordinarium, non verò ad Conservatorem, prout rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Parmen. Augustinianor. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 29. *de Conservatorib. num.* 13. *vers.* Unde, *pag. mihi* 47. 318

1656. 18. Febr. —— Fideicommissi transmissio probatur ex tacita voluntate Testatoris, si omnibus Liberis decedentibus, voluit ut conservaretur Monasterium, prout dixit & firmavit *Rota in Maceraten. Hæreditatis coram* Verospio, *decis. recentior. part.* 12. *decis.* 136. *sub num.* 23. 318

1656. 6. Mar. —— Religionem ingrediens, dum spoliat se suis Bonis, censetur id facere, ut pauper liben- 318

libentiùs pauperem CHRISTUM sequatur, & ut terrenis cogitationibus solutus, inde Cœlestibus Bonis toto corde incumbat, hæcque præsumi debet causa finalis abdicandi se à bonis temporalibus, ratio autem conservandi agnationem censenda est causa impulsiva & in dubio præsumitur, Gloss. *in l. 2. §. ultimo*, ubi Alberic. *num. 3. ff. de donat.* ad hujusmodi autem Bona renunciata non potest deinde Novitius aspirare, *l. quæsitum, §. si venditum, ff. de edil. edict. l. Neren. in princ. ff. de evict.* Gloss. *in cap. quàm sit periculosum 7. quæst. 1.* Menoch. *cons. 1. num. 209.* sicque Conventus ex illius persona non valet super eis aliquid prætendere, *l. nemo plus, ff. de reg. jur. l. traditio, ff. de acquir. domin. l. si filius, C. de donat. l. observare, ff. de offic. Procons.* sed si Religiosus habeat emphyteusim, ea acquiritur Monasterio revocabiliter, scilicet durante vita Professi, & ideo eo mortuo redit emphyteusis ad dominum, Bart. *in auth. ingressi, num. 38. & seq.* & ibi etiam Bald. *C. de Sacrosan. Eccles.* aliique citati à *Rota in Romana Successionis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par. 12. decis. 143. à num. 3. ad 5. & à num. 31. ad 33.*

1656. 15. Mar. —— Monasterium succedit in locum Monachi professi in eo, *cap. in præsentia 8. de probat. l. Deo nobis 54. §. hoc etiam*, & ibi Bart. Bald. & alii, *C. de Episc. & Cleric.* Hond. *cons. 76. num. 9. & 10. lib. 2.* Paris. *cons 65. numer. 6. lib. 1.* Surd. *cons. 238. num. 1. lib. 2.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 33.* Rodr. *in Compend. Regular. Resolut. 72. num. 19.* cui Monasterio propterea danda est immissio ob hæreditatem dicto Monacho delatam, *l. 1. quor. bon. &c.* quia immissio debetur omni Hæredi vero contra quemlibet pro Hærede universali possidentem, *l. 1. ff. quem bon.* & ibi Gloss. *in princ. l. hared. 11. de peten. hæred.* ut dixit *Rota in Amerina Successionis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par. 12. decis. 168. num. 2. & seqq.* 3183

1656. 1. Apr. —— Si Curati Regulares renuerint interesse Capitulis annalibus Curatorum, potest 3184

Epis-

Episcopus procedere contra ipsos Curatos, sed non contra eorum Superiores, quia neque textus Concilii, nec Declarationes Sacræ Congregationis meminerunt de Superioribus Regularibus, prout rescripsit *Congregatio Concil. in Segobien. in Philippinis, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 29. num. 3.*

3185 1656. 4. Apr. —— Episcopus insinuet Syndico Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci, ut vel abstineat à Syndicatu, vel ab Officiis publicis, prout respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Asculana, apud* Riccium *in Synopsi dictæ Congregat. verbo* Syndicus, *sub num.* 10.

3186 1656. 28. Apr. —— Congregationem Canonicorum Regularium S. Spiritus Venetiarum unà cum omnibus ejus Dignitatibus & Officiis ac Ministeriis atque omni conventualitate perpetuò extinguit & supprimit, ac universa ejusdem Congregationis suppressæ Bona mobilia & immobilia ac alia omnia ubique locorum existentia Sedis Apostolicæ dispositioni in usus pios convertenda reservat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 17. quæ incipit* Cùm sit compertum.

3187 1656. 28. Apr. —— Datur Ordinario facultas transferendi ad alias Ecclesia onus Missarum, quas Testator reliquit à Presbyteris sive Sæcularibus sive Regularibus ad Hæredis arbitrium in Ecclesiis Regularium celebrandas, si ipsi Regulares consentire nolint ut per Presbyteros Sæculares celebrentur, prout concedit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Firmana*, & antea *anno* 1622. 18. *Mar.* ac etiam *in una Burgi S. Sepulchri anno* 1617. 7. *Oct. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit* 31. *num.* 15.

3188 1656. 28. Apr. —— Ordinem Fratrum Crucigerorum unà cum omnibus ejus Dignitatibus & Officiis ac Ministeriis atque omni conventualitate perpetuò extinguit & supprimit, ac universa ejusdem Ordinis suppressi Bona mobilia & immobilia ac alia omnia ubique locorum existentia Sedis Apostolicæ

licæ disposition i in usus pios convertenda reservat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 18. quæ incipit* Vineam Domini.

1656. 4. Maii. —— Confessarius præsentatus ad Confessiones excipiendas Monialium Regularibus subjectarum, debet vel absolutè reiici vel per totum triennium approbari, non verò ad tempus brevius, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Catanien. ad favorem PP. Minorum de Observantia, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 9. form. 6. sub num. 2.* 3189

1656. 9. Jun. —— Jus conferendi Habitum Tertii Ordinis S. Francisci Personis sæcularibus in Sæculo existentibus in Domibus privatis extra Congregationem & absque ullius Voti obligatione, non spectat ad Capuccinos juxta Breve Pauli Quinti in quo fuit eis hoc ad instantiam Tertiariorum in Congregatione viventibus cum Votorum obligatione expressè prohibitum, prout declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Capuccinorum*, & antea *in Mazarien. anno 1655. 3. Dec. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatell. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi 294.* 3190

1656. 12. Jun. —— Abbas Montis Virginis de Ordine S. Benedicti, uti Ordinarius in dicto Monasterio & dependentiis omnimodam jurisdictionem quasi temporalem exercere potest etiam in Castris S. Martini & Terræ Novæ, quia Castra ex Privilegiis usu receptis sunt omnimodè exempta, & consequenter habentur ac si in Beneventana Diœcesi non existerent, juxta text. *in l. si Papa, de Privileg. in 6.* & ex eo dixit *Rota in Nullius seu Montis Virginis Jurisdictionis coram* Dunozetto, *apud* Tamburin. *de Jure Abbatissar. in fine Operis, decis. 41.* 3191

1656. 19. Jun. —— Monachi Claustrales & Commendatarii temporales non possunt obligare fructus futuros in præjudicium successorum, Gemin. *consil. 17.* Alex. *cons. 14. num. 3. & seqq. lib. 1.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Neapolitana Pecuniaria coram* Za- 3192

Zarate, *decis. recentior. par.* 12. *decis.* 196. *sub num.* 31.

1656. 3. Jul. —— Sub Excommunicationis latæ sententiæ ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis interdicitur & prohibetur, ne de cætero quisquam Libros aut Scripturas seu Quinterna vel Folia tam impressa quàm manuscripta Bibliothecis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum donata vel donanda, quibusvis Personis (præterquàm Fratribus dicti Ordinis qui quidem Libros à Bibliothecis hujusmodi respectivè de Superioris seu Bibliothecarii pro tempore existentis licentia extrahere, & eis pro communi Conventuum hujusmodi & particulari Fratrum dicti Ordinis usu in suis Cellulis, Fratribus quoque ejusdem Ordinis verbum DEI prædicantibus qui etiam extra suos Conventus uti possint, sed finito usu hujusmodi ad dictas Bibliothecas respectivè sub prædictis pœnis subitò reportare omninò debeant) commodare aut sub quovis quæsito colore à dictis Bibliothecis extrahere & asportare, seu ut commodentur aut extrahantur & asportentur permittere aut consentire audeat seu præsumat. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 21. *qua incipit* Conservationi. 313

1656. 17. Jul. —— Concordiam initam inter Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Provinciæ S. Joannis Evangelistæ in Insulis de Assores Regni Portugalliæ à dicti Ordinis Protectore confirmatam approbat, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & singulos juris & facti defectus (si qui quomodolibet intervenerint) supplet *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 22. *qua incipit* In sublimi Sedis Apostolicæ specula. 314

1656. 11. Oct. —— Omnia & singula Privilegia & Indulta Ordini Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum & illius Domibus ac Personis & Confratribus per diversos Romanos Pontifices hucusque concessa (dummodo tamen sint in usu, 315

usu, nec revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis, atque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis Regularibus Institutis non adversentur) perpetuò confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 27. quæ incipit* Injuncti Nobis.

1657. 20. Jan. —— Absolutis Exequiis, Regulares rectà (si velint) ad suos Conventus redire possunt, neque tenentur comitari Capitulum ad Cathedralem vel ad Collegiatam, neque Parochum ad suam Parochialem, prout declaravit & respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Andrien. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 1. tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 302. 3196

1657. 24. Jan. —— Prælati ordinarii & alii Superiores universæ Congregationis Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum & illius Domorum, quos ad aliud triennium in eorum Officiis confirmandi seu de novo ad illa eligendi facultas Diffinitorio ab Urbano Octavo concessa fuit, non ultra unum dumtaxat triennium immediatè proximum in eorum Officiis à memorato Diffinitorio respectivè confirmari sive ad illa de novo (alternativa trium annorum minimè observata) eligi possint. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 31. quæ incipit* In sublimi. 3197

1657. 20. Mar. —— Non liceat Commendatariis Priores, Subpriores, aut Officiales Claustrales Congregationis Camaldulensis Ord. S. Benedicti instituere ac destituere, visitare Monachos & eosdem corrigere, nec facultates eisdem in Litteris Apostolicis concessæ & expressæ trahi possint ad ea, quæ Institutum Regulare concernunt, Monastico regimini relinquenda. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 32. quæ incipit* Sacrosancti Apostolatus. ¶ Vide supra, 1654. 25. Sept. 3198

1657. 24. Mar. —— Regulares etiam Rei, in Causis 3199

sis civilibus judicialem discussionem & indaginem requirentibus, coram Ordinario & non coram Conservatoribus debent conveniri, prout resolvit *Congregatio Concil. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 310. *& refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 29. de Conservatorib. numer. 13. vers.* Rursus.

1657. 9. Apr. —— Parochi sunt legitimi contradictores ad opponendum contra fundationem novi Monasterii, ac super tali prætensione audiri debent, Lap. *de Hospit. num. 35. vers. contrarium*, Guidop. *quæst. 360. per tot.* Modern. Lusitan. *de potest. Episc. allegat. 26. num. 5.* ubi in specie firmat, quod Ordinarius uti Delegatus debet diligenter animadvertere, an erectio novi Conventus possit quovis modo Ecclesiæ Parochiali præjudicare, & si comperiat præjudicium afferre, debet assensum omninò denegare, ut firmat *Rota in Toletana Manutentionis coram* Meltio, *decis. recent. par. 12. decis. 124. num. 25. & 26.* 310

1657. 20. Apr. —— Bulla suppressionis Conventuum non comprehendit Parochiales existentes in Granciis seu membris unitis aliis Conventibus, in quibus præservatur Regularibus Cura Animarum, exercenda tamen per Sacerdotem Sæcularem ab eis eligendum & ab Ordinario approbandum: Esse autem Grancias alicujus Conventus, & unitas eodem Conventui, ac Unionem effectum habuisse convincit diuturna Regularium possessio usque in præsens continuata cum fructuum ac Decimarum perceptione, nam aliàs eas retinere non possent, Calderin. *consil. 13. sub numer. 2. de reb. Eccles. non alien.* & ex eo dixit *Rota in Comen. Jurispatronatus coram* Priolo, *decis. 49. sub num. 5. 6. 9. & 11. pag. mihi* 75. 311

1657. 27. Apr. —— Bona Tertio quæsita non recuperat egrediens è Religione facto Papæ vel ex simili dispensatione aut provisione Apostolica, licèt secus sit quoad alia nondum quæsita, sed post egressum de futuro quærenda, Bart. *in tract. minor. lib. 4. dist.* 312

dist. 3. cap. 2. num. 9. Bald. *in Auth. ingressi, num. 64. C. de Sacros. Eccles.* Sylvest. *in Sum. verb. Religio, quæst. 10. num. 10.* Exiens verò è Religione ante emissam Professionem, Bona etiam renunciata recuperat, Dec. *cons. 86. num. 5.* Menoch. *de arbitr. cas. 436. num. 6. & 7.* Gratian. *discept. 96. num. 1. & seqq.* sicuti etiam recuperat qui nunquàm Religionem ingressus fuit, si intuitu Religionis renunciaverit, Soccin. Sen. *cons. 333. num. 3. lib. 2.* Surd. *cons. 445. num. 36.* nec non etiam si Professio annulletur, Honded. *cons 74. num. 10. & 11. lib. 2.* Navar. *pract. quæst. par. 2. quæst. 72. num. 1.* quod verum esse, quando Professio est nulla ignaro Profitente, declarat Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 1. num. 25. cum seqq.* & demùm quando adest expressa conditio revocandi & redeundi ad Bona in omni casu exitus è Religione, Natt. *cons. 180. num. 1. & per tot.* sed renunciatio sub conditione Professionis, Professione secuta, remanet pura, *l. potior, vers. cùm enim semel, ff. qui pot. in pig. habeantur*, ut firmavit *Rota in Romana de Millinis coram* Cerro Decano, *decis. recent. par. 12. decis. 222. num. 1. & per tot.*

1657. 18. Maii. —— In novis Conventuum fundationibus non solùm exigitur consensus Ordinarii, sed etiam Sedis Apostolicæ cumulativè, & tam intra quàm extra Italiam & ultra Montes, prout dixit & firmavit *Rota in Cæsaraugustana Fundationis Conventus coram* Bevilaqua, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 19. num. 31. ubi etiam quod* hoc est contra Fagnanum *in cap. non amplius de instit. num. 71.* putantem, quod ultra Montes Fundationes fieri possint cum sola licentia Ordinariorum. 3203 3204

1657. 18. Maii. —— Citatio ad sententiam pro re concernente interesse Monachorum, illis Capitulariter congregatis est præsentanda, Gloss. communiter recepta *in cap. si Capitulo, verb. factam, de concess. Præben. in 6.* sufficit tamen facta ad ostium Monasterii, quoties in principio litis Monitorium fuit personaliter contra Monachos executum, Bart. *in l.*

Prætor ait 4. *num.* 4. & ibi Alex. *num.* 18. *ff. de damn. infect.* ut dixit *Rota in Romana Monasterii coram* Bevilacqua, *decis. recentior. par.* 12. *decis.* 234. *sub numer.* 2. *& 3.*

1657. 18. Maii. —— Alienatio, per quam non abdicatur dominium Religionis, sed commutatur de uno Conventu ad alium, non requirit solemnitates, Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *disput.* 153. *quæsito* 2. *num.* 19. secus verò si præjudicium infertur Conventui & Fratribus commorantibus: Beneplacitum autem Apostolicum requiritur etiam in divisione Bonorum Monasterii, Navarr. *cons.* 9. *&* 10. *de reb. Eccles. non alien.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in d. Romana Monasterii coram* eodem, *ibidem*, *num.* 18. *&* 19. *ac* 20. 320

1657. 30. Maii. —— Donatio facta ex causâ ingressus in Monasterium non indiget insinuatione. Solemnitates autem requisitæ per Sacrum Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 16. *de Regular.* sunt necessariæ tantùm in Renunciationibus quæ fiunt à jam ingressis in Religionem tempore Novitiatus intra duos Menses ante Professionem, non autem in Renunciationibus vel Donationibus quæ fiunt in Sæculo ante ingressum in Religionem, ut dixit *Rota in Firmana Domus coram* Cerro Decano, *decis. recentior. par.* 12. *decis.* 245. *num.* 4. *&* 5. *ac* 6. 321

1657. 8. Jun. —— Confessarii Dominicani vel Cassinenses non possunt durare in officio audiendi Confessiones Monialium, nisi per biennium ex eorum Constitutionibus, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular.* & antea *anno* 1645. 17. *Novemb. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 96. 322

1657. 9. Jun. —— Stante Constitutione *Inscrutabili* superiùs posita & edita anno 1622. 5. Februarii, non potest Prælatus Regularis, cui Monialium cura commissa est, aliquibus ex ipsis Monialibus facultatem concedere ad plures annos seu indeterminatè 323

du-

duraturam confitendi Sacramentaliter peccata sua Sacerdoti, qui non sit Confessarius ordinarius seu extraordinarius totius Monasterii: Nulla autem ex Monialibus subjecta Regularibus, sentiens se non 3205
gravatam mortali culpa, potest de venialibus validè confiteri Sacramentaliter cuicunque Sacerdoti non approbato ab Ordinario, prout rescripsit *Congregatio Concil. in Januen. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi 96. & refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 1. num. 11. pag. 80.* ¶ Vide infra, 1679. 12. Febr.

1657. 22. Jun. —— Monasterium condemnari non 3203
potest ex debito Abbatis, nisi constet pecunias in illius utilitatem fuisse versas, alioquin hoc non probato nulla resultat obligatio, ut ad restitutionem 3206
cogi possit, *C. quod quibusdam* 4. ibiq. Gloss. *in verb. in utilitatem, de fide juss. cap.* 1. ubi Innoc. *num.* 1. *de depos.* Auth. *hoc jus porrectum, in fin.* & Bald. ibi, *num.* 23. *de Sacros. Eccles.* Mascard. *de probat. concl.* 1160. *num.* 3. *& seqq.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 55. *num.* 1. *&* 2. versio autem in utilitatem Monasterii probari debet concludenter, nec sufficiunt 3207
conjecturæ & præsumptiones, *l.* 3. §. *sed si sic, de in rem vers.* Calder. *cons.* 7. *de probat.* Castren. *cons.* 537. *num.* 3. Natt. *cons.* 547. *num.* 8. Abbas autem non dicitur habere mandatum in iis, quæ sibi ex Statuto Monasterii prohibentur, Panormit. *in cap. constitutus* 12. *num.* 2. *de Procur.* Bald. *in l. licet* 24. *C. eod.* & ex eis dixit *Rota in Leodien. Pecuniaria coram* Bevilacqua, *decis. recent. par.* 12. *decis.* 272. *num.* 1. *& seqq.*

1657. 27. Jul. —— Cùm Testator in Testamento nun- 3210
cupativo possit cælare Testibus nomen Hæredis vel 3208
aliqua legata, dicens, se illud vel illa velle relinquere scripta in quadam schedula sua manu subscripta apud Confessarium, cui vult fidem adhiberi ac si in eodem Testamento essent scripta, nec Confessarius teneatur Hæredibus manifestare nomina eorum in

quos erogare debet pecuniam relictam, si Testator id non mandavit, ex Diana 5. *tr. reg.* 115. si tamen Confessarius esset Regularis, teneretur Superiori suo id petenti manifestare, & si responderet inverisimilia vel id manifestare recusaret, privandus esset executione ipsius legati, quod exequendum veniret arbitrio Superioris, prout respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Observantium*, & antea *in alia Minimorum anno* 1628. 7. *Jan. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *Civil. lib.* 2. *tit.* 10. *de Testam. num.* 18. *pag. mihi* 114. *ubi etiam quod* modò tamen Regularis id acceperit extra Sacramentum Confessionis, reservata nihilominus Superioribus Regularibus facultate prohibendi suo Subdito Regulari executionem supradictam, tametsi rationem verisimilem reddiderit atque Defuncti voluntatem probè patefecerit, *ex Congregat. Concil. in Mediolanen.*

1657. 17. Aug. —— Regulares diversi Ordinis non possunt eadem die & hora in eodem Loco celebrare Novendium ante Natale Domini, prout declaravit & rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Miseniarum ad favorem Fratrum Prædicatorum, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 14. *vers.* Amplia III. *pag. mihi* 51. 311

1657. 20. Aug. —— Sub Excommunicationis latæ sententiæ (reservata Papæ absolutione) ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis interdicitur & prohibetur, ne quisquam Vasa, Calices, Candelabra, Lampades, & alia Paramenta & Ornamenta Ecclesiastica, aut quamcunque Suppellectilem Sacram ad Ecclesias Congregationis Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti spectantia, aliis Ecclesiis vel Monasteriis aut Locis Piis seu quibusvis commodare sive sub quovis quæsito colore ex quacunque dictarum Congregationis hujusmodi Ecclesiarum extrahere & asportare, vel ut commodentur aut extrahantur & asportentur permittere aut consentire audeat seu præsumat. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. 312

tom. 5. Constit. 40. qua incipit Conservationi.

657. 1. Sept. —— Abbates, qui præsunt Monasteriis ære alieno censuario nomine gravatis, tenentur ipsos census redimere quamvis tempore anteceſſorum constitutos, ac proinde deponere tenentur ratas partes ab anteceſſoribus non depositas: negligentes autem incidunt in pœnas comminatas in licentia constituendi census & contentas in ipso Decreto, nec ad incursum in Censuras requiritur præcedens declaratio, prout respondit *Congregatio Concil. in Romana Cistercien. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 6. Benedicti XII. num. 22. pag. mihi* 185. 3213

1657. 28. Sept. —— In Ecclesiis Religionis Beati Joannis de DEO non debet Missæ celebratio per Parochum impediri, prout censuit & rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Spiren. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 31. numer. 1. in fine, pag. mihi* 49. 3214

1657. 2. Oct. —— Universis & singulis Personis Ecclesiasticis tam Sæcularibus quàm Regularibus ac etiam Laicis interdicitur & prohibetur, ne sub quovis prætextu per se vel alios è Bibliotheca S. Martini de Senis Ordinis Eremitarum S. Augustini Libros sive typis editos sive manuscriptos, necnon Picturas & Antiquitates extrahere seu extrahi facere, vel ut extrahantur permittere audeant seu præsumant, sub Excommunicationis latæ sententiæ (reservata Pp. absolutione) & insuper quoad Regulares etiam privationis vocis activæ & passivæ eo ipso incurrendis. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 43. qua incipit* Cùm sicut. 3215

1657. 12. Oct. —— Omnibus & singulis Christifidelibus tam Societatis JESU aut cujuscunque alterius Ordinis & Congregationis Regularibus quàm aliis quibuslibet Ecclesiasticis & Laicis, qui in Domibus dictæ Societatis Exercitia spiritualia à S. Ignatio ejusdem Societatis Fundatore instituta per octidui spatium quandocunque peregerint, & interea tem- 3216

poris verè pœnitentes & confessi Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum susceperint, quoties id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam perpetuò concedit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 44. qua incipit* Cùm sicut Nobis, *& habetur etiam* in Corpore Institutor. d. Societ. *tom. 1. pag. mihi* 220.

1657. 10. Nov. —— Cistercienses absque scrupulo conscientiæ possint vesci carnibus intra & extra septa Monasterii, cùm non sit de substantialibus Regulæ Abstinentia à Carnibus, prout declarat & de novo indulget *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 45. qua incipit* In supremi Apostolatus fastigio. ¶ Vide etiam infra, 1661. 2. Jul. 3215

1657. 12. Nov. —— Monasteria & Conventus Regularium erigi non possunt sine consensu Apostolico, nec jam erecta alibi possunt transferri sine eodem consensu seu Beneplacito, *cap. 1. de excess. Prælat. in 6. & cap. unico, §. confirmatos*, ubi Franc. & Gemin. *num. 8. de Relig. Domib. eod. lib. 6.* Clem. *cupientes, de pœn.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 5. quæsito 1. num. 3. & 4.* Modern. Lusitan. *de potest. Episc. par. 2. alleg. 26. num. 4.* neque ex eo quod Tridentinum *sess. 25. cap. 3. de Regular.* disponat, ut similes Conventus & Monasteria non erigantur sine licentia Episcopi Diœcesani, inde argui licet, ut cum sola licentia Episcopi licita sit erectio, & consequenter inducatur correctio Sacrorum Canonum etiam Beneplacitum Apostolicum requirentium, quia cùm utraque dispositio tam Canonum quàm Concilii sit inter se compatibilis, utraque licentia debet concurrere tam Sedis Apostolicæ quàm Ordinarii, Tamburin. *de Jure Abbatissar. disput. 33. quæsito 1. num. 6.* Zerola *in Prax. Episc par. 1. verb. Monachi, §. 2.* & ex eis dixit *Rota in Cæsaraugustana Fundationis Conventus coram* Meltio, *decis. recent. par. 12. decis. 289. à num. 2. ad 6.* confirmata anno 1658. 4. Febr. *coram* Cerro Decano, *ibid. decis. 309.* 3216

1657. 16. Nov. —— Si Testator non exprimat, per 3219

quos

quos sint legendæ in Ecclesiis Regularium Missæ à se relictæ, non possunt Hæredes pro suo libito (Regularibus invitis) deputare Sacerdotes Sæculares seu alios cujuscunque Ordinis Regulares, sed omnibus præferendi sunt Regulares illius Ecclesiæ in qua relictæ sunt Missæ, quatenus ipsi dictis Missis satisfacere non recusent, quibuscunque non obstantibus, 3217
prout declaravit & rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una, Dominicanor. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 13. & iterum *cap.* 12. *num.* 8.

1657. 29. Nov. —— Conventus nunquam suppressi, in quibus actu degunt de Familia plures quàm sex Religiosi, minimè comprehenduntur in Decreto Innocentii Decimi supra posito & edito anno 1654. 10. Februarii, ac proinde locorum Ordinarii nequaquàm possunt in vim dicti Decreti in hujusmodi Conventibus aut illorum Personis ullam sibi jurisdictionem vindicare, prout censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 24. *num.* 6. & refert etiam Lantusca *in Theatro Regular. verb. Conventus, sub num.* 13. 3220

1657. 4. Dec. —— Affictuarius Abbatiæ gaudet exemptione à solutione gabellæ transitus pro frumento recollecto in terris Abbatiæ ad formam Instrumenti Affictus, prout resolvit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Assisien. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dicta Congregat. verbo* Affictuarius, *sub num.* 6. 3221

1658. 18. Jan. —— Neophytos Goe volentes Deo sub Religionis jugo servire, sine rationabili causa Regulares non respuant, sed pari charitate omnes, qui spiritu DEI aguntur & ad perfectionem anhelant, amplectantur: Concionentur omninò Regulares ibidem pluries in anno idiomate vernaculo & patrio Populorum: Pro temporali regimine Confraternitatum existentium in Ecclesiis Regularium deputentur in posterum Officiales sæculares qui reddituum administrationi incumbant, nullatenus Re- 3222
3219

gularibus ea in re seſe ingerentibus: Similiter Regularium Superiores sedulò curent, ut Parochi extra Conventus in prædictis Regionibus commorantes, Regularis Observantiæ specimen cunctis ubique præbeant, eosque idcircò ad Claustra & Regularem Disciplinam aliquando revocent, ne Regulari Instituto paulatim exoleſcente, dum aliis incumbunt, seipsos amittant, ac demùm in destructionem potius quàm ædificationem Populorum missi videantur. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Const. 48. qua incipit* Sacrosancti. ¶ Hanc Constitutionem confirmat Clemens IX anno 1668. 13. Sept. *ibid. Const. 38. qua incipit* In excelsa.

1658. 26. Jan. —— Episcopus ad Clausuram Monialium custodiendam etiam in Monasteriis subjectis Regularibus uti potest Censuris, eæque ligant nedum Regulares accedentes, sed etiam Moniales, facta de illis mentione: & Regulares non possunt absolvere incursos, prout declaravit & rescripsit *Congregat. Concil. in Auximana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. titul. 15. formul. 15. sub numer. 16.* 311

1658. 27. Jan. —— In Provinciis Cismontanis Fratrum Minorum tam de Observantia quàm Reformatorum Ordinis S. Francisci non amplius eligantur Vocales seu Discreti a Familia Conventuum mittendi ad Capitula Provincialia: ac proinde perpetuum desuper silentium (salva semper auctoritate Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium) imponit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 53. qua incipit* Sacrosancti Apostolatus. 314

1658. 30. Jan. —— Fratres Discalceati Congregationis Hispaniæ de Ordine Ss. TRINITATIS Redemptionis Captivorum possint dividere suam Congregationem in tres Provincias & augère duos Diffinitores Generales, dummodo unaquæque Provincia habeat octo Conventus: Hoc autem Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium Decretum ab hujusmodi Ordinis Protectore confirmatum appro- 315

bat

bat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 49. qua incipit* Exponi Nobis.

1658. 11. Febr. —— Poteſt Monaſterium hæreditatem nec acquiſitam nec incorporatam repudiare ſine Beneplacito Apoſtolico & ſine ſolemnitatibus, quia agitur de jure prorſus quærendo, ut tradunt Abb. *in cap. tua, de his quæ fiunt à Prælat.* Felin. *in cap. præſentia, num. 57. de probat.* Feder. de Sen. *conſ. 9. per tot.* Sylveſt. *in Sum. verb. alienatio, num.* 18. & ex eis dixit *Rota in Romana Hæreditatis coram* Cerro Decano, *deciſ. recent. par.* 13. *deciſ.* 522. *num.* 6. 3226

1658. 11. Febr. —— Quoad Viſitationem Congregationis Monachorum del Tardon in Hiſpania Ordinis S. Baſilii ſerventur Litteræ Clementinæ ſupra poſitæ & editæ anno 1603. 23. Septembris, ut ſcilicet fieri debeat per ipſummet Abbatem Generalem, & eo impedito per alium ex dicta Congregatione del Tardon: Quoad contributionem autem pro Aſſiſtentibus & eorum interventu in Viſitatione cum Abbate Generali, Litteræ Innocentianæ (de quibus ſupra, 1647. 25. Jun.) non comprehendunt dictam Congregationem ſeu Provinciam del Tardon, ac proinde Aſſiſtentes non poſſunt intervenire in dicta Viſitatione, nec dicta Provincia del Tardon tenetur ad aliquam contributionem pro dictis Aſſiſtentibus: Quò verò ad acceſſum ad Capitulum Generale, licet Monachis del Tardon mittere eos tantùm quos permittunt dictæ Litteræ Innocentianæ. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit.* 81. *qua incipit* Exponi Nobis. 3227

1658. 14. Febr. —— Ne Epiſcopi ſeu eorum Vicarii cogant Regulares ad ſolvendas ſportulas, aliaque ſubire diſpendia pro executione Gratiarum, quæ in dies à Sacra Congregatione ipſis Regularibus conceduntur circa alienationes Bonorum ſtabilium & alios contractus, Sanctitas Sua mandat, ut in quibusvis commiſſionibus, quæ Ordinariis locorum & aliis etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus diriguntur, apponatur clauſula *Gratis*: ac proinde 3228

ipſas

ipsas commissiones absque ullo partium dispendio executioni demandandas, Notarium verò dumtaxat proportionatam labori scriptionis suæ mercedem exigere posse decernit *Congregatio Concil. approbante Alexandro VII. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de Sent. Excom. numer. 203. vers.* XII. Pro executione, *pag. mihi 221.* & iterum *in Floscul. verb.* Gratis, *num. 1. ad XII.*

1658. 16. Febr. —— Vicariis Curatis sæcularibus perpetuis in Ecclesiis Regularium sufficit Congrua scutorum nonaginta, libera ab omni onere: Quoad verò Prædicationem, si Vicarius perpetuus Ecclesiæ Parochialis Regularis noluerit per sè concionari, jus eligendi Prædicatorem spectat ad Regulares, non autem ad Episcopum, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Ferrarien. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi 293. ubi etiam quod* Cura habitualis in hujusmodi Ecclesiis residet apud Regulares. 3229

1658. 26. Febr. —— Fratres Minores pro eleemosynis Frumenti, Vini, Olei, & similium, tam datis quàm receptis, non debent solvere gabellam, prout censuit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Oscen.* & antea *in Valentina sub die 12. Nov. ejusd. anni 1658. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Quæstuatio, *sub num. 3.* 3230

1658. 20. Mar. —— Abbates locales non persolventes Religioni taxam Contributionum, præter pœnas inflictas in Decreto de anno 1649. 16. Aprilis, etiam privationem vocis activæ & passivæ ac caducitatem à Prælatura cum inhabilitate ad alios gradus adjungit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Camaldulen. apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 4. circa Constit. 3. Benedicti XII. num. 8. pag. mihi 136.* ¶ Notandum, quod pœnæ supra citatæ sunt sequentes, nempe, quod Abbates locales, interim quo detrectant persolvere integram contributionum taxam propriæ Religioni, neque intervenire Ca- 3231

re Capitulo generali possint, neque confirmari debeant in eorundem munere, eo autem minus ad Superiores gradus promoveri, neque tandem Novitios excipere valeant, ut rescripsit *ead. Congregat. anno* 1649. 16. *Apr.* & antea *anno* 1637. 9. *Jan. in una Canonicor. Regular. Lateranen. apud* eund. *ibid.*

1658. 23. Mar. —— Generalis & Provincialis poterunt intra unum & aliud Capitulum Superiores vel Vicarios vacantibus Conventibus deputare, qui in futuro Capitulo habere poterunt vocem etiam passivam, non obstante vacatione necessaria inter unum & aliud Officium, quia intelligitur de electivis, non autem de casualiter & quasi per modum provisionis usque ad Capitulum deputatis, prout declaravit *Congregatio Concil. apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Superior, *sub num.* 5. 3232

1658. 12. Apr. —— Potest Episcopus visitare Capellam, quæ est Titulus Beneficii sæcularis, existentem in Ecclesia Regulari, respectu tantummodò Tituli Beneficii ac ejusdem Beneficiati, & non ultra, prout resolvit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 39. *sub num.* 4. *vers.* VI. Amplia. 3233

1658. 12. Jun. —— Moniales Regularibus subjectæ habere possunt Confessarium extraordinarium ab Episcopo Diœcesano in casu negligentiæ Superiorum Regularium: Confessarius autem etiam extraordinarius Monialium etiam Regularibus subjectarum, post Constitutionem Gregorianam hac de re editam & supra positam 1622. 5. Februarii, nullatenus potest earum Confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idoneus judicetur & approbetur, non obstante quacunque contraria consuetudine, prout declaravit *Congregatio Concil. in Cadurcen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 15. *num.* 6. *pag. mihi* 258. 3234

1658. 26. Jun. —— Ex Testium depositionibus resultare sufficientem probationem Nobilitatis tradit Bart. *in l.* 1. *num.* 101. *C. de dignit. lib.* 12. Felin. *in cap.* 3235

cap. super eo, il 2. num. 5. Soccin. sen. *consil. 246. numer. 3 lib. 2.* Menoch. *de arbitr. Jud. lib. 2. cas. 670. num. 4.* & hoc procedit, etiam ad effectum admissionis ad Habitum Religionis Hierosolymitanæ, Farinac. *post 2. volum. consil. decis. 248. & 290.* Buratt. *decis. 60. per tot.* Merlin. *decis. 164. num. 12.* neque obstat, quod juxta Stabilimenta dictæ Religionis requiratur probatio non solùm Nobilitatis generosæ, sed etiam Insignium & illorum usus, quia dum dicti testes deponunt explicitè aliquem esse Hydalgum in Sanguine & Armis notoriis, & affirmant de antiquitate Armorum & de Immemorabili, utique hujusmodi requisitum controverti non potest, Aym. *de antiq. temp. par. 1. cap. 1. numer. 4.* Ruin. *consil. 14. num. 1. par. 1.* & ex eis dixit *Rota in Melevitana Habitus coram* Celso, *decis. 266. sub num. 1. 2. 9. & 10. pag. mihi* 330.

1658. 16. Jul. —— Episcopus tanquam Delegatus Sedis Apostolicæ potest procedere contra Gubernatorem Equitem Hierosolymitanum in Causis violatæ Immunitatis, ut centuit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Materanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dictæ Congregat. verb.* Delegatio, & Delegatus, *sub num. 4.* 314

1658. 27. Jul. —— In Provinciis Cismontanis tam Observantiæ quàm Reformatorum Ordinis S. Francisci non est locus Discretorum electioni à Conventibus ad Capitula Provincialia mittendorum, ac proinde (salva tamen semper in præmissis authoritate Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium) perpetuum silentium imponit *Alexander VII. in Constit. quæ incipit* Sacrosancti Apostolatus, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 89. & iterum *pag. 97.* 315

1658. 3. Aug. —— Regulares tenentur accedere, ubi vocati fuerint, ad Processiones Corporis CHRISTI, Rogationum quæ vocantur Litaniæ majores, & ad eas quæ pro Serenitate vel Pluvia impetrandæ fieri solent, nec non ad alias quascunque pro Bono Publi- 315

Publico & Honore indictas, dummodò, eorum Monasteria à Civitate ultra medium milliare non distent, aut nisi exhibeant Privilegia Apostolica posteriora publicatione Sacri Concilii Tridentini: & quatenus accedere noluerint, compellendi sunt per Censuras vel alias pœnas Episcopo benè visas, ut respondit *Congregat. Concil. in Mediolanen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 31. num. 22. pag. mihi 52.*

1658. 31. Aug. —— Pertinentia ad Clausuram etiam in Monasteriis Regularium curæ subjectis spectare ad Ordinarium, intelligitur cumulativè quoad Superiores Regulares, non autem privativè, ut rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Fossanen.* sed benè independenter à Superioribus Regularibus: unde Superior Regularis non potest prætendere visitare velle Clausuram Monialium sibi subjectarum simul cum Episcopo vel assistere illius visitationi, ut respondit *ead. Congregat. in Fulginaten. anno* 1648. 10. *Jan. apud* d. Nicol. *in dd. Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 1. numer. 3.* 3239

1658. 6. Sept. —— Ordo S. Pauli Primi Eremitæ seu ejus Prior Generalis & Fratres hactenus Ordinis S. Augustini per errorem nuncupati, in posterum Fratres Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ sub Regula S. Augustini, non autem Ordinis S. Augustini denominentur: Omnia denique Privilegia spiritualia & temporalia dicto Ordini quomodolibet etiam per viam Extensionis & Communicationis concessa (quatenus tamen sint in usu, nec revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa) confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 54. quæ incipit* In supremo. 3240

1658. 20. Sept. —— Licet tam Fratribus Minoribus Conventualibus quàm Observantibus Reformatis S. Francisci in propriis suorum Ordinum Ecclesiis Solemnizare Festum S. Antonii de Patavio Confessoris ea ipsa die in quam inciderit, modo tamen Reformati à Processionibus abstineant, ut declaravit Con- 3241

Congregatio Episcopor. & Regular. apud Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 1. numer. 8. pag. mihi 3.* ex Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Festum, *sub num. 3. pag. mihi 249.*

1658. 24. Sept. —— Interdicitur & prohibetur sub Excommunicationis latæ sententiæ ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis, ne quisquam Libros, Quinterna, Folia, Scripturas publicas & privatas, Indulta, Privilegia, tam impressa quàm manuscripta, ex Archiviis & Conventibus ac Bibliothecis Canonicorum Regularium Congregationis S. Augustini in Regno Portugalliæ existentibus extrahere aut aliis commodare audeat seu præsumat. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 56. quæ incipit* Conservationi.

1658. 28. Sept. —— Præcedentia debetur Novitiis Clericis supra Laicos, ut declaravit & decrevit *Congregatio Rituum apud* Pascucc. *in Compendio ad consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 2. tit.* de Præcedentia, *pag. mihi 258.*

1658. 1. Nov. —— Sanctum Thomam de Villanova, Archiepiscopum Valentinum ex Ordine Eremitarum S. Augustini assumptum, in Sanctorum Confessorum Pontificum numerum refert, ejusque Festum die decima octava Septembris celebrari jubet *Alexander VII in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 58. quæ incipit* Sanctissimum Regem.

1658. 18. Nov. —— Competit Collegio Societatis JESU exemptio pro Vino vendito minutatim, etiam pro recollecto extra Territorium Loci in quo fit venditio, in Bonis tamen Collegii recollectum, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Aversana, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dictæ Congregat. verb.* Exemptio, *sub num. 5.*

1658. 28. Nov. —— Monasterium S. Petri de Perusia à solutione Gabellæ Passus seu Transitus in Territorio Tudertino exemptum declarat *Congregatio de Bono Regimine, apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 529. quæ incipit Italicè* Non havendo.

15. Jan.

1659. 15. Jan. —— Ex suppressione Religionis solvitur mutua obligatio Religiosi & Religionis, ut dixit & clarè firmavit *Rota in Romana de Millinis coram* Cerro Decano, *decis. recentior. par.* 13. *decis.* 7. *sub numer.* 4. ex alia ejusdem Rotæ Decisione emanata anno 1648. 14. Januar. 3247

1659. 27. Jan. —— Pro validitate veræ & legitimæ Professionis, ultra deliberatum animum profitendi, requiritur etiam integer & completus Novitiatus annus, tam ex dispositione Juris juxta text. *in cap. ad Apostolicam, de Regular.* quàm ex Decreto Tridentini *sess.* 25. *cap.* 15. *eod. tit.* ideoque qui discedit à Novitiatu animo deliberato non redeundi, iterum Novitiatum debet peragere, Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 8. *& seqq.* Castropal. *de essen. Relig.* 1. *disput.* 1. *punct.* 12. §. 2. Diana *resolut. moral. tom.* 5. *tr.* 3. *de parvit. mater. resolut.* 19. ex hujusmodi enim discessu cum dicto animo inducitur voluntatis mutatio, & primus Novitiatus interrumpitur, Lap. *alleg.* 46. *numer.* 4. Surd. *tract. de Relig. lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 8. *& seq.* Tondut. *qq. benefic. cap.* 78. *num.* 7. hinc non applicatur conclusio, quod Novitius egrediens à Religione post annum Probationis, si deinde ad illam revertatur, novum Novitiatum non teneatur peragere, juxta Gloss. *in cap. eum, qui certus* 31. *verb. eum qui certus, la* 2. *de reg. jur. in* 6. quoniam illa procedit, quando Novitius discedens, animum redeundi non deposuit, nec aliquo modo conditio personæ immutata remansit, ut declarat Barth. Brixien. *inter qq. diverf. par.* 2. *tit. de Regular. qu.* 68. *verf. solutio videtur*, ut dixit *Rota in Melevitana nullitatis Professionis coram* Meltio, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 14. *à num.* 1. *ad* 6. 3248

1659. 31. Jan. —— Privilegia Religionis Hierosolymitanæ disponunt, cognitionem Causarum eidem Religioni subjectorum spectare ad Conservatores ejusdem, etiam privativè quoad alios Judices, exceptis illis quæ concernunt Curam Animarum & administrationem Sacramentorum, prout declaravit 3249

vit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 29. de Conservatorib. num. 11. vers.* Item, *pag. mihi* 47.

1659. 22. Febr. —— Collegium Apostolicum minorum Pœnitentiariorum denuò erectum perpetuò conceditur Presbyteris Regularibus Societatis JESU, hac tamen lege, ut eadem Societas in Collegio hujusmodi tredecim ipsius Societatis Presbyteros Regulares, comprehenso in illis dicti Collegii Rectore, qui omnes & singuli ministerium minorum Pœnitentiariorum in Basilica Principis Apostolorum de Urbe sedulò exercère teneantur, & ex quibus duo pro Italica, duo pro Gallica, duo pro Hispanica & Lusitana, unus pro Germanica, unus pro Hungarica, unus pro Flandrica, unus pro Polonica, unus pro Anglica, unus pro Græca, & unus pro Illyrica Nationibus seu linguis minores Pœnitentiarii respectivè deputentur, perpetuò habere & manutenère debeat & teneatur. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 60. que incipit* In Apostolicæ. 325

1659. 22. Febr. —— Unusquisque illorum, qui ex prædictis Presbyteris Regularibus præfatæ Societatis JESU pro supra expressis Nationibus seu linguis minores Pœnitentiarii respective deputabuntur, ex illa Natione, pro qua deputabitur, verè & realiter esse ac ipsius Nationis idioma optimè callere debeat: & illi, qui in Regionibus earumdem Nationum respectivè nati & educati non sint, sub quocunque prætextu, etiamsi idiomatis Nationis, pro qua deputati, peritissimi forent, ad minorum Pœnitentiariorum hujusmodi officia adiumi non possint. *Alexander VII. ibidem.* 325

1659. 22. Febr. —— Si propter mortem, infirmitatem, remotionem, aliudve quodvis impedimentum alicujus ex prædictis minoribus Pœnitentiariis Societatis JESU pro tempore deputatis, oportuerit alium in ejus locum ad exercitium officii minoris Pœnitentiarii tantisper subrogari, eo casu alter 325

ejus-

ejusdem cum illo Nationis, si haberi idoneus possit, sin minus, alius alterius quidem Nationis, sed qui idiomatis Nationis, ex qua defunctus vel infirmus aut remotus seu aliàs impeditus fuerit, peritus existat, substituatur: ita tamen, ut sic substituendus ante omnia (nisi aliter ob urgentem necessitatem Majori Pœnitentiario pro tempore existenti visum fuerit) prævio examine in Signatura Pœnitentiariæ Apostolicæ approbetur, & per modum provisionis pro eo tempore dumtaxat, quo durabit infirmitas vel impedimentum infirmi vel impediti, seu donec defuncto vel remoto successor fuerit constitutus, deputetur vel subrogetur. *Alexander VII. ibidem.*

1659. 22. Febr. —— Electio Rectoris, cæterorumque minorum Pœnitentiariorum prædicti Collegii Apostolici tribuitur pro tempore existenti Præposito Generali memoratæ Societatis JESU, à quo pro tempore electi non antea ad exercitium admittantur, quàm circa materias ad idem officium spectantes in dicta Signatura Pœnitentiariæ juxta dispositionem Litterarum Clementis Octavi in forma Brevis die 3. Sept. 1592. expeditarum examinati & approbati fuerint: Cœterùm illi, qui semel in eadem Signatura Pœnitentiariæ, sicut præmittitur, examinati & approbati fuerint, examini denuò sese subiicere non tenebuntur, nisi Romano Pontifici pro tempore existenti ex aliqua causa particulari secùs videatur. *Alexander VII. ibidem.* 3253

1659. 22. Febr. —— Si pro tempore existens Major Pœnitentiarius aliquem à prædicto Præposito Generali Societatis JESU ad officium minoris Pœnitentiarii electum minimè duxerit admittendum, poterit dictus Major Pœnitentiarius pro tempore existens illius examinationem tantisper suspendere, donec facta quàm citiùs pro tempore existenti Romano Pontifici ejus rei relatione, quid fieri debeat fuerit ordinatum. *Alexander VII. ibidem.* 3254

1659. 22. Febr. —— Qui ad exercitium officii minoris Pœnitentiarii semel admissi fuerint, ab eodem 3255

officio removeri vel dimitti aut ex Collegio prædicto discedere non poterunt absque licentia Majoris Pœnitentiarii pro tempore existentis, qui pro data sibi à Domino prudentia licentiam hujusmodi instante Præposito Generali præfatæ Societatis JESU negare non debebit, nisi ex justis causis, quas eo casu, prout etiam quoties eidem Summo Pœnitentiario videretur aliquis ex prædictis Pœnitentiariis dissentiente eodem Præposito Generali removendus, Romano Pontifici pro tempore existenti referet, Apostolica mandata hac in re fideliter exequuturus. *Alexander VII. ibidem.*

1659. 22. Febr. —— Memorati minores Pœnitentiarii dictæ Societatis JESU in dicta Basilica Principis Apostolorum de Urbe resideant, idque in suæ ibique Nationis Confessionibus assistant & præstò sint, ac quorumcunque Christifidelium, scilicèt propriæ quisque Nationis primùm, & his non extantibus, aliorum etiam quando casus contigerit, quorum idiomata calleant, Confessiones Sacramentales diligenter audiant bis in die, nempè manè ab initio Matutini usque ad finem Officiorum Divinorum antemeridianorum, & post meridiem ab initio Vesperarum per duas horas continuas: idque omnes singulis majoris Hebdomadæ, & intra Octavam Paschatis Resurrectionis Dominicæ diebus, nec non in Nativitatis Domini, Pentecostes, singulis Beatæ MARIÆ Virginis, ac Ss. Apostolorum Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum, cæterisque omnibus & singulis festis Anni diebus præsertim de præcepto, Vigiliis etiam consuetis, præsertim singulis diebus Veneris mensis Martii, necnon Jubilæorum & Stationum in eadem Basilica existentium temporibus, ac insuper quandocunque id eis ex aliqua causa particulari à Superioribus injunctum fuerit, aut charitas Pœnitentiariorum suadebit, aut necessitas Pœnitentium postulabit, inviolabiliter observent: In cæteris verò ferialibus Anni diebus id saltem pro tertia eorundem Pœnitentiariorum parte sedulò adimpleant;

pleant; excepto prædicti Collegii Apostolici Rectore, qui, cùm ejus officii causa multoties legitimè sit impeditus, prædicto excipiendarum Confessionum muneri, prout secundùm propriam conscientiam poterit, satisfaciet. *Alexander VII. ibidem.*

1659. 22. Febr. —— Prædicti Rector, & minores Pœnitentiarii Societatis JESU in omnibus illis, quæ Pœnitentiarii officium concernunt, jurisdictioni & visitationi ac coercitioni pro tempore existentis Majoris Pœnitentiarii subjecti esse debeant, adeo ut in gravioribus, nonnisi facto prius verbo cum Romano Pontifice pro tempore existente, contra eos procedat: eisdemque minoribus Pœnitentiariis, quandiu in dicto Collegio Apostolico manserint & officium minoris Pœnitentiarii exercuerint dumtaxat, omnes & singulæ facultates pro foro Conscientiæ in particulari Tabella proprio Majoris Pœnitentiarii pro tempore existentis charactère firmata & ejusdem Sigillo munita, jussu Summi Pontificis descriptæ, ac in Libris tam Pœnitentiarii Majoris quàm Collegii dictorum Presbyterorum Societatis JESU registrandæ, & ulterius in Aula dicti Collegii palam exponendæ, conceduntur. *Alexander VII. ibidem.* 3257

1659. 22. Febr. —— Undeviginti eliguntur minores Pœnitentiarii, Sacræ Domus Lauretanæ ex Presbyteris Regularibus Societatis JESU pro variis linguis, ad audiendas in Ecclesia Lauretana Confessiones: Qui minores Pœnitentiarii debent esse Nationales quoad idioma, & eligendi à Præposito Generali pro tempore existente memoratæ Societatis: semel tamen ad examen admissi, denuò examini non subiiciantur, nec admissi amoveantur sine Majoris Pœnitentiarii facultate, cui etiam sint quoad eorum officium subjecti. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 60. quæ incipit* Ex commissi. 3258

1659. 28. Febr. —— Omnia & singula Privilegia spiritualia & temporalia, quibus Mendicantium & non Mendicantium Ordines ac Congregationes & 3259

tam Virorum quàm Mulierum Regularia Loca & eorum Perſonæ quomodolibet fruuntur, ad Congregationem Monachorum Silveſtrinorum Montis Fani de Ordine S. Benedicti (quatenus ſint in uſu & non revocata aut ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis ac Conſtitutionibus Apoſtolicis ſeu particularibus ejuſdem Congregationis Silveſtrinorum Inſtitutis non adverſentur: & exceptis Privilegiis Monachorum S. Benedicti, per quæ eidem Ordini Indulgentiæ conceduntur, ac etiam excepta facultate eligendi & deputandi Conſervatores Religionis & Monachorum) extendit & communicat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 61. quæ incipit* Religioſorum.

1659. 17. Mar. —— Fratres Minores S. Franciſci de Obſervantia gaudent (prout cæteri Eccleſiaſtici tam Sæculares quàm Regulares) exemptionibus pro rebus emptis ab eorum Syndico pro victu & veſtitu eorumdem, ut declaravit & reſcripſit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſtica in Valentina, apud* Riccium *in Synopſi Decretor. dicta Congregatio verb.* Regularis, *ſub num.* 1. 3260

1659. 18. Mar. —— Provincia Auſtriæ Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Strictiori Obſervantia (de qua ſupra, 1632. 11. Dec.) ſit reformata, aliiſque Fratrum dicti Ordinis Reformatorum Diſcalceatorum Provinciis Regnorum Hiſpaniæ conformis, ac ſub omnimoda Miniſtri Generalis ejuſdem Ordinis, & eo Italicæ Nationis & extra Italiam exiſtente, ejus Vicarii Generalis, nec non etiam Commiſſarii Generalis juxta Bullam Unionis electi, non autem Commiſſariorum Generalium eorundem Ordinis & Regnorum, nec ſuperioris vel inferioris Germaniæ ſuperioritate, ac etiam ſub directione Procuratoris Generalis Reformatorum in Curia Romana quoad negotia occurrentia: ita quod Miniſter & Vicarius ac Commiſſarius Generalis prædicti illam nonniſi per ſeipſos aut Commiſſarios 3261

Or-

Ordinis Reformatorum prædictorum visitare valeant: Fratres dictæ Provinciæ vivere debeant juxta declarationes Nicolai Tertii & Clementis Quinti, ac Minister Provincialis eamdem habeat auctoritatem, quà cæteri hujus Ordinis Reformatorum Discalceatorum Ministri Provinciales potiuntur unà cum omnibus Privilegiis: Dictus Minister Generalis pro tempore existens, aut Visitatores ab eo mittendi, Statuta ejusdem Provinciæ Reformatæ Austriæ Constitutionibus generalibus Reformatorum non adversantia, nisi de consensu majoris partis Vocalium dictæ Provinciæ in eorum Capitulis Provincialibus præstando, non alterent, Fratres non disturbent ut supra viventes, sed Minister Generalis prædictus Ministrum Provincialem, Custodem, & 3260 Diffinitores dictæ Provinciæ Austriæ eligere valeat. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 62. quæ incipit* Militantis Ecclesiæ.

1659. 18. Mar. —— Nulli Ordinis Minorum S. 3261 Francisci de Observantia Discalceatorum Regni Hispaniarum Religioso professo, etiam sub prætextu arctioris vitæ seu sub quovis alio quæsito titulo, liceat ad quamcunque aliam Religionem quamtumlibèt strictiorem transire, nisi prius in pleno Diffinitorio licentiam transeundi petierit, eamque per majorem partem suffragiorum favorabilium legitimè obtinuerit: Cognitionem verò Causarum prætensorum gravaminum propter denegationem prædictæ licentiæ Cardinalibus negotiis Episcoporum & Regularium præpositis etiam privativè quoad alios quoscunque Judices avocat & reservat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 63. quæ incipit* Cùm sicut, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Historico leg. Seraph. Ordin. pag. mihi 90.*

1659. 18. Mar —— Alumni & Convictores Collegiorum sub cura Congregationis Clericorum Regularium de Somascha existentium, in Oratoriis seu Capellis eorundem Collegiorum, in quibus permissum est Missam celebrare & Sacram Communionem

miniſtrare, peccata ſua Sacramentaliter confiteri liberè & licitè poſſint & valeant: idque Presbyteris ab Ordinario approbatis etiam Sæcularibus, ſi Alumni & Convictores prædicti nollent confiteri Regularibus dictæ Congregationis. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 64. quæ incipit* Aliàs, *& habetur etiam in Libro Privilegior. d. Relig. pag. mihi* 183.

1659. 24. Mar. —— Correctores Provinciales Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula, completo & exacto illorum Officio, per ſex annos immediatè ſequentes ab eodem munere vacare & ceſſare debeant, ita ut ante lapſum ſexennii hujuſmodi ad munus & officium Correctoris Provincialis cujuſcunque Provinciæ Ordinis prædicti denuò eligi vel aſſumi nullo modo poſſint: atque ita ab omnibus & ſingulis dicti Ordinis Fratribus & Perſonis ſub indignationis Papæ ac privationis vocis activæ & paſſivæ, nec non dignitatum & officiorum ac præeminentiarum quarumlibet ac perpetuæ inhabilitatis ad illa & quævis alia obtinenda pœnis eo ipſo abſque declaratione incurrendis inviolatè & perpetuò ſervari præcipit & mandat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 65. quæ incipit* Ad ea, per quæ. 3264

1659. 4. Apr. —— Vicarius Generalis Portugalliæ Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia, non Vicarius Generalis ſit, ſed ſolummodò Commiſſarius Generalis Provinciarum dicti Regni, ad inſtar aliorum Commiſſariorum Nationum, prout declarat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 51. quæ incipit* Aliàs per Nos accepto. 3265

1659. 2. Maii. —— Religio quando eſt capax Bonorum in communi, Profeſſus in ea non habetur pro mortuo, Bald. *in l. Deo nobis, §. hoc etiam, num. 5.* ubi notat Salic. *num. 3. in fin. verſ. & hoc, C. de Epiſc. & Cleric.* Bart. *in l. cùm Pater, §. hæredi tatem, num. 5. ff. de leg. 2.* maximè quando non agitur de perpetuâ ſucceſſione Monaſterii loco Filiorum; poteſt enim fructus Bonorum durante vita naturali percipere, niſi de voluntate Teſtatoris contrarium conſtet quæ 3266

debeI

debet esse expressa & non tacita ex conjecturis, ut dixit *Rot. in Romana Fideicommissi de Cuppis coram* Meltio, *decis. recentior. par.* 13. *decis.* 57. *à num.* 2. *ad* 10.

1659. 2. Maii. —— Abbas ex dispositione Brevis 3267
Pontificii habilitatus ad percipiendum fructus Bonorum pro suis necessitatibus, ille habetur tanquàm Clericus Sæcularis, & fructus Bonorum percipi dicuntur à descendente illorum quorum agnationi Testator prospicere voluit, ut declarat Altograd. *cons.* 3264 *96. num.* 32. *circa fin. lib.* 1. adeo ut prorsus cessat ratio, quod Bona non conserventur in agnatione, quotiescunque succedat Professus, quia Bona statim etiam ipso vivente in Monasterium transeunt, ut tradit Paris. *cons.* 22. *num.* 9. *lib.* 3. Mantic. *de Conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 25. *& seqq.* Breve autem Pontificis removens Religionis obstaculum, & Abbatem ad fructus percipiendos & in usus proprios convertendos habilem reddens, Fideicommisso non derogat: Admissio denique Abbatis à Collitigante ad collocanda proprio jure Bona Fideicommisso subjecta, facti veritatem reddit clariorem, per text. *in l. sed Julianus* 3 § *proinde, ff. ad Maced.* ut dixit *Rota in d. Romana Fideicommissi coram* d. Meltio, *ibid. à num.* 13. *ad fin.* 3265

1659. 5. Maii. —— Nomen Abbatis Generalis, & 3268
totius Congregationis Cisterciensis in Instrumento Donationis stipulato à Procuratore Generali, importat Procuratorem non suo sed alieno nomine donare ac obligare voluisse, Gloss. *in l. quocunque*, & ibi DD. *ff. de procur. & in l. sciendum* 15. §. *tutores, ff. qui satisdar. cog.* Silvan. *cons.* 8. *num.* 3. Navar. *cons.* 3266 *641. num.* 1. & consequenter donatio ab ipso Abbate Generali censetur facta, illique tribuenda est, *l. Procurator, qui pro evictione* 67. *ff. de procur. l. si pupilli* 6. §. *item si procuratori, ff. de negot. gest.* Paris. *cons.* 78. *lib.* 1. Rimin. *jun. cons.* 641. *num.* 12. Surd. *cons.* 19. *num.* 11. & ex eis dixit *Rotæ in Romana Monasterii coram* Bevilaqua, *decis. recent. part.* 13. *decis.* 62. *numer.* 1. & 2.

1659. 8. Maii. —— Parochi, si velint, possunt Exequiis assistere etiam in Ecclesiis Regularium, dummodo non faciant Officium, neque prætendant præcedentiam, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor & Regular. in Cathacen. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 300. 3269

1659. 10. Maii. —— Finito triennio Commissarii Generalis Familiæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia in India Orientali, duæ illæ Provinciæ regantur à suis Ministris & Diffinitoriis independenter à quovis Commissario aut Vicecommissario etiam ab ipsis nominato: In defectu Commissarii Generalis, instante tempore Visitationis & Capituli, Diffinitorium eligat Commissarium Visitatorem ex eademmet Provincia, qui cum eadem potestatis plenitudine, quæ de jure vel consuetudine Commissariis Visitatoribus debetur, visitabit Provinciam & præsidebit in Capitulo, quo finito nullam omninò auctoritatem habebit, sed tota residebit penes Ministrum Provinciæ recens electum usque ad adventum novi Commissarii Generalis: Commissarius verò Generalis de novo adveniens nullam auctoritatem habebit & sui Officii possessionem accipere non permittatur, nisi prius alicui ex Ministris duarum illarum Provinciarum, vel saltem Guardiano illius Conventus ubi primùm appulerit, patentes litteras suæ institutionis exhibuerit, nec satis erit earundem litterarum copiam quantumvis authenticam, sed necesse est ipsissimum autographum Sigillo Ordinis munitum & manu propria Reverendissimi Generalis subscriptum exhibère, & Ministri ac Guardiani aliter facientes punientur severè arbitrio Reverendissimi: Nemini liceat in aliena Provincia incorporari, nisi prævio consensu utriusque Ministri, quantumvis consentiat aut fortè præcipiat Commissarius Generalis illarum partium: Præcipitur Provinciali Ministro Provinciæ Portugalliæ, ut curet monère Reverendissimum Generalem de tempore 3270

pore opportuno, quo providere debeat de Commissario Generali Indiæ Orientalis, ut expleto ipsius triennio vel morte præveniente, quàm citius nominetur Commissarius: Hæc autem Statuta in Capitulo generali Toleti celebrato edita confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 67. qua incipit* Militantis Ecclesiæ.

3270 1659. 26. Maii. —— Quia Fratres Minores Conventuales ex Constitutione Urbana tenentur peragere Vigiliam S. Antonii de Padua & insuper jejunare, quando præfata Vigilia occurrit in Festo Corporis Christi, hujusmodi jejunium feria quarta immediatè antecedente esse anticipandum respondit *Congregatio Rituum*: Facta autem de prædictis Sanctissimo relatione, Sanctitas Sua annuit, ac prælibatos Fratres à præcepto, quo ipsi Urbana Constitutione jejunium prædictum patet injunctum, absolvit; prout habet Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Jejunium, *sub num. 3. pag. mihi* 282. 3271

1659. 2. Jun. —— In Conventu del Tardon Provinciæ Reformatæ in Hispania Ordinis S. Benedicti morari possint Monachi usque ad numerum nonagintanovem & in illo de Galleguillos ejusdem Provinciæ usque ad numerum nonaginta: Si contingat Magistrum Novitiorum aliquo gravi morbo vel alio canonico impedimento detinèri, deputetur per Definitorium Sacerdos necessarius, firmo tamen semper remanente Coajuditore Laico: Possint quotidie recitari in Choro Litaniæ Beatissimæ Virginis, pulsata tamen Salutatione Angelica Vespertina: Ex duobus Clavariis in quolibet Conventu eligendis unus debeat esse Sacerdos & alter Laicus: Definitori antiquiori liceat Definitorium convocare licitis temporibus, nec Provincialis id impedire valeat, sub pœna privationis Officii eo ipso incurrenda: Monachi emere & alere possint tot Sues & Scrofas, quot juxta indigentiam tãtùm noverint posse cõsumi, sed nequeant animalia aut carnes vendere vel permutare sive super eis quoslibet contractus inire, *Alexander VII. in* 3272

VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 80. quæ incipit Nomine dilectorum.

1659. 4. Jun. —— Propter Loci paupertatem & eleemoſynarum tenuitatem licet aliis Religioſis intra quatuor milliaria exiſtentibus ſe opponere conſtructioni novi Conventus Regularis, cujus erectio ob iſtas rationes tantò difficilius venit permittenda, ut animadvertit Lotther. *de re benefit. libr. 1. quæſt. 26. numer. 10.* & ex eo dixit *Rota in Tiraſonen. Fundationis Conventus coram* Bevilaqua, *deciſ. recent. par. 13. deciſ. 15. ſub num. 7.* 327

1659. 6. Jun. —— Cùm ad novam Conventus Regularis fundationem denegatur licentia Ordinarii, ad Sacram Epiſcoporum & Regularium Congregationem fit recurſus & non ad Epiſcopum viciniorem, ut expreſsè ſancitur in Conſtitutione Gregoriana ſupra poſita & edita anno 1622. 17. Auguſti, & dixit *Rota in Cæſarauguſtana Fundationis Conventus coram* Veroſpio, *deciſ. recentior. par. 13. deciſ. 87. num. 10.* ubi *num. 11. dictum etiam fuit, quod* pro hujuſmodi fundationis validitate præter alia exigi quoque debet aſſenſus Parochi in eodem loco degentis, qui ex cauſa præjudicii vocandus eſt, ad text. *in cap. Paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſen. Capit.* Barboſa, & Ricc. citati *ibidem*. 374

1659. 7. Jun. —— Diverſas Conſtitutiones pro feliciori Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci tam de Obſervantia quàm Reformatorum gubernio in Capitulo Toletano editas (in iis tantùm, quæ Sacris Canonibus, Concilii Tridentini Decretis, cæteriſque Conſtitutionibus, ſeu Ordinationibus, ac Decretis Apoſtolicis præſertim Reformationem dicti Ordinis, illiuſque Fratres Reformatos ſeu Recollectos vel Diſcalceatos quomodolibet concernentibus & quandocunque editis non ſint contraria) approbat & illis inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicit, omneſque & ſingulos tam juris quàm facti defectus ſupplet *Alexander VII. in Conſtitut. quæ incipit* Ad eximias, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog.* 375

nolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pagin. mihi 86.

1659. 7. Jun. —— Quodcunque Statutum cujuscunque Religionis præscribens longius tempus, puta biennium ad Probationem, est validum, quia non est contrarium Concilio Tridentino, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. pro Tertiariis Gallia, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. sub num. 28. pag. mihi* 112. 3276

1659. 11. Jun. —— Omnibus & singulis Fratribus Regularis Observantiæ S. Francisci, ac Reformatis Cismontanæ Familiæ tam Clericis quàm Conversis, qui in suis Domibus Regularibus de suorum Superiorum licentia Spiritualia Mortificationis & Orationis Exercitia per octidui spatium quandocunque peregerint, & interea temporis verè pœnitentes & confessi Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum susceperint, quoties id egerint, plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam & Remissionem misericorditer in Domino perpetuò concedit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 68. quæ incipit* Cùm sicut Nobis & *refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Exercitia spiritualia, *sub num. 1.* ac Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 91. 3277

1659. 16. Jun. —— Privilegium continens simplicem exemptionem à Jurisdictione Ordinarii, non concedendo Territorium separatum cum translatione Jurisdictionis quasi Episcopalis, nullatenus prodest: quo cessante, quamvis Monasterium cum suis Bonis non sit de Diœcesi, dicitur tamen esse in Diœcesi, *cap. cùm Episcopus*, & ibi Franc. *num. 2.* Gemin. *num. 3. de offic. Ordin. in 6.* Abbas *in cap. Apostolicæ, num. 3. de donat.* & ex eis dixit *Rota in Hispalen. Decimarum coram* Cerro Decano, *decis. recent. par. 13. decis. 97. num. 6. & 7.* ubi *num. 23. dictum etiam fuit, quod* existentia Bonorum Monasterii intra fines Diœcesis cum perceptione Decimarum ex confessione Prioris & Archivistæ ac aliorum probata, Capitulo manutentio omninò debetur, juxta theor. Bart. *in l.* 3278

Aure-

Aurelius, §. item quæsit, numer. 2. ff. de libert. legat.

1659. 16. Jun. —— Ad Capitulum generale Congregationis Italiæ Fratrum Discalceatorum de Ordine Eremitarum S. Augustini accedant suffragaturi (præter admodum R. P. Vicarium Generalem, duos Visitatores Generales, Procuratorem Generalem & Secretarium Generalem) ex qualibet Provincia Priores Provinciales, ac etiam duo itidem ex qualibet Provincia Sacerdotes eligendi in Congregatione cogenda per Priorem Provincialem cujuslibet Provinciæ; & in hujusmodi Congregationibus vocem habebunt Priores cujuslibet Conventus & Vicarii Conventuum Vicariatus, Secretarii RR. Patrum Provincialium, necnon Discreti eligendi prout hactenus factum est: Hoc autem dicti Ordinis Decretum confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 70. quæ incipit* Militantis Ecclesiæ. 325

1659. 20. Jun. —— Substitutio favore Monasterii ordinata expirat per supervenientiam Filiæ, quæ conditionem non existentiæ Filiorum tollit, *l. ejus qui in Provincia 41. ff. si cert. pet. l. Tajas 41. §. sticus, ff. de fidei liber.* Peregr. *conf. 57. numer. 1. lib. 1.* Bellon. *conf. 39. num. 23.* Filia verò repudiante hæreditatem, conditio decessus Filiorum absque legitimis descendentibus purificata censetur: & ideo Monasterium purificata conditione ex vi vulgaris substitutionis non minus quàm si purè à principio vocatum fuisset, ad successionem admittitur, Rip. *in l. 1. num. 148. ff. de vulg. & pupill.* Surd. *decis. 37. num. 10.* recusante tamen Monasterio hæreditatem, statim admittitur substitutus, Dec. *cons. 61. num. 11. lib. 5.* & prius Bald. *in cap. in præsentia, col. 5. vers. sed quid si Monasterium, de probat.* Panzirol. *cons. 114. num. 4.* sicuti etiam admittitur, ubi Monasterium est incapax, Fusar. *de Substit. quæst. 430. num. 11.* Peregr. *de Fideicom. art. 28. num. 63.* & ex eis dixit *Rota in Romana Hæreditatis coram* Bevilaqua, *dec. recent. par. 13. decis. 98. à n. 1. ad 4.* 330

23. Jun.

1659. 23. Jun. —— Cucullam amplam talarem & longas habentem manicas, quæ propriè Floccus appellatur, ad solos Monachos nigros & non ad alios pertinère sancitur in Clement. *Ne in agro, de stat. Monach.* sub cujus dispositione continentur Benedictini, non autem Monachi S. Basilii, Bellam. *cons.* 32. *num.* 23. *vers. non valet consequentia*, Suarez *de Censur. disput.* 31. *sect.* 6. *numer.* 10. & dum ipsis tantummodò Benedictinis & non aliis concessa fuit dicta Cuculla, de consequenti intrat prohibitio ejus delationis adversus alios Monachos & Religiosos, ac signanter adversus Basilienses qui sunt Monachi alterius Ordinis & Regulæ, idque ad effectum evitandi confusionem Ordinum in Populo, ut tradit Roderic. *qq. regular. tom.* 2. *quæst.* 76. *art.* 4. prout dixit *Rota in Salamantina Cucullæ coram* Cerro Decano, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 105. *num.* 1. & 2. *ac* 3. ¶ Vide infra, 1659. 24. Dec. 3281

1659. 27. Jun. —— Sub perpetuæ privationis vocis activæ & passivæ absque ulla spe reintegrationis, necnon Excommunicationis majoris (reservata Papæ absolutione) pœnis eo ipso absque ulla alia declaratione incurrendis prohibetur & interdicitur omnibus & singulis Monachis Congregationis Montis Virginis de Ordine S. Benedicti, ne de cœtero pro Prælaturis vel Dignitatibus aut Administrationibus in dicta Congregatione consequendis ad Personas de gremio ejusdem Congregationis non existentes recurrere audeant vel præsumant: Insuper in virtute sanctæ obedientiæ ac sub similis Excommunicationis pœna præcipitur Abbati Generali & cœteris Congregationis præfatæ Superioribus pro tempore existentibus, ne ad instantem prædictarum Personarum extra dictum gremium constitutarum cuicunque ipsius Congregationis Monacho ullum Officium vel Gradum aut Honorem quovis modo concedant. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 52. *quæ incipit* Sacrosancti. 3282

1659. 11. Jul. —— Jus præcedentiæ competit Secretariis 3283

tariis Generalibus Curiæ, in contrarium allatis & deductis pro parte Secretarii Provinciæ Romanæ non obstantibus, prout Eminentissimo Astallio referente censuit & declaravit ac decrevit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Præcedentia, *sub num. 9. pag. mihi* 413.

1659. 4. Aug. —— Provincia S. Joannis Baptistæ Fratrum Discalceatorum de Ordine Minorum S. Francisci de Observantia in Regnis Valentiæ & Murciæ ac Granatæ consistens, dividitur in duas Provincias, ita ut vigintiseptem Conventus existentes in Provincia Valentiæ & alii erigendi usque ad Civitatem Murciæ exclusivè, retento nomine Provinciæ S. Joannis Baptistæ, sub ea remaneant: cæteri verò novem Conventus ab eadem Civitate Murciæ per præfata Regna Murciæ & Granatæ diffusi ac fundandi, ad Provinciam de novo erectam & Beati Petri de Alcantara nuncupandam pertineant, quæ Privilegiis aliarum ejusdem Ordinis Provinciarum gaudeat & proprium habeat Ministrum Provincialem ac vivat sub obedientia & visitatione Ministri Generalis. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 72. quæ incipit* Sacrosancti. ¶ Hanc novæ Provinciæ divisionem ac erectionem confirmat idem Pontifex anno 1660. 9. Aug. *ibid. Constit. 100. quæ incipit* Aliàs Nos. ¶ Et iterùm approbat anno 1662. 11. Oct. *ibid. Constit. 132. quæ incipit* Aliàs pro parte: ac denique denuò confirmat anno 1665. 21. Jan. *ibid. Constit. 158. quæ incipit* Nuper. 324

1659. 5. Sept. —— Pœnitentia pro fractione Sigilli quoad Regulares consistit in jejunando ter in hebdomada, comedendo tantummodo panem & bibendo aquam humi in publico Refectorio, in cujus postea Porta pronus ab exeuntibus Fratribus conculcetur, prout rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Augustinianorum, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. sub num. 17. pag. mihi* 164. 325

1659. 12. Sept. —— Procurator Generalis Ordinis Fra-

Fratrum Minorum S. Franciſci de Strictiori Obſervantia pro tempore exiſtens, præter Secretarium, poſſit habere duos Socios ejuſdem Ordinis profeſſos ad ſuum beneplacitum deligendos, unum ſcilicet Sacerdotem qui ei deſerviat pro Scriba, & alterum Converſum qui perſonæ ipſius Procuratoris curam gerat: ac ædem Socii teneantur recognoſcere dictum Procuratorem Generalem in eorum immediatum Superiorem, non autem Miniſtrum Provincialem Provinciæ Romanæ vel Guardianum Sancti Franciſci Trans-tyberim de Urbe: Ad hæc ſpectat ad eundem Procuratorem Generalem retinere vel dimittere Fratres forenſes, qui ad negotia peragenda Romam veniunt, eiſque obedientiam dare, quando ob tarditatem ſeu dilationem negotiorum ſuorum & alia de cauſa ad tempus in aliquo Conventu Provinciæ Romanæ commorari debent: Miniſter verò Provincialis debeat hujuſmodi Conventum ſuo arbitrio aſſignare, & illius Guardianos injungere ut eos recipiat. *Alexander VII. in Conſtit. quæ incipit* Illius, qui, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Hiſtorico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 90.

1659. 12. Sept. —— Dicti Fratres Forenſes Ordinis Minorum S. Franciſci de Strictiori Obſervantia infra triduum ſui ingreſſus in Urbem ſubſint in omnibus eidem Procuratori Generali dumtaxat: elapſo autem triduo, ſubjecti ſint curæ Guardiani dicti Conventus S. Franciſci in his, quæ morum correctionem & regularem diſciplinam concernunt; & ſi quidem pro eorum propriis negotiis è dicto Conventu S. Franciſci exire voluerint, ubique teneantur licentiam ac benedictionem obtinere tam à Procuratore Generali quàm à Guardiano ad præſcriptum Decreti Capituli Generalis Toleti ultimò celebrati: Verùm ſi Procurator Generalis uti voluerit opera ipſorum forenſium pro negotiis ad officium ſuum ſpectantibus, eoſque ſecum ducere, tunc non teneantur dictam licentiam aut benedictionem petere à Guardiano, prout declarat *Alexander* 3287

xander VII. apud eundem, *ibidem*.

1659. 27. Sept. —— Prælati Episcopis inferiores, qui Pontificalium usu fruuntur, super Altari, in quo Sacra erunt facturi, septimum nequaquam apponant Candelabrum, prout censuit *Congregatio Rituum in Decreto generali*, §. 1. *apud* Murga *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. post Constitut.* 16. *pagin.* 366. & ex eo Petra *itid. in Commentar. ad dd. Constitut. Apostolic. tom.* 3. *in calce circa Constit.* 6. *Urbani IV. pag. mihi* 336. & refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 4. *sub num.* 34. 3288

1659. 27. Sept. —— Cathedram seu Sedem fixam & permanentem in eorum Ecclesiis ne detineant, sed tribus ipsis diebus, quibus ex antiquis Decretis tantummodò Pontificaliter celebrare est iis permissum, mobili Sede seu Cathedra utantur, quam nihilominus simplici sericeo panno coloris Festivitati congruentis obducere poterunt, non auro contexto, aut Phrygio sive Basilico opere exornato, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali*, §. *II. apud* eosdem, *ibidem*. 3289

1659. 27. Sept. —— Dicti Prælati Episcopis inferiores Baldachinum adhibère supra Sedem poterunt, non autem pretiosum aut aureum, sed simplex, & eo, quod Altari super imponitur, materia & opere inferius: Ad ipsam verò per duos tantùm gradus in Presbyterii superficie stratos ascendatur, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali*, §. *III. apud* eosdem, *ibidem*. 3290

1659. 27. Sept. —— Non Abacum alium præter parvam mensam & in cornu Epistolæ parare faciant, in qua duo Candelabra cum candelis, nec non Mitra, Calix, Missale, Thuribulum, Navicula, & reliqua ad celebrationem necessaria collocentur: Propè verò mensam eandem parieti hærens Baculus Pastoralis aptetur, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali*, §. *IV. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul. 3291

1659. 27. Sept. —— Dies, in quibus solemniter ipsis Præ- 3291

Prælatis inferioribus operari conceditur, sint de præcepto festivi, vel alii in quibus Pontificaliter ipsi celebrare Festivitatis ratio exigat, nempe Patroni Loci, Fundatoris Ordinis, Tituli & Dedicationis Ecclesiæ: Abstineant autem ab hujusmodi Pontificalium usu in Officiis & Missis Defunctorum quocunque die, etiam festivo & etiam de præcepto, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali, §. V. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul. 3288

1659. 27. Sept. —— Prædicti Prælati Episcopi inferiores ad Ecclesiam accedentes, licèt Pontificaliter Divina peracturi & iisdem absolutis ab Altari recessuri, à suis Canonicis vel Monachis (ut mos est Episcoporum) ne associari se sinant, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali, §. VI. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul. 3289 3293

1659. 27. Sept. —— Præter duos Sacrificii Ministros, Diaconum nempe Evangelii & Subdiaconum Epistolæ, duo alii tantùm Diaconi cum Dalmaticis & unicus Presbyter cum Pluviali assistant: Duo insuper Capellani, qui de Mitra & Baculo, ac totidem Acolythi pro Candelabris inserviant: Præterea sex alii Canonici vel Monachi, duo scilicet Pluvialibus, duo Planetis, totidemque Tunicellis induti Divinis hujusmodi interesse valeant, qui tamen non in sedibus seu stallis choralibus, sed in scamnis absque postergalibus panno viridi laneo coopertis, situ congruo accommodatis, moxque illinc removendis consideant, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali, §. VII. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul. 3290 3291 3294

1659. 27. Sept. —— Prænemorati Prælati Episcopis inferiores Mitram pretiosam, nisi illis expressè à Sancta Sede indultam, non adhibeant: Sub Mitra Pileolum nigri tantùm coloris induant: Baculum Pastoralem albo velo appenso deferant: ab iisque & aliis Pontificalibus, etiam de Ordinariorum licentia, extra Ecclesias sibi subjectas prorsus abstineant. 3292 3295

& neque in Processionibus, quæ ab eorum Ecclesiis per vias extra ambitum vel Parochiam ducuntur, Insignuis prædictis utantur vel penes se præferri faciant, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali, §. VIII. apud* eosdem, *ibidem* ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul.

1659. 27. Sept. —— Abbates Regulares Rocchettum non deferant, nisi ex tali Ordine fuerint, cui indumentum hujusmodi competat, prout declaravit & censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali, §. IX. apud* eosdem, *ibidem*. 3296

1659. 27. Sept. —— Invitati ad Ecclesiam exemptam, nec in illa Pontificalibus uti valeant: nec ii, qui non fuerint Abbates perpetui vel benedicti, in propriis Ecclesiis uti possint Privilegio perpetuis Abbatibus vel aliàs benedictis indulto, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali, §. X. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul. 3297

1659. 27. Sept. —— Prædicti Prælati Episcopis inferiores Sacras Vestes ex Altari non sumant, nisi Pontificaliter Divinis vacaturi, prout declaravit & censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali, §. XI. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul. 3298

1659. 27. Sept. —— Indulgentias impartiri vel publicare non audeant iidem Prælati inferiores, absque expresso Sanctæ Sedis Indulto, prout resolvit & censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali, §. XII. apud* eosdem, *ibidem*. 3299

1659. 27. Sept. —— Pontificales Benedictiones cum trina Crucis productione in Missis tantùm Pontificalibus, nec non Vesperis & Matutinis Pontificaliter itidem celebratis licère sibi tantùm meminerint: Privatim verò Populis quàmvis pleno jure subjectis, nisi expressè ipsis permissum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Ecclesiam incedentes, benedicere non præsumant, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali, §. XIII. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul. 3300

1659. 27. Sept. —— Præsente Episcopo, sine speciali Se- 3301

li Sedis Apostolicæ permissu, etiam Pontificaliter celebrantes, a Benedictionibus cessent, prout declaravit & censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali*, §. *XIV. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul.

1659. 27. Sept. —— Si Episcopus aderit, ipsius Sedes in cornu Evangelii uno saltem gradu eminentior Abbatiali est erigenda, hæcque altero gradu humilior, ut dictum est, in cornu Epistolæ collocetur: A latere Episcopi Canonici Cathedralis, propè Abbatem Canonici vel Monachi Monasterii & Abbatialis Ecclesiæ consideant: Confessionem cum Celebrante Episcopus faciat, isque thus thuribulo imponat, Evangeliorum textum osculetur, & Populo solemniter (quamvis Abbas ipse Pontificaliter celebret) benedicat: Episcopus præterea trino ductu, & immediatè Canonici Cathedralis duplici, moxque Abbas (nisi celebret) pariter duplici, ac subinde Canonici vel Monachi Abbatialis Ecclesiæ unico tantùm ductu thurificentur, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali*, §. *XV. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul. 3302

1659. 27. Sept. —— Abstineant tamen Episcopi, ubi consuetudo contraria non viget, à frequenti hujusmodi accessu ad Ecclesias exemptas in similibus actibus, ut liberiùs Abbates valeant suis uti Privilegiis, prout declaravit & censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali*, §. *XVI. apud* eosdem, *ibidem*. 3303

1659. 27. Sept. —— In Ordinationibus Canonicorum, Clericorum, Monachorum, nec non in Vestitionibus Monialium & emissione Professionis earundem etiam pleno sibi jure subjectarum, in Benedictionibus Sacræ Suppellectilis, cæterisque actibus (Missarum, Vesperarum, & Matutinarum solenniis ter tantùm in anno, ut præfertur, exceptis) neque in Ecclesiis, Oratoriis, aliisque tam publicis quàm privatis, quantùmvis exemptis & eisdem Abbatibus pleno jure subjectis, Mitram, Baculum, & quævis alia Pontificalia Insignia, nisi de expressa 3304

Sedis Apostolicæ concessione adhibeant, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali*, §. *XVII. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul.

1659. 27. Sept. —— Dicti Prælati Episcopis inferiores Ecclesiasticam Suppellectilem pro servitio dumtaxat suarum Ecclesiarum vel Monasteriorum benedicant, prout resolvit & censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali*, §. *XVIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1659. 27. Sept. —— Reliqua Pontificalia extra loca ipsis Abbatibus subjecta, vel pro servitio alienæ Ecclesiæ aut in Subditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum exercère non valeant, putà Campanarum Benedictiones, Calicum, & similium in quibus Sacra adhibetur Unctio, necnon minorum Ordinum collationes, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali*, §. *XIX. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul.

1659. 27. Sept. —— Concionatoribus, qui eorum Subditis Verbum DEI prædicandi onus acceperint, Benedictionem elargiri non præsumant, sed Episcopis, quibus jus hujusmodi privativè competit, omninò dimittant, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali*, §. *XX. apud* eosdem, *ibidem*.

1659. 27. Sept. —— In Missis privatis quoad Indumenta, Cœremonias, Ministros, Altaris ornatum, & Benedictionis largitionem, à simplici Sacerdote non discrepent: ac proinde Sacras Vestes induant in Sacristià, neque utantur Cruce pectorali, unico sint contenti Ministro, aquam cum Pelvi & Urceolo argenteis sibi ministrari non sinant, duasque tantùm Candelas super Altari adhibeant, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali*, §. *XXI. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 20. Jul.

1659. 27. Sept. —— Locorum Ordinarii, auctoritate Sedis Apostolicæ possint, imo debeant præfatos Abbates & Prælatos Episcopis inferiores etiam per Censuras compellere ad omnimodam prædictorum omnium observationem, prout censuit *Congregatio Rituum*

Rituum, approbante Alexandro VII. in d. Decreto generali, apud eosdem, *ibidem.*

1659. 27. Sept. —— Cùm autem nonnulli ex dictis Abbatibus & Prælatis proprium habère possint Territorium & Jura Episcopalia, nullisque subdantur Episcopis qui eos coercère (si excesserint) valeant, eo casu à Sedis Apostolicæ Nunciis si aderint, sin minus ab Archiepiscopis in quorum Provinciis, vel ab Episcopis Romano tantùm Pontifici subjectis, intra vel prope quorum Diœceſis limites eorum Ecclesiæ vel Monasteria sita fuerint, tanquàm à Sancta Sede Delegatis ad hujusmodi Decretorum observationem prædicti omninò cogantur, prout censuit *Congregatio Rituum in d. Decreto generali, apud* eosdem, *ibidem.* 3310

1659. 27. Sept. —— Beatorum Imagines, etiam non principaliter & uti supplices appositæ, Simulachra, Picturæ, Tabellæ, aut Scripturæ eorum præclara gesta repræsentantes aut referentes, in Ecclesiis, Sacrariis, & Oratoriis quibuscunque, & præsertim in quibus Missæ Sacrificium vel alia Divina Officia peraguntur, inconsulta Sede Apostolica, nullo pacto exponantur: Ubi autem indultum fuerit per Sedem Apostolicam, Imagines, Simulachra, pictasque Tabellas in Ecclesiis poni & coli posse, in pariete tantùm & non super Altari facultas collocandi tributa censeatur: Quod si concessa fuerit per eandem Sedem Apostolicam Altarium erectio, non tamen ob id Missam & Officium de prædictis Beatis celebrandi vel recitandi facultas tradita præsumatur, etenim specifica & expressa concessio super his præcedere debet: Ubi verò in uno Loco cultus fuerit concessus, non extendatur, inconsulto Pontifice, ad alium Locum, quamvis alia concurrente auctoritate: In Locis autem, ubi Beatos prædictos ab omnibus coli permissum fuit, non inde publica Officii recitatio permissa censeatur, sed tantummodo privata, nec satisfactoria præcepto recitationis, nisi quoad illos, quibus Sedes Apostolica de hoc indulserit, 3311

prout decrevit *Congregatio Rit. coram Sanctiſſimo, apud* Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Beati, *ſub pagin.* 51. ¶ Vide infra, 1660. 17. Apr.

1659. 27. Sept. —— Miſſæ de dictis Beatis, quæ fuerint indultæ certis Perſonis, nempe Presbyteris Regularibus vel Sæcularibus alicujus Loci vel Monaſterii ſeu Presbyteris alicujus Eccleſiæ ſervitio præcipuè addictis, à confluentibus Sacerdotibus quavis dignitate (etiam Cardinalatus) inſignitis minimè celebrentur: Dies feſti in Beatorum eorundem memoriam non celebrentur, niſi ſpeciali Indulto Apoſtolico proviſum fuerit: Eorundem nomina in Kalendariis non apponantur, niſi illius tantùm Loci & earum Perſonarum, in quo & à quibus cultus cum Officio & Miſſa celebretur: In quibuſvis Eccleſiaſticis Precibus, etiam in Oratoriis privatis recitandis, particularia eorundem ſuffragia non apponantur vel recitentur: Publicis in Precibus, præter indultas & à Sede Apoſtolica approbatas, iidem Beati non invocentur: Eorundem quoque Reliquiæ in Proceſſionibus minimè circumferantur, prout decrevit *Congregatio Rit. coram Sanctiſſimo, apud* eundem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1660. 17. Apr.

1659. 27. Sept. —— Per ſuperiùs dicta non removetur cultus dictis Beatis per communem Eccleſiæ conſenſum, vel per immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum & Virorum Sanctorum ſcripta, vel temporis centum annorum metam excedentis ſcientiam, ac tolerantiam Sedis Apoſtolicæ aut Ordinariorum hactenus præſtitus, ac certis modo & forma ab eo tempore eis exhibitus; Verùm ſi a centum annis citra, cultus hujuſmodi aliqua ex parte conſtiterit auctus & extenſus, eo caſu idem in priſtinum reſtituatur, prout quivis cultus, extra caſus prædictos, ad expreſſa tantùm verbaliter in Apoſtolicis Indultis omninò revocetur ſub pœnis, &c. Firmis quoque remanentibus Decretis, nempe ne Beati in Patronos eligantur, ne eorum Natalitia cum Octavis celebrentur, & aliis quibuſcunque hoc Decreto re-

to renovatis, prout decrevit *Congregatio Rituum coram Sanctissimo*, qui etiam indulsit locorum Ordinariis, ut auctoritate Sedis Apostolicæ possint, imo debeant, Sæculares & Regulares quoscunque quantumvis exemptos, etiam Societatis JESU & S. Antonii Viennensis ac S. Joannis Hierosolymitani etiam sub Censuris compellere, &c. *ibidem*.

1659. 3. Oct. —— Laici inter Recollectos S. Francisci Congregationis Gallicanæ habent vocem in Capitulo, prout respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 14. num. 8. pag. mihi 26.* ¶ Hæc Sacræ Congregationis Responsio est juxta Breve Innocentii Decimi supra positum & editum anno 1648. 6. Apr. 3314

1659. 27. Oct. —— Cùm Authores nonnulli scriptis suis etiam typis datis asseruerint, Sacerdoti pro alio Missam (recepta eleemosyna) celebranti licitum esse aliam eleemosynam quoque accipere ab altero, cui partem illam fructus seu valoris ejusdem Sacrificii, ipsimet Celebranti debitam (specialem nuncupatam) applicet: ac proinde hunc casum sub Decreto Sacræ Congregationis Concilii prohibente duplex pro unica Missa stipendium seu eleemosynam recipi, non esse comprehensum: Propterea eadem Sacra Concilii Congregatio antedictam assertionem maturè examinavit, eademque prorsus reprobata censuit, nulli Sacerdoti licitum esse præfata ratione sive prætextu aliam eleemosynam accipere præter illam, quam accepit ab eo pro quo Missam offerre tenetur: ac proinde casum hunc esse comprehensum in Decretis aliàs per eandem Sacram Congregationem editis, quibus prohibetur, ne duplex stipendium pro unica recipiatur: Quam Sacræ Congregationis sententiam ad se relatam Sanctitas Sua approbavit, & Decretum publicari atque ad Episcopos & Generales Regularium Ordinum transmitti jussit, ut ipsi doctrinam hujusmodi per suos Pœnitentiarios & Confessarios ac Lectores respectivè insinuari & docèri atque in Tractatibus Moralibus 3315

per eoidem imprimendis evulgari paſtorali vigilantia curent. *Alexander VII apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 12. num. 27. pag. mihi* 131.

1659. 5. Nov. —— Provincia S. MARIÆ Unghariæ de Ordine Fratrum Minorum S. Franciſci Strictioris Obſervantiæ tanquèm Reformata habeatur, & ſic noviter erecta eiſdem gaudeat Privilegiis quibus cunctæ ſimiles aliæ Provinciæ Reformatæ potiuntur, ac proinde ab obligatione recipiendi de cætero Commiſſarium nationalem eſt eximenda: Hoc autem Sacræ Epiſcoporum & Regularium Congregationis Decretum confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 79. quæ incipit* Sacroſancti Apoſtolatus officium. 3316

1659. 12. Nov. —— Generalis Congregationis Monachorum del Tardon Ordinis S. Baſilii in Hiſpania viſitet juxta formam & diſpoſitionem Clementis Octavi ſupra poſitam & editam annno 1603. 23. Septembris: Servet etiam omninò Breve Urbani Octavi datum anno 1630. 3. Januarii, adeo ut expenſæ, quæ dantur pro Viſitatione, omnibus computatis non excedant ſummam ſcutorum ducentorum monetæ Romanæ, nec etiam à ſponte dantibus aliud quidquam ultra dictam ſummam ſub expreſſis pœnis recipere audeat: Serventur pariter Litteræ in forma Brevis emanatæ de anno 1641. ab Urbano Octavo, & de anno 1646. ab Innocentio Decimo in iis quæ concernunt appellationem ſeu recurſum ad Diffinitorium: Quando denique Provincialis crimen commiſit, ex quo de jure deponendus vel privandus ſit, procedendum eſt in caſibus tam de jure communi quàm de jure Conſtitutionum Reformationis hujuſmodi Provinciæ del Tardon à Sancta Sede Apoſtolica confirmatarum: Hoc autem Sacræ Epiſcoporum & Regularium Congregationis Decretum confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 82. quæ incipit* Aliàs pro parte. 3317

1659. 10. Dec. —— Non obſtat Concilium Tridentinum 3318

tinum *seſſ.* 25. *cap.* 15. nec Regula Tertii Ordinis S. Franciſci *cap.* 2. quominus Oblati ſeu Servientes in Provincia Sanctorum Ludovici & Elzearii de Congregatione Gallicana juxtà tenorem Conſtitutionum generalium dicti Ordinis *cap.* 1. § 2. debeant biennio integro probari, & eo expleto ad Profeſſionem admitti: Nec poſſunt admitti ad Caputium ſeu ſtatum Laicorum Fratres Oblati ſeu Servientes qui admiſſi ſunt in Religionem poſt Breve Urbani Octavi emanatum anno 1641. 26. Auguſti, cùm dictum Breve loquatur tantùm de illis Oblatis qui tunc exiſtebant in Ordine: Oblati autem de novo recepti in ſtatu novo & non approbato à Sancta Sede, non ſunt veri Religioſi: Dictum denique Breve Urbani non impedit, quominus recipiantur in Ordinem Fratres Oblati juxta formam Conſtitutionum generalium dicti Tertii Ordinis à Sancta Sede approbatarum: Hoc autem Decretum ab Epiſcopis Camerinenſi & Cluſinenſi à Papa delegatis emanatum confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtit.* 83. *qua incipit* Alias pro parte. 3316 3317

1659. 24. Dec. —— Licèt Monachis Ordinis S. Baſilii deferre Cucullam amplam, talarem, & manicatam, quam Floccum vocant, ac proinde manutenendi ſunt in ejuſdem uſu: litemque inter eos & Monachos Ordinis S. Benedicti in Hiſpania degentes perpetuò ſupprimit & extinguit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtitut. qua incipit* Controverſiam, *ſtatim poſt Conſtit.* 84. *ejuſd. Pontific.* ¶ Vide ſupra, 1659. 23. Jun. 3319

1660. 9. Jan. —— Monaſteria & Loca exempta cum ſuis membris & Eccleſiis licèt ex natura & originaliter ſint de Diœceſi alicujus Epiſcopi, per Indultum tamen ſpeciale Apoſtolicum ſubtrahuntur & in Abbatem Commendatarium transferuntur, efficiunt Territorium ſeparatum quod appellatur propriè Diœceſis ipſius Abbatis habentis ibidem Jura Epiſcopalia & venientis appellatione Epiſcopi & Diœceſani, *cap. ſi quis deinceps* 16. *quæſt.* 7. *cap. ſi Papa*, 3320 3318

de

de Privil. in 6. Gloss. *in Clem. 1. verb. volumus, de for. compet. & in Clem. 1. in verb. propriis, de reb. Eccles. non alien.* cum plurib. DD. citatis à *Rota in Nullius seu S. Severini Parochialis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par. 13. decis. 148. num. 1. & 2. ac 3.*

1660. 9. Jan. —— Cùm Abbas Commendatarius nitatur speciali Privilegio, habeat separatum Territorium, & in eo tanquàm Episcopus se gerat, censetur per hoc derogatum Juri ex Canonum dispositione Ordinario competenti, ut non ipsi Ordinario sed Abbati competat Ecclesiæ provisio, *cap. 1. & 2. & fin. 16. qu. 4.* Paris. *cons. 35. num. 8. lib. 4.* Gratian. *discept. cap. 212. num. 44. & 45.* Massobr. *in Prax. haben. Concur. requis. 2. num. 4.* nec subsistit quod Indultum ad Parochialem non extendatur, quando comprehensio apertè colligitur ex Litteris Apostolicis; & insuper Partitæ ex Libris Monasteriorum in Archivio repositis specificè de censu ab Ecclesia Monasteriis debito loquentes, cùm sint plures & adminiculatæ, concludentem probationem constituunt, Gloss. *in cap. ad audientiam 13. verb. censuales, de præscript.* Felin. *in cap. 2. num. 2. de fid. instr.* Bald. *in l. fin. num. 9. C. si sine censu*, & indicant subjectionem & annexionem Ecclesiæ dictis Monasteriis, & sic Indulto exemptionis est comprehensa, *cap. 2. in fin. & cap. cùm olim 59.* ubi Abb. *num. 3. de Cens.* Paris. *cons. 22. num. 2. lib. 4.* Roman. *cons. 127. col. 1.* Barbat. *cons. 8. num. 19. & 20.* & ex eis dixit *Rota in d. Nullius seu S. Severini Parochialis coram* eod. *ibid. à num. 4. ad 7.* 3321

1660. 9. Jan. —— Quemadmodum Monasteria sunt Regularia, ita & Ecclesia ipsis accessoriè unita & membrum illius reputatur quoque Regularis, *cap. 1. de Capell. Monach.* Gloss. *in cap. 1. verb. exemptio, de Privil. in 6.* Gonzal. *ad Reg. 8. Cancellar. gloss. 8. num. 30. & 31.* nihil enim est, quin etiam Regulares possint habere Beneficia quæ Sæcularibus conferantur in titulo perpetui Beneficii, Abb. *in cap. de Monachis, num. 9. ad fin. de Præben.* Felin. *in cap. in nostra, num. 44. vers. 7. nota, in fin. de rescript.* Lotther. *de re benefic. lib.* 3322

sic. lib. 1. *qu.* 38. *num.* 8. nec relevat, quod in Monasteriis amplius Monachi non resideant, quia non inde sequitur extinctam fuisse conferendi potestatem, dum Regularitas actualis solummodo cessavit, non autem habitualis quæ sufficit, *cap. cùm dilectus, de consuetud.* ut dixit *Rota in d. Nullius seu S. Severini Parochialis coram* eod. *ibid. num.* 9. *&* 10. *ac* 11.

1660. 22. Jan. —— Cùm in Concordia inter Fratres minores S. Francisci de Observantia & Fratres Recollectos ejusdem Ordinis Provinciæ Valentiæ inita & à Gregorio Decimotertio confirmata caveatur, quod Fratres ex non Recollectis ad Recollectos transire volentes, obtento in scriptis consensu Guardiani & Conventus Domus Recollectæ, licentiam petant à Ministro Provinciali transeundi ad prædictam Domum, & Minister Provincialis licentiam concedere teneatur: declaratur modò, quod dictus Minister Provincialis pro tempore existens ad concedendam licentiam ejusmodi transitus non teneatur, nisi quando secundùm DEUM illam concedere judicaverit expedire, & sic de aliis affirmativis & negativis in eadem Concordia contentis. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 85. *quæ incipit* Aliàs pro parte. 3323

1660. 4. Febr. —— Prælati Locales seu Conventuales Congregationis Hispaniarum Fratrum Discalceatorum de Ordine Ss. TRINITATIS Redemptionis Captivorum non amplius habeant vota in Capitulis generalibus, sed solùm Minister Generalis, Diffinitores Generales, Provinciales, & unus Socius pro unaquaque Provincia ipsius Congregationis qui unà cum Provinciali veniens ferat vocem Provinciæ: Hoc autem Capituli generalis Decretum Toleti editum approbat & confirmat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 86. *quæ incipit* Ad Pastorale fastigium. 3324

1660. 16. Febr. —— Quoad numerum Monachorum in Monasteriis Congregationis S. Basilii del Tardon in Hispania, servandæ sunt Bulla Innocentii Decimi 3325

mi emanata anno 1646. 14. Octobris, & Litteræ Alexandri Septimi supra positæ & editæ anno 1659. 2. Junii, sub infrascriptis pœnis: In recipiendis verò Novitiis ac ad Professionem admittendis hujusmodi ratio habeatur, ut nunquàm in dictis Monasteriis extent ultra duas partes Monachorum ex Laicis & tertiam ex Sacerdotibus seu Choristis, & dictum numerum ullo unquam tempore & nulla ex causa excedere possint: ac prædicta locum habeant tam in Monasteriis jam erectis quàm erigendis, sub Excommunicationis Sanctæ Sedi Apostolicæ reservatæ ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis eo ipso incurrendis à dictæ Congregationis Superioribus & aliis quibuslibet aliter facientibus vel fieri permittentibus aut mandantibus: Hoc autem Sacræ Episcoporum & Regularium Congregationis Decretum confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 87. qua incipit* Aliàs pro parte.

1660. 4. Mar. —— Pœna caducitatis & reversionis Casalis ad Monasterium in casu contraventionis pacto adjecta facit, ut admissis collitigantibus tanquàm extraneis, factus fuit locus restitutioni & receptioni ad favorem Monasterii Domini directi, *cap. 1. si de feud. defunct. l. 2. C. de Jur. Emphyt.* Bero. *cons.* 118. *num.* 4. *lib.* 1. Modern. Fulgin. *de Jur. Emphyt. de var. caduc. qu.* 1. *num.* 42. & ex eis dixit *Rota in Romana Casalis media Via coram* Bevilaqua, *decis. recentior. par.* 13. *decis.* 175. *num.* 3. ubi *num.* 16. & 17. *dictum etiam fuit, quod* Abbas recipiendo canones non potest Monasterio præjudicium inferre, *cap. si veniens*, ubi notant omnes, *de transact.* Honded. *cons.* 55. *num.* 5. *& seqq. lib.* 1. 331.

1660. 8. Mar. —— Contractus ac transactiones & concordata pauperatati & bono regimini Ordinis Cistercienſis adversantia prohibet, & ne celebrentur, sub nullitatis & invaliditaris ac etiam Excommunicationis & privationis vocis activæ & passivæ necnon Officiorum ac perpetuæ inhabilitatis ad illa & 332.

alia

alia obtinenda per contrafacientes eo ipso incurrendis pœnis prohibet *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 88. quæ incipit* Exponi Nobis. ¶ Vide infra, 1661. 2. Jul.

1660. 8. Mar. —— Nonnulla Decreta noviter à generali Diffinitorio Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Conventualium nuncupatorum edita & emanata pro Regularis Diſciplinæ præſidio & incremento confirmat & approbat, ac illis inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicit, atque omnes & ſingulos juris & facti defectus (ſi qui quomodolibet intervenerint) ſupplet *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 89. quæ incipit* Inſcrutabili Divinæ Sapientiæ arcano. 3328

1660. 5. Apr. —— Tranſactio facta ſuper Monachatu non tenet, ſive ut quis tanquàm Monachus remaneat, ſive ut Sæcularis evadat, ut tradunt communiter DD. *in l. fin. de tranſact.* reprobata Gloſſa *ibidem, verb. ſervili, verſ. item nota*: licèt autem quis poſſit ſe facere Monachum, propter hoc non vitiatur tranſactio ſuper Profeſſione inita, ſi non interveniat promiſſio pecuniæ, Salicet. *in d. l. fin. num. 3. verſ. ſed hic contra*, Jaſon. *num. 1. verſ. ipſa Gloſſa malè dicit*, ut firmavit *Rota in Romana ſeu Florentina Tranſactionis coram* Cerro Decano, *deciſ. recentior. par. 13. deciſ. 187. num. 2. & 3. ac 4.* 3329

1660. 9. Apr. —— Conventiones ſuper Jurepatronatus Ducis Medinæ Sidoniæ in tres Conventus Fratrum Diſcalceatorum Congregationis Hiſpaniæ de Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Provinciæ Andaluſiæ concedit, & reſpectivè (ſalva ſemper auctoritate Sacræ Congregationis Concilii) approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 66. quæ incipit* Exponi Nobis nuper fecit. 3330

1660. 11. Apr. —— Proviſiones & electiones in Capitulis generalibus & Dietis quandocunque celebrandis Congregationis Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti fieri debeant, Conſtitutiones tam propriæ quàm Apoſtolicæ eandem Congregationem concernentes 3331

nentes obſerventur, nec ullæ diſpenſationes per dicta Capitula & Dietas vel Præſidentem & Diffinitores ac Viſitatores de cœtero concedi ullatenus poſſint, ſed tantùm Diſpenſationes Pontificiæ robur obtineant: Quoad Decanorum numerum & eorum promotionem itidem ſerventur Conſtitutiones Pauli Quinti & Innocentii Decimi ſupra poſitæ & editæ anno 1608. 21. Mar. & 1645. 7. Novembris, nec ulla Decanorum electio fieri poſſit cum Clauſula *Si Romano Pontifici placuerit*, firmo remanente Decreto particularis Congregationis Cardinalium ſuper adminiſtratione Monaſteriorum Caſſinenſium reſtauranda. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 93. quæ incipit* Ad Apoſtolicæ.

1660. 14. Apr. —— Prælatus diminuendo canones Eccleſiæ, conditionem deteriorem facit, quod abſque aſſenſu & approbatione Sedis Apoſtolicæ fieri non licet, Cagnol. *in Auth. quibus*, *num.* 58. *de Sacroſ. Eccleſ.* & ex eo dixit *Rota in Bononien. Inveſtiturarum coram* Bevilaqua, *deciſ. recentior. par.* 13. *deciſ.* 191. *num.* 7. ubi *num.* 10. *dictum etiam fuit, quod* Prælatus in his, quæ ſunt de accidentalibus contractus formam conſuetam in præjudicium Eccleſiæ excedere non poteſt, ex doctr. Bald. *in Auth. quas ruinas, C. de Sacroſ. Eccleſ.* 333

1660. 14. Apr. —— Donatio Decimarum facta à non habente facultatem donandi, deficiente juſta cauſa, utilitate Monaſterii, & Beneplacito Apoſtolico, uti invalida & nulla Parocho non ſuffragatur: imo dicta donatio probat tales Decimas extitiſſe pœnes Monaſterium, ejuſque jus antiquum firmat, cùm de valida Decimarum translatione non doceatur: nec obſtat prætenſa præſcriptio ad favorem Parochi, quando teſtes de ea deponentes non percutiunt tempus præſcriptionis Decimarum, nec probant de ſcientia & patientia Monaſterii neceſſaria ad eandem inducendam, juxta celebrem Gloſſ. quam ſequitur paſſim Rota *in cap. 1. de præſcript. in 6.* & ex ea dixit *Rota in Cracovien. Decimarum coram* Bourlemont, 333

mont, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 193. *numer.* 8. *&* 9. *ac* 10.

1660. 17. Apr. —— Episcopi Regulares, qui ex Indulto Sedis Apostolicæ gaudent Privilegiis suæ Religionis de quibus sunt capaces pro eorum conditione, non possunt de Beatis suæ Religionis recitare Officium, & in propriis Cathedralibus Missam celebrare, ac Altare Beatis prædictis erigere, prout declaravit *Congregatio Rit. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 44. *num.* 4. ad Quinto, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Beati, *num.* 15. *vers. itid.* Quintò, *pag. mihi* 54. ¶ Notandum, quod Episcopi ex Regularibus assumpti, liberantur ab onere recitandi Officium propriæ Religionis, cùm regere Ecclesiam debeant juxta morem & usum Clericorum quibus præsunt, ut tenent DD. apud Barbos. *de potest. Episc. par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. 3334

1660. 17. Apr. —— Ubi indultum fuerit, ut Missa de aliquo Beato celebretur, licet ejus Imaginem & Simulachrum super Altari exponere, nec non Votivas Tabellas ibidem appendere: Dies autem festi (de quibus supra 1659. 27. Sept) in Beatorum honorem non celebrandi, non extenduntur ad Festa Devotionis: Indulta verò recitandi Officium cum Octava vel sine Octava, & celebrandi Missam de Beatis, non fuerunt revocata per Decretum supra positum & editum dicto Anno 1659. 27. Septembris: In Ecclesiis verò, in quibus Officium & Missa de Beatis recitari ac respectivè celebrari possunt, licet eorum Reliquias exponere, prout respondit *Congregatio Rit. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Beati, *pagin. mihi* 54. ¶ Vide infra, 1664. 12. Jul. 3335

1660. 26. Apr. —— Monasterium ut eximatur à Decimis, de immemorabili possessione aut de quadragenaria cum titulo docere tenetur: nec Privilegium Bona simpliciter eximens à Decimis extenditur ad Decimas ordinarias quæ absque ullo prorsus hominis ministerio de Jure Divino debentur, nisi nominatim derogaverit dispositioni conciliari *cap. nuper*, 3336

per, *de Decim.* Consuetudo autem non solvendi Decimas tollitur ex sententia & declaratione Monasterium ad solutionem Decimarum de consensu Monachorum condemnante, ut dixit *Rota in Hispalen. Decimarum coram* Taja, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 201. *numer.* 7. 11. 12. & 19.

1660. 28. Apr. —— Præpositus Generalis Congregationis Clericorum Pauperum MATRIS DEI Scholarum Piarum, & quatuor Assistentes durare debeant ad sexennium tantùm: Hi Assistentes votum habeant decisivum cum eodem Præposito Generali in electionibus & deputationibus ac mutationibus quorumcunque Superiorum, & in Causis ac sententiis criminalibus, nec non in quibuscunque aliis actibus qui fieri debent à Præposito Generali & Assistentibus: In reliquis verò dicti Assistentes votum habeant consultivum, & Præpositus Generalis (quoad eum fieri poterit) eorum consilium sequatur, & unà omnes cum Præposito Generali resideant in Domo S. Pantaleonis de Urbe. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 94. quæ incipit* Cùm sicut accepimus. 3331

1660. 30. Apr. —— Plura Decreta à Sacris Romanis Congregationibus emanata, & ad Sepulturam in Ecclesiis Regularium præstandam pertinentia, ad instantiam Provinciæ S. Saturnini Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia in Sardinia confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 95. quæ incipit* Alias pro parte. *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Sepultura, *sub numer.* 3. *pag. mihi* 473. 3331

1660. 5. Maii. —— Filius ob aversionem à Religione, in quam vi & metu per Patrem & Consanguineos incusso ingressus fuit & Professionem emisit, inde exire & Habitum deponere potest, text. *in cap.* 1. *& cap. dilectus, de iis quæ vi, metusq. causa*, Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 19. *de Regular.* hujusmodi autem aversio ex testibus clarè & prolixè de ea deponentibus probatur: Repugnantia quoque & conque- 3331

stiones

stiones verbis & facto declaratæ consensum Professioni præstitum non fuisse liberum, sed coactum & meticulosum ostendunt, *d. cap. 1. de iis quæ vi*, Gloss. *in cap. præsens Clericus 22. qu. 3.* Rimin. jun. *cons. matrim. 77. num. 24.* & consequenter nulla fuit Professio requirens de sui substantia liberum & spontaneum consensum, Paris. *cons. 75. num. 13. libr. 4.* Buratt. *decis. 205. num. 22.* & ex eis dixit *Rota in Bononien. Nullitatis Professionis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par. 13. decis. 211. à num. 1. ad 4.*

3331

1660. 21. Maii. —— Ut acquiratur aliqua possessio contra Episcopum, debet constare de ejusdem scientia, qua non probata, actus jurisdictionales non suffragantur favore Abbatis & inferioris Prælati in præjudicium Episcopi, ad quem spectat jurisdictionem exercère, *l. 2. C. de servit. & aqu.* benè Abb. *in cap. olim, il 3. num. 8. & 12. de restit. spoliat.* Gratian. *discept. forens. 918. num. 20.* & ex eis dixit *Rota in Toletana Jurisdictionis coram* Bevilaqua, *decis. recentior. par. 13. decis. 221. sub num. 24.* 3340

1660. 21. Maii. —— Læsio non habet locum in Renunciatione seu Donatione facta ex occasione ingressus in Religionem, Dec. *consil. 31. sub numer. 5.* Aym. *consil. 160. sub numer. 1.* Trentacinq. *consil. 13. sub num. 18. lib. 2.* ubi reddit rationem, quia si Religionem ingrediens quærit paupertatem, non potest dici læsus in dimissione Bonorum, quorum relinquendorum causa Vitam Religiosam elegit, Cephal. *consil. 467. sub num. 59.* Surd. *de alimen. tit. 1. quæst. 37. sub num. 10.* & de consuetudine generali testatur Gratian. *foren. discept. cap. 568. sub numer. 14.* hinc ingrediens in Religionem habet potestatem & facultatem amplissimam disponendi de Bonis suis, per text. expressum *in §. illud quoque, Auth. de Monach.* & in *cap. de his 4. de Sepult.* & latè probat Berov. *in cap. in præsentia, num. 154. & seqq. de probat.* Dec. *d. consil. 31. num. 3. & seqq.* & ex eis dixit *Rota in Bononien. Donationis coram* Celso, *decis. 321. sub numer. 2. 3. & 4. pag. mihi 392.* 3341

1660. 24. Maii. —— Volens ingredi Religionem, 3341
potest quidem ad libitum disponere de Bonis temporalibus tam per contractum inter Vivos quàm per ultimam voluntatem §. *illud*, *Auth. de Monac.* Dec. *cons.* 21. *num.* 3. sed postquàm semel disposuit aut donationem fecit, si Religionem jam est ingressus, amplius liberum non est ei pœnitère & donationem revocare, nisi quatenus ab illa egrediatur, Bero. *in cap. in præsentia, num.* 28. Castropal. *oper. mor. part.* 3. *tract.* 16. *punct.* 15. *num.* 12. & prædicta locum habent, sive donatio facta fuerit infra annum Probationis, sive in Sæculo ante ingressum comprobata: Cùm autem donatio facta ab ingressuro Religionem dicatur facta causa mortis civilis, insinuatione non indiget, ut pluribus citatis DD. dixit *Rota in Arimin. Donationis coram* Priolo, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 222. *à num.* 1. *ad* 7.

1660. 26. Maii. —— Locus, ubi celebrantur Missæ, 3343
administrantur Sacramenta, & sepeliuntur Defunctorum cadavera, non Hospitium, sed Ecclesia dicitur, & ideo servandæ sunt Bullæ de non erigendis novis Conventibus, Lezana *par.* 4. *verb. Monasteria, num.* 6. Donat. *in Prax Rer. Regular. par.* 2. *tract.* 1. *quæst.* 22. *num.* 7. Cesped. *de exempt. Regul. cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 4. Hospitium igitur non est, ubi adest Ecclesia, aliàs fraudarentur Constitutiones erigendo Monasteria sub nomine Hospitiorum ad evitandam illarum pœnam, *l. in fundo, ff. de rei vindic. l. non dubium, C. de leg. l. in fraudem de Jur. Fisc. l. prima, & l. Divus, ff. si quid in fraud. creditor.* ut dixit *Rota in Toletana Manutentionis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 225. *num.* 6. 7. & 8. ubi *numer.* 11. *dictum etiam fuit, quod* utilitas Parocho resultans ex permanentia Patrum in Sacramentorum administratione adjuvantium, fundationem Conventus contra formam Constitutionum non sustinet, cùm tale auxilium in hac materia non admittatur, sed ubi opus est, Ordinarius ex Tridentino *sess.* 21. *cap.* 4. *de reform.* cogit Rectores sibi tot Sacerdotes ad hoc mu-

nus

nus adjungere, quot sunt necessarii. ¶ Hæc Decisio confirmata fuit eodem anno 1660. 9. Jun. coram eodem, *ibid. decis.* 234.

1660. 5. Jun. —— Conditio Hæredi instituto adjecta *quatenus in Religione non permanserit*, tanquam turpis & retrahens à Vita Religiosa reiicitur & habetur pro non scripta, firma remanente institutione pura & libera, juxtà text. *in §. sed hoc præsenti, vers. sancimus si persona, Auth. de sanct. Episc.* Gloss. *in cap. in præsentia, verb. qui Monasterium, de probat.* Fusar. *cons.* 141. *num.* 3. Marth. *de succes. legal. par.* 3. *quæst.* 13. *art.* 4. *num.* 34. nisi facta fuerit causa conservandæ Agnationis & Familiæ, ut dixit *Rota in Ariminen. Hæreditatis coram* Meltio, *decis. recentior. par.* 13. *decis.* 245. *num.* 5. & 11. 3344

1660. 14. Jun. —— Oppido à Diœcesi Episcopi ex speciali Privilegio abstracto & in Abbatem translato, amplius de illa neque in illa idem censetur, Gloss. *in Clem.* 1. §. *volumus, in verb. Diœcesis*, & ibi Cardin. *in* 4 *quæst.* Gratian. *discept.* 212. *num.* 7. & *seqq.* Mandos *ad reg.* 24. *Cancellar. quæst.* 2. *num.* 4. & sic quod ad Episcopum spectabat agere, Abbas agere tenetur ut notant DD. *in cap. cùm contingat, de for. compet.* Lotther. *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 11. *n.* 1. & *seqq.* ideoque talis Abbas non est amplius de illis, qui includuntur in Juris & Concilii dispositione, ut subjaceat ordinariæ jurisdictioni Episcopi, Gloss. *in l.* 3. *C. de serv. fugit.* Calder. *cons.* 2. *de arbitr. in fin.* Carpen. *controv. for. cap.* 220. *num.* 111. Effectuatio autem Indulti Apostolici pro parte Abbatis concludenter probatur ex Beneficiorum collatione, licentia administrandi Sacramenta aliis concessa, confirmatione Statutorum Ecclesiarum, exploratione voluntatum Puellarum Religionem ingredi volentium, & similibus illam concludentibus, ab initio emanati Indulti cœptis & deinde semper continuatis, ut ex *l. si dicta interpretatione, §. de leg.* & ex Soccin. sen. *consil.* 25. *numer.* 25. *lib.* 1. dixit *Rota in Astoricen. Jurisdictionis coram* Bevilaqua, *decis. recentiorum* 3345

part. 13. decis. 235. numer. 3. 4. 5. & 8.

1660. 20. Jun. —— Si contingat Suppriorem Conventus Ordinis Prædicatorum non habere ſex annos à Profeſſione, tunc ipſe non habebit vocem in electione Prioris Conventualis, nec fungetur officio ſcrutatoris, ſed in eo caſu per vota ſecreta eligetur tertius ſcrutator, ut ad petitionem Provinciæ Pervanæ declaravit *Generalis ejuſdem Ordinis juxta Capitulum Rom. 1656. declaratione 11. apud* Paſſerin. *de elect. canon. cap. 38. ſub num. 3.* 3346

1660. 8. Jul. —— Conſtitutio Paulina (de qua ſupra 1606. 1. Sept.) innovatur, & quatenus opus ſit, declaratur, ideoque omnibus & ſingulis Regularium Generalibus ac aliis quocunque nomine nuncupatis cujusvis Ordinis & Societatis etiam JESU Superioribus præcipitur, ut omninò dictæ Conſtitutioni pareant, & omnes & quoſcunque Religioſos tam ſibi ipſi ſubditos quàm non ſubditos hæreticos vel de hæreſi etiam leviter ſuſpectos deferant & judicialiter denuncient Inquiſitoribus vel locorum Ordinariis, & nullatenus in Cauſis ad Sanctum Officium ſpectantibus audeant ſe intromittere, neque ſuos Subditos ad dictum Sanctum Officium recurrentes vel recurrere volentes moleſtent aut avertant vel diſſuadeant, imo ipſos & alios Chriſtifideles etiam Confratres ſuos ad parendum moneant & hortentur: Declaratur quoque, præfatos Subditos abſque ulla participatione, etiamſi nulla ſit petita venia à Superioribus & nulla fraterna correctio vel alia monitio præmiſſa fuerit, omninò tenèri accedere ad denunciandum Ordinariis vel Inquiſitoribus locorum quoſcunque etiam Confratres ac Superiores etiam primarios ſuos ejuſdem Ordinis & Religionis, quos noverint eſſe de Fide quomodolibet etiam leviter ſuſpectos: Contrafacientes verò tam Superiores quàm Subditi ſubjaceant Cenſuris in dicta Conſtitutione Paulina expreſſis, nec non privationis Dignitatum ſeu Officiorum ac vocis activæ atque perpetuæ inhabilitatis ad ipſa ipſo facto incurrendis ac aliis arbi- 3347

trio

trio Papæ infligendis pœnis, quarum relaxationem & suspensionem ac absolutionem vel dispensationem sibi ipsi reservat Summus Pontifex: Sub eisdem denique pœnis ipso pariter facto incurrendis & ut supra reservatis mandatur, ut Superiores omnes præfati in quocunque Loco aut Conventu vel Collegio sui Ordinis Decretum hoc semel saltem singulis annis Kalendis Martii in publica Mensa vel aliàs in Capitulo ad hoc specialiter convocato legi curent unà cum aliis Decretis ad Sanctum Officium pertinentibus legi solitis juxta Decretum Urbani Octavi supra positum & editum anno 1633. 14. Aprilis. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 98. quæ incipit* Licèt aliàs, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb. Congregatio S. Officii, sub n. 3.* 3346 3347

1660. 20. Jul. —— Ad §. Quartum Decreti suprapositi & editi anno 1659. 27. Septembris, quo prohibetur usus præterquàm unius Abaci, asserentibus Monachis Cassinensibus hactenus ab immemorabili tempore eorum Abbates adhibère consuevisse secundum Abacum ad pelves & urceolos exponendos; servandum esse Decretum declaravit *Congregatio Rit. approbante Alexandro VII. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 4. num. 35. pag. mihi* 120. & refert etiam Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 3. in calce, circa Constit. 6. Urbani IV. pagin.* 338. 3348

1660. 20. Jul. —— Ad §. Quintum præfati Decreti, quo tribus diebus tantùm de præcepto, &c. Pontificalis Celebratio permittitur, exponentibus prædictis Monachis Cassinensibus taxativam hujusmodi non extendi ad usum Pontificalium sine Baldachino, ac præterea ex Indulto Alexandri Secundi sibi competere Pontificalium usum in Exequiis Nobilium Virorum; hujusmodi Privilegium tantummodò suffragari Monasterio Cavensi, nec ad alia Monasteria extendi censuit *Congregatio Rituum, apud* eosdem, *ibidem.* 3349

1660. 20. Jul. —— Ad §. Sextum dicti Decreti su- 3350

pra posiți & editi anno 1659. 27. Septembris, quo in accessu Abbatis Divina peracturi, & recessu ejusdem post Divina absoluta, prohibetur associatio more Episcoporum, affirmantibus iisdem Monachis Cassinensibus se ab immemorabili tempore, simili associatione usos esse, atque indecorum videri, ut Abbas Pontificaliter peracturus Divina, solus Ecclesiam petat; annuendum esse petitis, modò non extra, sed intra septa Monasterii sese ad Ecclesiam conferat, censuit *Congregatio Rituum, apud* eosdem, *ibidem*.

1660. 20. Jul. —— Ad §. Septimum præmemorati 3351
Decreti, quo taxatur numerus Ministrorum, exponentibus dictis Monachis Cassinensibus, Abbates indigère Ministris ad Linteum & Candelam, ad Intortitia Elevationis & ad Candelabra Evangelii, ad Mitram & Baculum; indulgendos fore alios quatuor Ministros Cotta inductos, præter expressos in Decreto, censuit *Congreg. Rit. apud* eosdem, *ibidem*.

1660. 20. Jul. —— Ad §. Octavum ejusdem Decreti 3351
supra positi & editi anno 1659. 27. Septembris, quo usus Mitræ pretiosæ & Baculi sine velo appenso vetitus est, asserentibus præfatis Monachis Cassinensibus Mitram pretiosam ipsis de jure competere, velum quoque nunquàm eos consuevisse Baculo appensum adhibère, nec esse de Ritibus Romanæ Ecclesiæ, sed Ambrosianæ tantùm; Quoad Mitram servandam esse dispositionem *cap. ut Apostolica, de Privileg. in 6.* quoad Baculum vero servandum esse Decretum censuit *Congregatio Rituum, apud* eosdem; *ibidem*; 3351

1660. 20. Jul. —— Ad §. Decimum dicti Decreti, quo prohibetur usus Pontificalium in aliena Ecclesia licèt exempta, quamvis Abbas ad ipsam fuerit invitatus, exponentibus præfatis Monachis Cassinensibus eos inibi Pontificalibus Insigniis hactenus usos esse, idque à Jure ipsis permissum præsumere; Servandum esse Decretum censuit *Congregatio Rit. apud*, eosdem, *ibidem*.

20. Jul.

1660. 20. Jul. —— Ad §. Undecimum præfati Decreti ſupra poſiti & editi anno 1659. 27. Septembris, quo Sacras Veſtes ex Altari ſumere Abbates privatim celebraturi prohibentur, aſſerentibus iiſdem Monachis Caſſinenſibus ſe hactenus tali Privilegio gaviſos eſſe; Servandum eſſe Decretum cenſuit *Congregatio Rituum*, *apud* eoſdem, *ibidem*. 3354

1660. 20. Jul. —— Ad §. Decimumtertium ejuſdem Decreti, quo diſponitur, ne Abbates extra Pontificalia, Pontificali more, ac trina Crucis productione, nec non privatim occurrenti Populo, tum Pontificaliter indulti, etiam per Eccleſiam incedentes benedicant; affirmantibus dictis Monachis Caſſinenſibus, Abbates in Miſſis privatis hactenus Epiſcopali more benedixiſſe, & Pontificalibus præſertim indutos per Eccleſiam tranſeuntes occurrenti Populo Benedictionem elargiri conſueviſſe, ſervandum eſſe Decretum cenſuit *Congregatio Rituum*, *apud* eoſdem, *ibidem*. 3355

1660. 20. Jul. —— Ad §. Decimumquartum dicti Decreti ſupra poſiti & editi anno 1659. 27. Septembris, quo in præſentia Epiſcopi denegatur facultas benedicendi ſolemniter, etiam in Pontificalibus; aſſerentibus præfatis Monachis Caſſinenſibus, ex Privilegio ipſis etiam Epiſcopo præſente Benedictiones hujuſmodi competere, ſervandum eſſe Decretum cenſuit *Congregatio Rituum*, *apud* eoſdem, *ibidem*. 3356

1660. 20. Jul. —— Ad §. Decimumquintum prædicti Decreti, quo traditur ordo inferioribus Prælatis Divina Pontificaliter agendi, & præſente Epiſcopo loci Ordinario; exponentibus iiſdem Monachis Caſſinenſibus Epiſcopo vetitum reperiri ingreſſum in eorum Eccleſias ipſis invitis, ſervandum eſſe Decretum cenſuit *Congregatio Rituum*, *apud* eoſdem, *ibidem*. 3357

1660. 20. Jul. —— Ad §. Decimumſeptimum præmemorati Decreti ſupra poſiti & editi anno 1659. 27. Septembris, quo uſus Mitræ, & reliquorum Inſignium Pontificalium, præterquàm tribus anni 3358

diebus, abrogatus est; suggerentibus dicti Monachis Cassinensibus indecorum videri, ut in Ordinibus conferendis, in Consecrationibus, in receptionibus & Professione Monachorum & Monialium Abbates Mitram non adhibeant: indulgendum fore, ut ea tantùm utantur in actu Ordinationum & Benedictionum cum Sacro Oleo, censuit *Congregatio Rituum*, *apud* eosdem, *ibidem*.

1660. 20. Jul. —— Ad §. Decimumnonum ejusdem 3359
Decreti, quo vetita est Abbatibus Benedictio Sacræ Suppellectilis pro usu alienarum Ecclesiarum; affirmantibus præfatis Monachis Cassinensibus, etiam pro aliena Ecclesia ex Apostolico Indulto eis licitum esse Ecclesiasticam Suppellectilem benedicere, exhibèri Indultum authenticum ex Archivio Apostolico desumptum, ac interim abstineri mandavit *Congregatio Rituum*, *apud* eosdem, *ibidem*.

1660. 20. Jul. —— Ad §. Vigesimumprimum dicti 3360
Decreti supra positi & editi anno 1659. 27. Septembris, quo in Missis privatis prohibentur Abbatibus quivis Ritus & Prærogativæ ad Episcopos privativè spectantes; exponentibus iisdem Monachis Cassinensibus, Abbates Cassinenses hactenus in Missis privatis adhibuisse quatuor Candelas, Ministros ad lotionem manuum, & duos Assistentes cum Cotta, &c. — Servandum esse Decretum censuit, præsentisque declarationis Decretum typis imprimi posse concessit *Congregatio Rituum*, *apud* eosdem, *ibidem*.

1660. 23. Jul. —— Regulares incidunt in pœnam 3361
Tridentini *cap. 2. sess. 25. de Regular.* si nullam habentes administrationem, rem quampiam, etiamsi non magni momenti, clam, idest, sine licentia Superiorum expressa vel tacita tenent, modò quantitas sufficiat ad inducendum peccatum mortale contra Votum Paupertatis, prout declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. sub num. 19. pag. mihi* 110.

1660. 29. Sept. —— Constitutio Gregoriana supra 3362
posita & edita anno 1622. 5. Februarii circa approbatio-

bationem Confessariorum Monialium etiam exemptarum etiam Regularibus subjectarum, ab Episcopo faciendam, servari debet etiam Romæ, prout censuit *Congregatio Visit. Apostol. approbante Alexandro VII. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 1. sub num. 11. pag. mihi* 81. & refert etiam Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. 96.*

1660. 11. Oct. —— Abbati Generali pro tempore existenti Congregationis Montis Oliveti, usum Mozzettæ & Mantellettæ ac Biretti & Pilei Prælatitii in quibuscunque functionibus publicis & privatis, etiam coram Summo Pontifice & in Capellis Pontificiis, concedit & indulget *Alexander VII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut. 594. quæ incipit* Decet. 3363

1660. 15. Oct. —— Congregationi Fratrum Discalceatorum Reformatorum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum perpetuò conceditur Conventus B. Petri de Nolasco olim Fratrum dicti Ordinis cum illius Ecclesia & Bonis, positus in Terra Rocca di Papa nuncupata Diœcesis Tusculanæ, & subditur Conventui S. Joannis de Urbe ejusdem Congregationis sub obedientia Procuratoris Generalis ipsius Congregationis. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 102. quæ incipit* Ad Sacrosancti. ¶ Notandum, quod qua parte prænominatus Conventus B. Petri de Nolasco subiicitur obedientiæ dicti Procuratoris Generalis, nullum præjudicium fuisse illatum superioritati ac jurisdictioni Vicarii Generalis Superioris dictę Congregationis, declarat idem Pontifex anno 1662. 27. Jan. *ibid. Constit. 121. quæ incipit* Alias. 3364

1660. 28. Oct. —— Stante communicatione Privilegiorum, competit Religioni Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum jus eligendi (servatis servandis) sibi Conservatorem, prout ei competere declarat Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium, & confirmat ac approbat *Alexan-* 3365

lexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 103. 3366
qua incipit Aliàs pro parte.

1660. 10. Dec. —— Omnibus Provincialibus, Correctoribus, & aliis quibuscunque Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Superioribus prohibetur, ne in futurum sub pœnis privationis vocis activæ & passivæ, nec non Officiorum & inhabilitatis ad ea ac alia quæcunque deinceps obtinenda, Tertiarios cum longiori tunica & capucio recipiant, sed eos cum brevi veste seu tunica & pileo juxta formam & dispositionem dicti Ordinis Constitutionum tantummodò admittant, prout censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. Excom. numer. 165. pagin. mihi* 205.

1661. 10. Jan. —— In Capitulo generali Clericorum 3367
Regularium Theatinorum jus suffragendi habeant infrascripti dumtaxat, & non alii, videlicet, Præpositi Generales pro tempore existentes, & Officio functi: quatuor Consultores, & Procurator Generalis pro tempore ex Provincia Galliæ Cisalpinæ quæ in primam & secundam Visitationem dividitur, duo Visitatores, tres Præpositi, & tres Vocales pro qualibet Visitatione: Ex utriusque Siciliæ Regnis, quæ in duas etiam Provincias dividuntur, itidem duo Visitatores pro qualibet Provincia; Præpositi quatuor, & totidem Vocales ex Provincia Neapolitana; Præpositi duo, & Vocales duo ex Provincia Siciliæ, dummodo ex hac eligantur duo Visitatores, sicuti ex Provincia Neapolitana, ex Hispania unus, ex Gallia Transalpina unus, & ex Romanis Domibus unus: Alia quoque quoad Præpositorum electionem & Vocalium numerum ac qualitates decernit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 108. qua incipit* Felici, *& refert etiam* Borromæus *in qq. pract. de elect. Vocal. in append. pag. mihi 262.*

1661. 18. Jan. —— Hospites & Advenas in Monaste- 3368
riis & Locis Congregationis Cassinensis, per tres dies tantùm modestè & sine profusione recipiendos esse

esse decernit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullario Casinen. tom. 2. Constitut. 532. quæ incipit* Sacra Congregatio.

1661. 28. Jan. —— Licet Monachus professus retineat Jura Sanguinis, donec vivit, nihilominus quia non est talis, per quem Familia & Bona conservari possint, non dicitur habere voluntatem Testatoris, nec ex illius dispositiune taliter concepta succedere valet, Dec. *consil. 259. sub num. 2. & seqq.* Paris. *consil. 22. à num. 9. lib. 3.* Altograd. *consil. 96. sub num. 9. & seqq.* Marsic. *var. resolut. lib. 3. cap. 21. num. 81. & seqq.* ubi quod talis Professus quoad conservationem Familiæ habetur pro mortuo, cùm ab illo Familia nedum conservetur, sed potius supprimatur, Castill. *controver. jur. lib. 3. cap. 12. num 54. lib. 5.* Mangil. *de imput. in legit. quæst. 71. sub numer. 29.* Futar. *de substit. quæst. 33. sub num. 2.* & frustra obiicitur, exclusionem Monasterii non esse expressam, qualis requiritur ad impediendam acquisitionem in vita Professi, quando Testatoris verba habent vim explicitæ exclusionis, juxta notata per Dec. *d. consil. 259. sub num. 2. & seqq.* Castill. *loc. citat. sub num. 41. & 54.* Altograd. *d. consil. 96. à num. 40.* & ex eis dixit *Rota in Bononien. Fideicommissi de Saviis coram* Celso, *decis. 339. à num. 2. ad 5. & num. 10. pag. mihi* 413. 3369

1661. 5. Febr. —— Monasterii S. Petri Perusini Bona ante tranlactionem cum Camera Apostolica acquisita, non posse subiici solutionibus Collectarum, à Communitatibus: & onus probandi quænam sint Bona acquisita per dictam tranlactionem, ipsis Communitatibus incumbere decernit *Congregatio Sublevaminis, apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 533. quæ incipit* In proposito. 3370

1661. 23. Febr. —— Fratres Ordinis Minorum Observantiæ & Reformatorum habentes aliquid deponendi in Sancto Officio, id deponant etiam Ordinariis Regni vel coram Ministro hujus Sacræ Congregationis Neapoli, absque eo quod veniant 3371

ad

ad Urbem, prout cautum fuit pro Regnicolis, & sic decrevit *Congregatio Inquisit. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Congregatio S. Officii, *sub num. 6. pag. mihi* 164.

1661. 30. Mar. —— Abbates Regulares, Priores, Guardiani, aliique Superiores parvorum Conventuum, qui vigore Decreti Innocentii Decimi supra positi & editi anno 1654. 10. Februarii subiiciuntur jurisdictioni Ordinarii, tenentur accedere ad Synodum, quando ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato vocantur, prout declaravit *Alexander VII. apud* Fagnan. *in cap. Quando, numer.* 64. *de Offic. Ordin.* & ex eo refert Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 5. *form.* 3. *num.* 4.

1661. 2. Apr. —— Oblati seu Servientes in tribus Provinciis Reformationis Tertii Ordinis S. Francisci de Congregatione Gallicana nec recipi nec ad Professionem admitti possunt, nisi cum biennali Novitiatu & quarto Voto de non quærenda seu procuranda alia conditione ad præscriptum ejusdem Ordinis Constitutionum: ac proindè sub pœnis privationis vocis activæ & passivæ necnon Officiorum & inhabilitatis ad ea & alia obtinenda præcipitur Superioribus & Officialibus, ne alter quàm modo & forma præmissis hujusmodi Oblatos seu Servientes recipiant, nec etiam quidquam circa conditionem tam dictorum Servientium quàm Fratrum Laicorum in Capitulis Provincialibus audeant innovare: Super Contractibus verò Censuum tam activorum quàm passivorum, impositionum, fundationum, Bonorum, &c. quando agitur de stabilibus & censibus, si summam vigintiquinque ducatorum aureorum in sorte, de mobilibus autem & redditibus decem similium excedant, tunc totius Communitatis seu Capituli Conventuum, de quorum re agitur, consensus erit adhibendus. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 69. *quæ incipit* Cùm sicut.

1661. 9. Apr. —— Confraternitatem SS. ROSARII

RII Beatæ MARIÆ Virginis auctoritate ordinaria erectam in Ecclesia Collegiata S. Laurentii Majoris Civitatis Mediolanensis, omninò erigi debère à Generali Ordinis Prædicatorum censuit *Congregatio Rituum in Bullar. Confraternit. d. Ordin. Prædicator. pag. mihi* 143.

1661. 11. Apr. —— Plures Ordinationes à Sacra Cardinalium Congregatione specialiter à Summo Pontifice deputata emanatas super œconomico statu & recta Bonorum temporalium administratione pro Monasteriis Cassinensibus confirmat & approbat, & illis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 92. quæ incipit* Emanavit nuper. 3375

1661. 10. Jun. —— Privilegia Sacræ Religioni Hierosolymitanæ concessa, non continent nisi nudam & simplicem exemptionem Ecclesiarum & Bonorum Monasteriorum Fratrum inservientium ac aliarum Personarum intra septa eorumdem Monasteriorum actualiter degentium, ex qua non potest prætendi Territorium separatum cum translatione Jurisdictionis quasi Episcopalis in præjudicium Ordinariorum, Felin. *in cap. grave, num. 2. de offic. Ordin.* idque optimè agnoverunt Eminentissimi Magni Magistri pro tempore, in quibus residet Caput hujus Sacræ Religionis cui prædicta Privilegia principaliter concessa fuerunt, dum nunquàm contenderunt habere Territorium separatum cum Jurisdictione quasi Episcopali, sed semper receperunt in propria Insula proprium Episcopum, ad trad. per Fed. de Sen. *cons.* 151. *num.* 1. & 2. ut dixit *Rota in Toletana Jurisdictionis coram* Taja, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 334. *à num.* 12. *ad* 21. 3376

1661. 13. Jun. —— Monasterium non potest percipere Decimas ex terris propriis, cùm in re propria nemo servitutem habeat, ut dixit *Rota in Hispalen. Decimarum cor.* Taja, *decis. rec. par.* 13. *dec.* 344. *n.* 8. *ex dec.* 23. *n.* 1. & 2. *par.* 2. *divers.* ac etiam ex Calaguritana Decimarum de Ocon 1654. 1. Jul. cor. Cerro Dec. 2. Jul. 4377

1661. 2. Jul. —— Abbates & alii quicunque Ciſtercienſis Ordinis communis Obſervantiæ Religioſi Apoſtolica Diſpenſatione (de qua ſupra 1657. 10. Nov.) circa eſum carnium utentes, ſuper libertate vocis activæ & paſſivæ in electionibus Abbatis Ciſtercii Generalis, aliorumve quatuor præcipuorum Abbatum, Vicariorum, Provincialium, Procuratoris Generalis Curiæ, & aliorum publicorum Officialium, in adminiſtratione & regimine Collegii Pariſienſis communis Studii dicti Ordinis, in Novitiorum ad communem Obſervantiam cum uſu talis Diſpenſationis circa eſum carnium (ſervatis ſervandis) receptione & eorum educatione, necnon in omnimoda juriſdictione quam ab initio ejuſdem Ordinis habuerunt, & quibuslibet aliis Juribus quæ ex vi Regulæ & Ordinis præfati Conſtitutionum illis & Capitulo generali competunt, nullatenus prohibeantur & moleſtentur, prout circumſcriptis duabus ſententiis ab Apoſtolico Viſitatore emanatis anno 1634. 27. Jul. & 1635. 20. Auguſti non prohiberi ſeu moleſtari mandat & præcipit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 114. quæ incipit* Nuper pro parte. ¶ Hanc Diſpoſitionem, nec non & aliam ſupra poſitam & editam anno 1660. 8. Martii obſervandas eſſe ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ & Papæ reſervatæ vult & ordinat idem Pontifex anno 1662. 16. Jan. *ibid. Conſtitut. 120. quæ incipit* Aliàs. 333

1661. 16. Jul. —— Cuſtodiam S. Ladislai Regis in Sclavonia Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum ex novem Conventibus compoſitam, in novam ejuſdem Ordinis Provinciam cum omnibus & ſingulis Prærogativis & Indultis, quibus aliæ Ordinis memorati Provinciæ fruuntur, perpetuò erigit & ſine cujuſquam præjudicio inſtituit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 115. quæ incipit* Ex commiſſi Nobis. 333

1661. 1. Oct. —— Epiſcopus viſitat etiam per ſuum Subdelegatum Monaſteria & Parochiales exemptas, tan- 333

tanquàm in hac parte Delegatus Sedis Apostolicæ, absque eo quod possint Exempti Subdelegatum recusare, quoties exhibeat specialem facultatem in scriptis, prout declaravit *Congregatio Concil. in Passavien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 12. form. 9. num. 4.* ex Pignatel. *consultat. 7. numer. 19. & 29. tom. 7.* & est juxta Fagnan. *in cap. Quoniam, num. 27. & 35. de offic. Delog.*

1661. 22. Nov. —— Bona Monachi extra Claustra defuncti, in Monasterio degentia, ad ipsum Monasterium, non ad Cameram Apostolicam ratione Spolii spectare, ex sententia decernit *Nuncius Apostolicus, apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut. 536. quæ incipit* In Causa. 3381

1661. 8. Dec. —— Constituriones Sixti Quarti & Pauli Quinti ac Gregorii Decimiquinti (de quibus supra 1616. 6. Jul. & 1622. 24. Maii) quoad Conceptionem Beatissimæ Virginis MARIÆ innovantur & sub Censuris & pœnis ibidem contentis observari mandatur: Tenentes verò contrarium quovis excogitabili modo, præter pœnas & Censuras à Sixto Quarto inflictas, etiam concionandi, publicè legendi seu docendi & interpretandi facultate, ac voce activa & passiva in quibuscunque electionibus eo ipso privati existant, & perpetuæ ad hæc munera exercenda inhabilitatis pœnas ipso facto incurrant, à quibus nonnisi à Romano Pontifice pro tempore existente absolvi vel dispensari possint, ac aliis pœnis Papæ arbitrio infligendis sint subjecti: Libri quoque contrariam opinionem continentes prohibentur sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contenti: Contra transgressores hujus Constitutionis etiam Regulares cujusvis Ordinis & Instituti etiam Societatis JESU, tam Episcopi & alii locorum Ordinarii quàm hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 117. quæ incipit* Solicitudo, *& refert etiam* Gavant. *in Manuali Episcopor. in fine, Constitut. 5. pagin. 211* 3382

ac

ac Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Officium Sanctorum, *sub num.* 3.

1661. 16. Dec. —— Parochis quibuscunque in associatione corporum Defunctorum ad Ecclesiam S. Sixti Placentini non licère ingredi Ecclesiam prædictam, sed teneri dimittere Cadavera ad valvas ipsius Ecclesiæ, ibique posse tantummodo benedicere Corporibus, Officium verò & alia agenda in Ecclesia, perficienda fore à Monachis & non à Parochis declarat *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullaro Casinen. tom.* 2. *Constit.* 537. *quæ incipit* Sacra Congregatio. 338

1661. 23. Dec. —— Congregatio Clericorum Regularium de Somasca divisa sit in tres Provincias, videlicet Lombardiæ, Venetiarum, & Romanam nuncupatas: Quælibet ex his Provinciis locum unum Probationis habeat communem omnibus Nationibus ex quibus Provincia coalescit, cum Professoriis quæ sufficiant pro educatione Juventutis professæ: Quælibet Provincia habeat quatuordecim Vocales Capituli generalis, & mittat tres Socios seu Discretos ad dictum Capitulum: Præpositi Generalis dignitas detur per turnum Provinciarum, incipiendo à Romana, à qua transeat ad Venetam: Dignitates autem tredecim, ex quibus constat Definitorium, sint quatuor per Provinciam, & quinque ex illa cui per turnum Præpositus Generalis continget: Eligantur tres Consiliarii & tres Definitores, ita ut quælibet Provincia suum habeat Consiliarium & suum Definitorem: Dignitates Præpositi Generalis, Vicarii Generalis, & Procuratoris Generalis hoc ordine distribuantur, ut cuilibet Provinciæ per turnum semper una ex his conferatur: Procurator verò Generalis functus officio sit ipso jure per subsequens triennium Consiliarius suæ Provinciæ, nisi eligatur Præpositus Generalis aut Vicarius Generalis aut Provincialis. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 119. *quæ incipit* Ad Pastorale fastigium, *& habetur etiam in Libro Privilegior.* 339

legiorum d. Relig. pagin. mihi 186.

1661. 23. Dec. —— Nemo possit esse Superior in aliqua Provincia dictorum Clericorum Regularium de Somasca, qui Filius ejus non sit: Qui in posterum Professionem emittent, ejus Provinciæ Filii censeantur & sint, in qua ad Religionem admittentur & in qua Professionem emittent: Quilibet tamen sine ullo discrimine subditus esse possit in qualibet cujusvis Provinciæ Domo, salva ejus capacitate: Nemo quoque ullo modo possit esse Superior in eadem Domo, nisi per triennium, quo elapso alterum integrum triennium elabi debeat priusquàm ad ejusdem Domus regimen sub quovis titulo sive Superioris sive Vicarii admoveatur: Cœterùm Patres Definitorii cœteris quibuscunque præcedant, & si quando contingat eos subditos esse in aliqua Domo, immediatè post Superiorem Domus sedeant: Visitatores verò Provinciarum in posterum Præpositi Provinciales appellentur, & quilibet habeat potestatem ordinariam supra quamlibet Domum suæ Provinciæ. *Alexander VII. ibidem.* 3385

1661. 28. Dec. —— Servus DEI Franciscus de Sales, olim Episcopus Genevensis, Monialium Ordinis Ss. Visitationis Institutor, declaratur Beatus, cum permissione quod ejus Corpus & Reliquiæ veneration Fidelium (non tamen in Processionibus circumferenda) exponantur, Imagines quoque radiis seu splendoribus exornentur, ac de eo certis in locis Officium ac Missa celebretur de Confessore Pontifice singulis annis die vigesima nona Januarii, qua ejus Corporis Depositio in Ecclesia dictarum Monialium Ss. Visitationis Anneffii in Sabaudia celebrata fuit. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 118. qua incipit* Spiritus Sanctus. 3386

1662. 20. Jan. —— Non licuit, nec licet sub quocunque titulo vel prætextu seu colore duos Fratres germanos Ordinis S. Francisci in Definitorium ingredi, & si modo in aliquibus Provinciis ingrediuntur, unus omninò excludatur: Defectus verò, si 3387

qui forsan ob talem ingressum usque modò intercesserint, supplevit, prout auditis partibus & Eminentissimo Vidone referente mandat & respectivè supplet *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Definitorium, *sub num.* 1. *pag. mihi* 209.

1662. 27. Jan. —— Ordinarius tanquàm Delegatus Apostolicus in vim Concilij Tridentini *sess.* 24. *de reform. cap.* 11. & per Constitutionem Gregorianam §. *Idcircò*, potest etiam extra Visitationem Vicarios seu Capellanos amovibiles Sæculares & Regulares administrantes Curam Animarum annexam Commendæ Hierosolymitanæ in iis, quæ respiciunt dictam Animarum Curam & Sacramentorum administrationem, corrigere & punire ac coercère, & aliter, ut opus fuerit, providere: nec non vigore dictorum Concilii & Constitutionis, Ministri servientes adscripti, Procurarores, & Familiares, qui habitant in Civitate & extra Domum dictæ Commendæ, subjacent jurisdictioni Ordinarii tanquàm Delegati Apostolici tam in Civilibus quàm in Criminalibus & mixtis, quia non habent cumulativè tria requisita, quorum duo in hac specie deficiunt, nam habitant in Civitate extra Domum Commendæ, nec vivunt sub obedientia Commendatarii: & tamen ad hoc, ut non intret exemptio, defectus unicus ex dictis requisitis sufficit, ut dixit *Rota in Tolerana Jurisdictionis coram* Bevilaqua, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 272. 3380

1662. 6. Febr. —— Licèt Commendæ Religionis Hierosolymitanæ non sint conferendæ nisi habenti ætatem duodecim annorum requisitam à Stabilimentis, id tamen non procedit in Commenda Juris patronatus Laicorum ad quam Fundator voluit Filios suos descendentes semper admitti sine ulla ætatis limitatione seu restrictione, prout in simili firmavit Lotther. *de re benefic. quæst.* 32. *num.* 34. & 35. *lib.* 1. & ex eo dixit *Rota in Romana Commenda coram* Emerix, 3381

rix, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 399. *sub n.* 2. *&* 3. *ac* 4.

1662. 27. Febr. —— Cistercienses gaudent exemptione à solutione Decimarum pro Bonis, quæ propriis manibus excolunt, & hoc de Jure, ex text. *in cap. ex parte* 10. *cap. licet* 11. *& cap. ad audientiam* 12. *de Decim.* & ex eis dixit *Rota in Calagurritana Decimarum de Ocon coram* Celso, *decis.* 370. *sub num.* 5. *pag. mihi* 450. 3390

1662. 1. Mar. —— Monasterium Abbatia nuncupatum S. Pancratii propè & extra mœnia Urbis olim suppressi Ordinis Fratrum Ss. Barnabæ & Ambrosii ad Nemus, unà cum Fabricis illi adjacentibus ac aliis Bonis perpetuò conceditur Congregationi Italiæ Fratrum Discalceatorum Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo: In dictis Fabricis novus dictæ Congregationis Conventus sub titulo S. Pancratii erigitur & instituitur, ac Seminarium S. Pauli (de quo supra, 1655. 24. Sept.) in Conventu S. MARIÆ de Victoria aliàs erectum, in Conventum S. Pancratii sic noviter fundatum perpetuò transfertur cum nonnullis ordinationibus pro bono regimine & Missionibus, prout concedit & respectivè transfert *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 123 *quæ incipit* Inscrutabili. 3391

1662. 11. Mar. —— Episcopus cogere non potest Regulares, in quorum Monasterio lectio Sacræ Scripturæ minimè habetur, ut lectionibus per Canonicum Theologum habendis intersint: neque eos ut Confessarios à se approbatos compellere sub pœna suspensionis à facultate audiendi Confessiones, ut ad dictas lectiones accedant, prout declaravit *Congregatio Concil. in Fossanen. Lectionis, apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom.* 4. *circa Constit.* 2. *Innocentii VI. num.* 67. *pag. mihi* 260. & refert etiam Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par.* 1. *tit.* de Capitulo, & Canonicis, *pagin.* 114. 3392

1662. 29. Mar. —— Congregationes Monachorum Vallisumbrosæ & Silvestrinorum sub Regula S. 3393

Benedicti militantes in unam Congregationem, quæ Congregatio Vallisumbrosæ & Silvestrina Ordinis S. Benedicti nuncupari & conjunctis amborum Insignibus uti debeat, perpetuò uniuntur, ita ut universa Congregatio sic ex duabus in unam coalescens sit divisa in tres Professiones, quarum una S. Benedicti & altera S. Joannis Gualberti ac tertia S. Silvestri: Nonnulla denique pro bono ejusdem Congregationis sic unitæ regimine & directione statuit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 124. quæ incipit* Onnipotentis DEI.

1662. 5. Maii. —— In Ordine Hierosolymitano gestatio Habitus cum aurea Cruce in pectore, & alba in pallio à solis Professis gestari solita arguit Professionem in gestante, Navarr. *de Regul. cons. 41. in princip.* Menoch. *cons. 396. num. 15.* Honded. *cons. 78. num. 19. & seqq. lib. 1.* Rovit. *cons. 16. num. 1. & per tot. lib. 1.* Magnus quoque Magister nominando quem Fratrem professum, demonstrat illius Professionem, quia sunt verba solis Professis convenientia, Bursatt. *cons. 97. numer. 24. in fine*, Ricc. *decis. 206. num. 4. lib. 3.* & probatur etiam Professio ex publica voce & fama, quod quis administravit Beneficia solis Professis dari solita, Eugen. *cons. 43. num. 17. & seqq. lib. 1.* ut dixit *Rota in Perusina Hæreditatis coram* Albergato Decano, *decis. recent. par. 13. decis. 445. à num. 3. ad 6.* 3394

1662. 9. Maii. —— Licentia extrahendi delinquentes ab Ecclesia Religionis Hierosolymitanæ, & cognitio, an extractus gaudeat immunitate, spectat ad Episcopum, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Savonen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dictæ Congregat. verb.* Licentia, *sub num. 1.* 3395

1662. 20. Maii. —— Fratres Minores Observantes S. Francisci, qui sunt Mendicantes & per dispositionem proprii Instituti non possunt redditus aliquos eleemosynarum sibi oblatarum possidere, non tenentur ad Decimarum solutionem, prout dictarum 3396

Deci-

Decimarum Subcollectoribus ratione Bullæ Indictionis sex Decimarum super fructibus omnium Ecclesiasticorum Beneficiorum & Pensionum in universa Italia & Insulis adjacentibus observandum præcipit *Alexander VII. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Gabella, *sub num.* 3. *pag. mihi* 251.

1662. 26. Maii. —— Cellerarii Congregationis Cassinensis, quamvis in officio suo fideliter & diligenter se gesserint, Capsam tamen pecuniarum ex præscripto Decreti Innocentii Decimi & Alexandri Septimi non peregerint, iisdem pœnis in præfato Decreto comminatis sint obnoxii: Dictis etiam pœnis subjaceant Depositarii seu alii Ministri, qui exactas pecunias non statim ad ipsam Capsam detulerint, quominus easdem pecunias ex urgentibus causis exegerint, & in Monasterii utilitatem & necessitatem, cum Abbatis & Superiorum licentia, erogasse docuerint, prout declaravit & censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constit.* 538. *quæ incipit* Fidelis. 3397

1662. 23. Jun. —— Professio facta in ætate legitima post annum Probationis in manibus Superioris & cum debitis circumstantiis, prætendi non potest invalida per text. *in cap.* 1. *de Regular. in* 6. *& in cap. ad Apostolicam, eod. tit.* nec Novitiatus reiteratio requiritur pro novis Constitutionibus, quæ non respiciunt substantialia, sed accidentalia Regulæ, licèt Professus teneatur observare Reformationem, Abb. *in cap. super eo, numer.* 5. *de Regular. transf. ad Relig.* Tamburin. *de Jure Abbat. disput.* 18. *quæsito* 5. *per tot.* & ex eis dixit *Rota in Leodien. Professionis coram* Priolo, *decis.* 213. *sub numer.* 1. *&* 2. *pagin. mihi* 330. ¶ Vide tamen infra 1663. 14. Dec. 3398

1662. 26. Jun. —— Ubi expressè non fuit delata jurisdictio Episcopis, censetur Abbati præservata, juxta doctrinam Ancharan. *in cap. Postulasti, nnm.* 45. *de for. compet.* Episcopis autem non denegatur celebratio Missæ Pontificalis in quibusvis Ecclesiis Regularibus etiam exemptis, quamvis ibidem jurisdi- 3399

ctionem non habeant, ut ex Sacra Rituum Congregatione (supra relata anno 1603. 10. Jun.) tradit Modern. P. Diana *oper. moral. tom.* 3. *tract.* 2. *de Regul. quæst.* 109. *vers. nota tamen*, & ex eo dixit *Rota in Lucen. Jurisdictionis coram* Cerro, *decis. recentior. par.* 13. *decis.* 493. *numer.* 5. ubi *num.* 10. *dictum etiam fuit, quod* licèt Abbates prohibeantur exercère Pontificalia extra eorum Ecclesiam ex Decreto Sacræ Rituum Congregationis (supra posito & edito, anno 1659. 27. Sept.) hoc tamen non procedit, quando contrarium ex Privilegio doceatur.

1662. 5. Aug. —— Omnibus & singulis Sacerdotibus tam Sæcularibus quàm Regularibus cujusvis Ordinis vel Congregationis aut Societatis seu Instituti etiam necessariò exprimendi districtè præcipitur, ut Missas privatas pro Defunctis seu de *Requiem* in duplicibus nullatenus celebrare audeant vel præsumant: Quod si ex Benefactorum præscripto Missæ hujusmodi celebrandæ incidant in festum duplex, tunc minimè transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio Animabus suffragia expectantibus detrimento sit, sed dicantur de Festo currenti cum applicatione Sacrificii juxta mentem eorundem Benefactorum: Curentque Ecclesiarum Rectores & Sacristæ ac alii ad quos pertinet, ut hujusmodi Decretum inviolatum servetur & in Sacristia affixum retineatur, ubi commodè ab omnibus celebrare volentibus conspici & legi possit: In eos autem, qui contrafacere ausi fuerint vel præmissa adimplere neglexerint, locorum Ordinarii tum Sæculares tum Regulares pro modo culpæ animadvertant, ut censuit *Congregatio Rit. approbante Alexandro VII. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. par.* 1. *in fine, pag. mihi* 248. & referunt etiam Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Missa, *sub num.* 6. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 8. *pag.* 53. 3400

1662. 7. Aug. —— Concessionem facultatis relinquendi & alienandi Collegia & Domus Societatis JESU Joanni Paulo Oliva Vicario Generali ab ulti- 3401

ultima Congregatione generali factam in vim Constitutionum dictæ Societatis auctoritate Apostolica confirmatarum approbat, ipsique Joanni Paulo Oliva Vicario generali in futurum alia quoque Collegia dictæ Societatis in quacunque Mundi parte existentia (quando, ac iis modo & forma quibus ei necesse fore videbitur) suspendere licère declarat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 128. qua incipit* Exponi Nobis.

1662. 8. Aug. —— Conventus S. Laurentii in Terra Bonitii vulgariter Poggibonzi nuncupata de Diœcesi Collensi jam vigore Constitutionis Innocentianæ (de qua supra, 1652. 15. Oct.) suppressus, reintegratur seu de novo erigitur ad favorem Congregationis Ilicetanæ Ordinis Eremitarum S. Augustini, prout reintegrat seu de novo erigit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 73. qua incipit* Ecclesiæ Catholicæ regimini. 3402

1662. 26. Sept. —— Omnibus & singulis Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti Prælatis etiam Monasteriorum Sublaci & Farfæ ac Monachis prohibetur accessus ad Almam Urbem quovis prætextu, absque licentia prius in scriptis ab Abbate S. Pauli de Urbe & Procuratore Generali in Curia pro tempore existentibus obtenta: Nulli supradictorum post eundem accessum ad Urbem liceat alibi etiam in Domibus sæcularium Propinquorum, præterquàm in Monasterio S. Callisti, sese recipere & commorari ac multò minus pernoctare, sub pœna suspensionis à quocunque gradu ipso facto ab omnibus incurrenda: Præcipitur pariter iisdem in virtute sanctæ obedientiæ, ut associati & omninò cucullati per Urbem incedant, ne gradus Abbatialis & Monasticus ex dimissione sui dignioris Habitus debito honore privetur: Quæ omnia tam in Alma Urbe quàm in aliis insignioribus Civitatibus, præcipuè Neapolis & Panormi, observentur. Hoc autem Decretum à Dieta ejusdem Congregationis Ferrariæ celebrata editum confirmat & approbat *Alexander* 3403

xander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 130. quæ incipit Ad Apostolicæ, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut. 539.*

1662. 27. Sept. —— Spolia defunctorum Canonicorum Regularium Congregationis S. Salvatoris transmittantur à Prælatis localibus ad Procuratorem Generalem ipsius Congregationis ad effectum solvendi Debita Cameralia Monasteriorum particularium, & his deficientibus publica Religionis Romæ contracta cum Montistis & Censuariis: Hoc autem Decretum à Definitorio Capituli Generalis Venetiis editum & in Dieta Florentiæ habita confirmatum ac à Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium sub pœna contrafacientibus privationis vocis activæ & passivæ ac officiorum & perpetuæ inhabilitatis ad quæcunque alia obtinenda approbatum confirmat & ejus observantiam injungit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 131. quæ incipit* Aliàs pro parte. 3404

1662. 4. Dec. —— Omnibus & singulis Procuratoribus & Commissariis Curiæ Generalibus Fratrum Minorum tam de Observantia quàm Reformatorum Familiæ Cismontanæ Ordinis S. Francisci, qui sua respectivè Officia triennii continui spatio quandocunque gesserint, conceditur, ut depositis eisdem Officiis suffragium sive votum perpetuum consultivum & decisivum in quibusvis Capitulis & Congregationibus suæ quisque Provinciæ dicti Ordinis habere & ferre ac illo uti & gaudere possint & valeant. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 133. quæ incipit* Ratio justitiæ exigit, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Procurator, *sub num. 8.* ac Julius de Venet. *in Chronolog. Seraph. pag. mihi* 100. 3405

1662. 6. Dec. —— Clerici Religionis Ministrantium Infirmis in quibusvis actibus & functionibus tam publicis quàm privatis præferendi sunt Laicis ejusdem Religionis etiam antiquioris Professionis: Hoc autem Decretum à Sacra Rituum Congregatione emanatum confirmat & approbat, illique inviolabilis 3406

Apo-

Apostolicæ firmitatis robur adiicit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 134. quæ incipit* Aliàs emanavit, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. in supplemen. verb.* Præcedentia, *num. 2. pag. 713.* 3404

1662. 9. Dec. —— Non potest Episcopus, in primo ingressu Visitationis Episcopalis compellere Regulares ad Processionem pro hujusmodi ingressu specialiter indictam, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Anagnina Terræ Carpineti, apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Processio, *num. 4. & refert etiam* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 2. tit.* de Processionibus, *pag. mihi 267. ubi addit, quod* standum est huic Decreto in hoc casu, & in hoc parendum. 3407

1662. 18. Dec. —— Commendatores & Rectores Collegiorum Congregationis Fratrum Discalceatorum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in medio administrationis suorum Officiorum illa in Diffinitorio Provinciæ renunciare, ac per Epistolas pleno Diffinitorio directas rationem Domorum Regularium renunciandarum, ac Conventualium in eis degentium, necnon pecuniarum & Bonorum ad easdem spectantium reddere debeant, & in potestate Diffinitorii Provinciæ hujusmodi sit admittere ejusmodi resignationes vel illas recusare, prout ipsi Diffinitorio pro DEI & Religionis servitio expedire videbitur: Hoc autem Decretum à Capitulo generali dictæ Congregationis editum & à Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione approbatum confimat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 135. quæ incipit* Aliàs pro parte. 3408

1662. 20. Dec. —— Nonnulla Statuta ac Decreta in Capitulo generali Holcensi Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum edita pro felici ejusdem Ordinis directione, ac in nonnullis emendata à Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione approbat & confirmat, ac illis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit Ale- 3409

Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 136. quæ incipit Ad Pastoralis Dignitatis fastigium.

1663. 1. Jan. —— Statutum seu præceptum Innocentii Decimi, ut omnes & singuli Societatis JESU Provinciales, Visitatores, Præpositi, Rectores, Superiores locales, & alii Officiales jurisdictionem habentes (exceptis Magistris Novitiorum) in eorum muneribus per triennium dumtaxat durare debeant, nec ad alia quævis ejusdem Societatis Officia etiam Vice-Provincialis seu Vice-Præpositi vel Vice-Rectoris nullatenus deputari valeant, nisi per annum cum dimidio saltem à fine triennii computandum à prædictis muneribus cessaverint, perpetuò revocat & annullat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 137. quæ incipit* Debitum, *& habetur etiam* in Corpore Institutor. d. Societ. *tom. 1. pagin. mihi 226.* 340

1663. 13. Jan. —— Laici seu Conversi Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceatorum de Ordine Ss. TRINITATIS Redemptionis Captivorum quartum ultra tria solita Votum addant de non transeundo ad statum Clericalem & ad Sacros Ordines, nec hujusmodi transitum directè aut indirectè procurando, & ita (salva tamen in præmissis auctoritate Sacræ Episcoporum & Regularium Congregationis) servari præcipit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 138. quæ incipit* Pastoralis Officii. 341

1663. 15. Jan. —— Religiosis Carthusiæ in Hispania suffragantur Privilegia percipiendi Decimas de suis terris & possessionibus traditis ad excolendum, quas Coloni solvere aliis tenerentur, Roder. *can. regul. quæst. 45. art. 4. vers. sed dices, in fine, tom. 2.* & ex Privilegio sæpè Decimas Religiosis applicari observavit Castropal. *oper. moral. tract. 10. de Decim. disput. unic. punct. 10. num. 2.* rarò autem eos eximi à Decimis, & in exemptione ad majorem claritatem addi consuevisse *non obstante cap. nuper*, prosequitur idem Castropal. *ibid. punct. 12. num. 6.* & ex eo dixit *Rota in Hispalen. Decimarum coram* Taja, *decis. recentior.* 342

tior. par. 14. *decis.* 5. *nuu.* 1. 11. *&* 12. ubi *numer.* 5. *&* 6. *dictum etiam fuit, quod* Privilegium unius Monasterii facilè communicatur aliis & toti Religioni, Pelliz. *in Manual. Regular. cap.* 12. *num.* 43. *tract.* 8.

1663. 18. Jan. —— Omnes & singulæ electiones 3413
Guardianorum & Prominiſtrorum ac Custodum Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia Familiæ Ultramontanæ per ſuffragia ſecreta & ballottationes fiant, & in paritate ſuffragiorum Præſidens electionibus ſupradictis votum ſeu ſuffragium deciſivum habeat, juxta diſpoſitionem Urbani Octavi pro Ciſmontana Familia ejuſdem Ordinis emanatam & ſuprapoſitam anno 1642. 10. Novembris. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtitut* 139. *qua incipit* Creditæ Nobis, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Seraph. Ordin. pag. mihi* 101.

1663. 19. Jan. —— Vicarius nutu amovibilis ad Cu- 3414
ram exercendam in Eccleſia unita deputatus, habet nudum exercitium & nomen cum Jure Congruæ, Gloſſ. *in Clem. unic. in verb. ad menſam, verſ. ut videtur, de exceſſ. Prælat.* Gabr. *conſ.* 190. *num.* 10. *lib.* 2. Lotther. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 93. Cura igitur habit ualis reſidet pœnes Superiorem Eccleſiæ cui altera unita fuit, & exercitium illius pœnes Vicarium, ut probant Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 128. Garz. *de Benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 55. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 892. *num.* 5. *in fine*, & ex eis dixit *Rota in Pampilonen. Jurium Parochialium coram* Bevilaqua, *deciſ. recent. par.* 14. *deciſ.* 10. *num.* 2. *&* 3.

1663. 19. Jan. —— Licèt in Parochialibus ſæcula- 3415
ribus, quæ uniuntur Monaſterio vel Dignitati, debeant deputari Vicarii perpetui ſæculares qui Curam exerceant, ad text. *in cap. extirpanda*, §. *qui verò, de Præb.* Gloſſ. *in Clem. unic. verb. Parochialium*, ubi DD. *de offic. Vicar.* Gemin. *conſ.* 86. *num.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 5. §. 30. *num.* 10. dicta tamen Jura procedunt in ſimplici unione, cujus vigore Superior Eccleſiæ, cui eſt facta, arctatur admini-

miniſtrare Curam in Eccleſia unita per Vicarium perpetuum: ſecus, quando pleno jure & ſubjectivè Parochialis fuit alteri unita, nam tunc tenetur quidem Curam per Vicarium perpetuum exercère, ſed ab exercitio illius valet ad nutum removère, ut diſtinguit Gloſſ. *in Clem. unic. §. quidam etiam, in verb. ad menſam, verſ. aut pleno jure, de exceſſ. Prælat.* Gonzal. Jo: Aloyſ. Ricc. aliiq. citati à *Rota in d. Pampilonen. coram* eodem, *ibid. num. 4. & ſeqq.*

1663. 19. Jan. —— Vicarii perpetuitas in Eccleſia unita reſpicit perſonam ipſius Vicarii & in illo verificatur ratione exercitii & onerum quæ ſubire tenetur, non verò quod cenſeatur translata omnis Cura Parochialis, quæ hujuſmodi perpetuitate Vicarii non obſtante, non deſinit eſſe de menſa illius Eccleſiæ cui facta eſt unio, Gabr. *conſ.* 190. *num.* 18 *& 19. lib.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 5. §. 6. *num.* 30. In Parochiali autem ſæculari unita Monaſterio de Jure deputatur Vicarius amovibilis, *cap.* 1. *de Capell. Monach.* Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 7. *capit.* 29. *num.* 104. Gonzal. *ibid. num.* 31. & quod Vicarius in ſæculari Eccleſia unita Regulari ſit amovibilis, verificatur ex remotione ſecuta alterius, & facta in ſecunda admiſſione mentione prioris, juxta Oldrad. *conſil.* 229. & ex eo dixit *Rota in d. Pampilonen. coram* eodem, *ibid. num.* 8. *&* 9. *ac* 10. 3416

1663. 19. Jan. —— Cùm Concilium Tridentinum *in ſeſſ.* 1. *cap.* 7. *de reform.* injungat Ordinariis locorum viſitationem Parochialium Eccleſiarum Monaſteriis unitarum & deputationem Vicariorum perpetuorum pro Cura Animarum, hoc tamen ſimpliciter & abſolutè non demandatur, ſed remittitur eorundem Ordinariorum arbitrio, ſi pro bono Eccleſiarum regimine ipſis expedire videbitur, ut notat Barboſa *ad d. loc. Concil. num.* 15. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 5. §. 30. *in fine*, & ex eis dixit *Rota in d. Pampilonen. coram* eodem, *ibid. num.* 14. *&* 15. ubi *num.* 16. *&* 17. *dictum etiam fuit, quod* Acta per Vicarium præſumuntur geſta per nudum adminiſtratorem, 3417

rem, Gabr. *conſ.* 150. *num.* 10. *verſ. hoc igitur, lib.* 2. ſicque Vicarius exercendo Jura Parochialia in Eccleſia Sæculari Monaſterio unita, non præjudicat Monaſterii Superiori, niſi conſtet, ipſi etiam innotuiſſe, ad notata per DD. *in cap. cùm Eccleſia Sutrina*, ubi Ripa *num* 14. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

1663. 2. Febr. —— Fratribus Clericis Congregationis Gallicanæ Fratrum Reformatorum de Ordine Ss. TRINITATIS Redemptionis Captivorum non competit jus ſuffragandi in Capitulis, niſi poſtquàm fuerint in Sacris Ordinibus conſtituti: Fratribus verò Laicis nullum penitus jus competit ſuffragandi in quocunque negotio, prout declarat & decernit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtitut.* 140. *quæ incipit* Cùm ſicut. 3418

1663. 5. Mar. —— Abbate accipiente pecunias ſine conſenſu & mandato Monachorum, non probata earum verſione in utilitatem Monaſterii, non tenetur Monaſterium ad illarum reſtitutionem, ut expreſsè diſponitur in *cap. quod quibuſdam* 4. ibiq. Gloſſ. *verb. utilitatem, de fide juſſ.* Auth. *hoc jus porrectum, in fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Felin. *contr. jur. lib.* 2. *cap.* 77. *ſub litt. C.* & Caſtropal. *oper. moral. par.* 7. *tit. de juſt. commut. diſput.* 4. *punct.* 5. *num.* 10. *& ſeqq.* unde Creditor agens contra Monaſterium pro pecuniis Abbati mutuò datis, concludenter pecunias in ejuſdem Monaſterii utilitatem fuiſſe verſas probare tenetur, ut dixit *Rota in Leodien. Pecuniaria coram* Cerro Decano, *deciſ. recent. par.* 14. *deciſ.* 42. *num.* 1. *&* 4. ubi *num.* 7. *dictum etiam fuit, quod* Prælatus dicens, mutuum converſum fuiſſe in utilitatem Eccleſiæ, illi non præjudicat, ut tradit Urſill. ad Aflict. *deciſ.* 168. *ſub numer.* 2. 3419

1663. 10. Mar. —— Reliquiæ Sanctorum exiſtentes in Eccleſiis Regularium, quæ exponuntur publicæ venerationi Fidelium, non poſſunt ab Epiſcopo viſitari, eo quod non conſtet fuiſſe unquam ab ipſo viſitatas aut approbatas juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *de invoc. ven. & Rel. Sanctor.* 3420

ctor. prout declaravit & reſcripſit *Congregatio Concil. in Urbinaten. apud* Paſcucc. *in Compendio ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Canonizatione Sanctorum, *pag. mihi* 80. ubi *etiam addit, quod* antiquæ Sanctorum Reliquiæ habendæ ſunt in illa veneratione, qua hucuſque fuerunt: ſi verò ſunt novæ, Epiſcopus ſervet prædictum Concilii Decretum, nempe viſitet atque cognoſcat etiam in Eccleſia exempta, teſte Naldo *in Sum. verb.* Reliquiæ Sanctorum, *ſub num.* 1.

1663. 10. Mar. —— Poteſt Epiſcopus juxta Conſti- 341
tutionem Gregorianam (ſupra poſitam & editam anno 1622. 5. Februarii) compellere Syndicos & Miniſtros Monaſterii Monialium Regularibus ſubjecti ad exhibendos Libros receptorum & expenſorum dicti Monaſterii pro redditione rationis de adminiſtratione illius Bonorum, etiam ſine præſentia Miniſtri Provincialis cui ſubeſt dictum Monaſterium, quatenus interpellatus recuſet intereſſe, prout reſpondit *Congregatio Concil. in d. Urbinaten.* & antea *in Foroſempronien. anno* 1662. 11. *Mar. apud* Paſcucc. *in d. Compendio ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 100.

1663. 10. Mar. —— Poteſt Epiſcopus claudere fene- 341
ſtras ac erigere murum Viridarii Regularium, quia ſupereminent Monaſterio Monialium, quas ipſi Regulares inſpiciunt, & quidem ſumptibus, cui de jure, prout declaravit & reſcripſit *Congregatio Concil. in d. Urbinaten. ad cap.* 5. *ſeſſ.* 25. *de Regular. apud* Paſcucc. *in Compendio ad Conſultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, d. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 310.

1663. 30. Mar. —— De cœtero non minus in Pro- 341
vinciis Indiarum quàm in Europa, omnes ac ſinguli Ordinis Prædicatorum Regulares, priuſquàm ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines aſcendant, ætatem ad tales Ordines ſuſcipiendos per Decreta Concilii Tridentini reſpectivè requiſitam omnino expleviſſe debeant, niſi cum aliquibus nominatim & in caſu ſingulari per

Litte-

Litteras Apostolicas toties quoties impetrandas & Ordinatori exhibendas dispensatum fuerit super hujusmodi ætatis defectu, quemadmodum fit in Europa: Facultates verò, si quæ datæ sint sive in posterum dentur illarum Regionum Episcopis & Archiepiscopis conferendi majores Ordines hujusmodi ante legitimam ætatem, ad Fratres dicti Ordinis Prædicatorum nequaquam extendi censeantur, neque his ibi aut ullibi suffragari possit ad illum præmaturæ Ordinationis effectum quæcunque communicatio Privilegiorum cuicunque Religioni concessorum aut concedendorum: Quibusvis denique supradictarum Provinciarum in Indiis consistentium Ordinis prædicti Fratribus Laicis seu Conversis prohibetur, ne sine legitima Superiorum ejusdem Ordinis permissione è statu Conversorum ad statum & Habitum Fratrum Clericorum dicti Ordinis transire aut etiam ultra ad Sacros Ordines sese intrudere audeant vel præsumant quovis modo, sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna per Contraventores eo ipso incurrenda. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 143. quæ incipit* Creditæ Nobis.

1663. 9. Apr. —— Nullo modo permittendæ sunt duæ Processiones eodem die in eodem Loco, & ideo Fratres Servitæ manutenendi sunt omninò in eorum solita Processione in die Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis, nec licet aliis eodem die facere similem Processionem, prout declaravit atque respondit *Congregatio Rit. in Taurinen. Summa Ripæ, apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Processio, *sub numer. 3. pag. mihi 437. ubi etiam ait, quod* ideo Minores de Observantia prohibiti sunt facere eodem die Processionem Chordonis, ubi Conventuales eam facere consueverant, prout decrevit dicta Congregatio anno 1653. 20. Mar. 3424

1663. 10. Maii. —— Non potest Episcopus (nisi habeat Privilegium speciale) compellere Regulares ad exhibendos Libros Sacristiæ, in quibus adnotantur celebrationes Missarum, ad hoc, ut ex iis constare 3425

possit

possit de satisfactione obligationis debitæ ex legato pio, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Urbinaten. ad cap. 7. sess. 22. de reform. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 2. tit.* de Missæ sacrificio, *pag. mihi* 46.

1663. 28. Maii. —— Reservatio unius actus facta Episcopo, arguit jurisdictionem in aliis actibus ad favorem Abbatis, juxta theoricam Bartol. *in l. quæsitum, §. denique, de fund. instruct.* & ideo Abbati censetur præservatum id, quod expresè non fuit Episcopo attributum: & dum Abbas habet ordinariam jurisdictionem, ipse quoque venit sub nomine Ordinarii, Gloss. *in cap. ordinariis, verb. locorum, de Offic. Ordin. in 6.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disputat. 1. quæsito 1. num. 3.* & ex eis dixit *Rota in Lucen. Jurisdictionis coram* Cerro Decano, *decis. recentio. par. 14. decis. 71. num. 5. & 6. ac 12.* 3415

1663. 15. Jun. —— Capacitas & benemerentia in concessione Dignitatum Religionis Hierosolymitanæ veniunt attendenda ex dispositione Statuti 5. *de elect.* Residentia quinquennalis in Commendis ex Statuto *tit. de Commend. cap. 14. & 26.* ac etiam in Conventu cum gestatione Habitus per quinquennium ex alio Statuto 9. *de elect.* requiritur, quam consequitur Eques absens pro servitio suæ Religionis: Merita igitur & qualitates habens præfertur non habenti, nam pro hujusmodi Dignitatum consecutione Merita præferuntur Antianitati, ut dixit *Rota in Melevitana Bajulivatus coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par. 14. decis. 88. per tot.* 3417

1663. 25. Jun. —— Abbas in Territorio ad sui farem separato est Diœcesanus & Ordinarius, ut erat Episcopus ante separationem, Gloss. *in Clem. 1. §. volumus, de constit. in 6.* Lotther. *de re benefic. lib. 1. qu. 24. n. 127. & 132.* & ex eis dixit *Rota in Astoricen. Jurisdictionis coram* Bevilaqua, *decis. recentior. par. 14. decis. 99. num. 4.* ubi *num. 7. dictum etiam fuit, quod* Abbas compromittendo Jura suæ Ecclesiæ per Privilegium quæsita, non potest illi & successoribus præjudi- 3418

judicium inferre, ad text. *in cap. veniens, de transf.* Franch. *in cap. 1. num. 23. limit. 11. de reb. Eccles. non alien.* Rebuff. *tit. de alien. rer. Eccles. num. 30.* Natt. *cons. 58. num. 26.*

1663. 20. Jul: —— Dum agitur de Confraternitatibus seu Oratoriis laicalibus intra Ecclesias vel Claustra Regularium existentibus, potest Episcopus visitare eorum Bona & redditus, revidere computa & administrationes, observare an eleemosynæ ad ornatum & manutentionem Capellæ & suppellectilium datæ fideliter erogentur & applicentur Altaribus, ac cognoscere an satisfactum sit obligationibus ad Confratres adscriptos spectantibus, absque tamen visitatione Capellæ seu Oratorii, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Vintimillien. ad favorem Fratrum Observantium Reformatorum Sospelli, apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Confraternitas, *sub num. 13. pag. mihi 153.* 3429

1663. 6. Aug. —— Etiam in Provinciis Valentiæ Fratrum Observantium & S. Joannis Baptistæ Discalceatorum Ordinis S. Francisci Familiæ Ultramontanæ servetur dispositio Clementis Octavi, quod scilicet nullus ædificari possit Conventus intra spatium quatuor vel quinque leucarum à jam erectis: Hoc autem Decretum à Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione emanatum confirmat & approbat illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 145. quæ incipit* Aliàs pro parte, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi 102.* 3430

1663. 7. Aug. —— Provinciales nedum Mexicanæ sed etiam aliarum Provinciarum in Indiis Ordinis Prædicatorum immediatè post eorum seu cujuslibet eorum capitularem electionem munere suo fungi debeant: teneantur tamen, saltem intra biennium, ad Magistrum Generalem Ordinis prædicti transmittere decreta & acta suarum electionum, ut ipse Magister Generalis easdem electiones confirmare vel 3431

cassare possit, prout sibi juris esse videbitur: aliter in casu contraventionis ipso jure & ipso facto & absque ulla declaratione intelligantur privati suo Provincialatu ac voce activa & passiva, sintque inhabiles in perpetuum nedum ad prædictum Officium Provincialatus, verùm etiam ad quæcunque alia Prioris, Visitatoris, Vicarii, Doctrinarii, sive alia munia etiam Scholastica, & subjaceant effectivè omnibus & singulis pœnis in Statuto Ordinis ad hanc rem emanato contentis. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 146. quæ incipit* Sacrosancti. 3433

1663. 22. Aug. —— Officium Præpositi Generalis Congregationis Clericorum Regularium Minorum in Domo S. Laurentii in Lucina de Urbe, non amplius ad triennium vel ad sexennium, sed juxta primum Institutum à Sixto Quinto (prout supra, 1588. 1. Julii) approbatum durare debeat, ea tamen lege, ut Capitulum generale eum possit eligere etiam ad tempus, si ita eidem Capitulo visum fuerit expedire per secreta suffragia, quatuor ex quinque partibus votorum concurrentibus & accedente approbatione Papæ, & sic iterùm in casu novæ electionis itidem ad tempus, & hoc toties quoties casus electionis advenerit, alioquin Præpositus Generalis ad vitam perduret. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 147. quæ incipit* Nomine.

1663. 30. Oct. —— Præcipitur sub pœna privationis vocis activæ & passivæ in perpetuum, ne aliquis Ordinum Ss. TRINITATIS, & Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum audeat seu præsumat in posterum scriptis, aut viva voce, vel in Concionibus, sive tum publicis tum privatis Disputationibus asserere quod uni vel alteri specialiter competat ex primævo Instituto Onus redimendi Captivos: Hoc autem Sacræ Rituum Congregationis Decretum confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 148. quæ incip.* Emanavit. 3435

1663. 9. Nov. —— Parochis in associatione sive occasio- 3436

easione assotiationis Cadaverum licet ingredi Ecclesiam Regularium, etiam cum Stola & Superpelliceo, dummodò Ecclesiàm ingressi nullum super Cadaver Officium peragant, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Placentina*, & postea *in ead. anno* 1668. 7. *Dec. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 300. ¶ Vide tamen infra, 1698. 2. Aug.

1663. 20. Nov. —— Inscriptiones omnes Imaginum Ss. Francisci & Antonii de Padua, in quibus dicitur formam Habitus, qua depicti sunt, esse eandem qua ipsi usi fuerunt: vel in quibus asseritur in hoc vel illo Ordine S. Francisci esse veram & legitimam ac non interruptam ejusdem S. Francisci in Filios successionem, damnat & suspendit ac in Indice Librorum prohibitorum apponi mandat *Alexander VII. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 15. *pag mihi* 23. & refert etiam Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *circa Constitut.* 4. *Gregorii IX. num.* 9. *pag.* 520. ac Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Habitus, *sub num.* 11. *pag.* 280. 3435

1663. 26. Nov. —— Decimæ non sunt solvendæ à Monachis de acquisitis ex cultura cum propriis manibus, sed exemptionem clarissimam in corpore Juris clausam habent in *cap. ex parte* 10. *cap. licet* 11. & *cap. ad audientiam* 12. *de Decim.* & sic etiam ex Privilegio Sixti Quarti qui postea Cistercienfibus indulsit, quod pro Bonis post Concilium acquisitis nec minus Decimas solvere debeant, quoties illa propriis manibus vel sumptibus colant, ut meminit Barbosa *in d. cap. ex parte* 10. *num.* 3. *de Decim.* & ex eo dixit *Rota in Calaguritana Decimarum de Ocon coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par.* 14. *decis.* 111. *sub num.* 1. & 3. 3436

1663. 14. Dec. —— Professió est nulla ex defectu legitimi Novitiatus, licèt enim aliquis in Monasterio annum Probationis expleverit, si tamen re integra ante Professionem supervenerit Reformatio Regulæ 3437

inductiva auſterioris vitæ, renovitiare tenetur per integrum annum, quamvis primum compleverit, cùm annus Probationis inſtitutus ſit ab Eccleſia, ut Novitius experimentum faciat non ſolùm de Regula & Votis ſubſtantialibus, ſed etiam de ſingulis auſteritatibus & forma vivendi Religionis, juxta text. *in cap.* ad Apoſtolicam 16. de Regular. Lap. *allegat.* 46. *ſub num.* 2. *&* 3. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 6. *quæſito* 7. *num.* 17. Diana *in Prax. Regular. tom.* 2. *par.* 4. *tract.* 9. *de Novit. quæſt.* 3. *num.* 6. quemadmodum etiam Profeſſus tranſiens de una Religione ad aliam debet iterum annum Probationis peragere, non ut ſciat Votorum ſolemnium obligationem, cùm hæc tria expertus fuerit in prima Religione, ſed ut probet auſteritates ac diverſum modum vivendi unius Religionis ab alia, Navar. *conſil.* 49. *num.* 4. *de Regular.* Azor. *Inſtit. moral. par.* 1. *libr.* 12. *cap.* 14. *verſ.* 15. *quæro*, Sanchez *in Decalog. capit.* 4. *num.* 12. *tom.* 2. *lib.* 5. neque obſtat concluſio in præcedenti Deciſione firmata (ſupra, 1662. 23. Jun.) quod ubi Regula non immutatur in ſubſtantialibus, ſed tantùm in accidentalibus ſufficiat annus ab ingreſſu Monaſterii cœptus & completus, nam cùm Novitiùs ex immutatione Regulæ poſſit mutare voluntatem profitendi, recipi non debet inter Profeſſos, niſi maneat in Probatione per alium integrum annum, ut plures relati à *Rota in Leodien. Profeſſionis coram* Priolo, *deciſ.* 237. *à num.* 1. *ad* 9. confirmata *anno* 1664. 20. *Jun. coram* eod. *ibid. deciſ.* 255.

1663. 14. Dec. —— Profeſſus non poteſt contra Votum jam præſtitum amplius venire, etiam per ſupervenientiam novæ Regulæ, Felin. & Dec. *in cap. ad noſtram, de appellat.* ſecùs autem, quando Regulam contingit reformari antequàm ingreſſus fecerit Profeſſionem; tunc enim ille non tenetur ſervare Reformationem, niſi per alium annum in illius Probatione permanſerit, Hoſtien. *in Sum. de Vot. §. utrum, num.* 17. *verſ. ſolutio*, & ex eo dixit & firmavit *Rota in Leodien. Profeſſionis coram* Priolo, *deciſ. recentior. par.* 14. *de-* 343

14. *decis.* 116. *sub numer.* 20. & 21.

1664. 9. Febr. —— Abbatis Monasterii S. Salvatoris Papiensis Informationes super statu libero Matrimonium contrahere volentium in Oppidis Dossi & Coranæ ac Bastitæ, tanquam eorundem locorum Ordinarii, ab Episcopo Papiensi admittendas esse decernit *Congregatio Concil. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constitut.* 541. *quæ incipit* Pater Abbas. ¶ Hoc etiam confirmavit dicta Congregatio eodem anno 1664. 23. Aug. *ibid. Constitut.* 542. *quæ incipit* Recitatis. 3439

1664. 11. Febr. —— Ut quis Habitum Ordinis Hierosolymitani suscipere intendens validè profiteatur, requiritur inter cœtera quod attingat annum decimumoctavum, aliàs Professio non substinetur & non obligat Professum ad Regulam, ut cavetur in *cap.* 13. *Statutor. sub tit. de recept. Fratr. & in cap.* 15. Professio autem irrita ut valida sit, requiritur quod sciens eam non valere, adhuc approbet, & de invalida validam facit, Navar. *de Reg. cons.* 5. *num.* 5. Lessius *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *tit.* 63. Gratian. *discept. forens. cap.* 440. *num.* 22. & 23. Militem enim voluntarium & verum, non autem coactum & præsumptum vult DEUS, *cap. non est in quæst.* 1. Decian. *respon.* 18. *num.* 8. *lib.* 3. & ex eis dixit & firmavit *Rota in Parmen. Nullitatis Professionis coram* Bevilaqua, *decis. recentior. par.* 14. *decis.* 134. *sub numer.* 1. & 7. *ac* 16. 3440

1664. 18. Febr. —— Aliquas Dispositiones pro Limana Provincia in Indiis circa promovendos ad Præsentaturæ & Magisterii gradus à Fratribus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum emanatas approbat & confirmat, & in posterum vim Statuti in præfata Limana Provincia (salva tamen semper auctoritate Sacræ Episcoporum & Regularium Congregationis) habere decernit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 149. *quæ incipit* Exponi Nobis. 3441

1664. 3. Mar. —— Nominatio Vicarii in Parochiali 3442

Ecclesia Oppidi de Elizondo ad Abbatem spectat & Monachos Præmonstratenses S. Salvatoris de Urdax, quia Ecclesia illa est annexa Monasterio, pœnes quod proinde habitualis Cura unà cum facultate eligendi Vicarium censetur residère, ad text. *in cap. extirpanda* 30. §. *qui vero*, ubi Abb. *num.* 9. *de Præben.* Garz. *de Benefic. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 23. Lotther. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 93. Sanleg. *qq. benefic. par.* 1. *cap.* 37. *num.* 12. in Abbatis autem arbitrio residet electio Vicarii Sæcularis vel Regularis ad propriæ libitum voluntatis, ut dixit *Rota in Pampilonen. Vicaria de Elizondo coram* Verospio, *apud* Murga *in Append. ad Commentar. in Constit. Apostolic. decis.* 10. *num.* 1. & 8. *pag. mihi* 36. ¶ Vide infra, 1664. 18. Nov.

1664. 3. Mar. —— Monachi Præmonstratenses exi- 344
stunt capaces administrationis Parochialium propriis Ecclesiis annexarum ex Privilegio speciali Clementis Quinti ac Urbani Quarti, cui Privilegio nullatenus censetur derogatum à Sacro Concilio Tridentino in *sess.* 14. *cap.* 11. *de reform.* illa enim dispositio Tridentini ad Animarum Curam censet inhabiles Canonicos dumtaxat Regulares de uno ad alterum Ordinem convolantes, nec eos proinde includit qui unius dumtaxat Ordinis Institutum amplectuntur, ut ait Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 7. *num.* 55. & ex eo dixit *Rota in d. Pampilonen. Vicaria coram* eodem, *apud* eund. *ibid. num.* 9. ¶ Vide infra, 1664. 18. Nov.

1664. 3. Mar. —— Eàdem Præcedentia gaudet Mem- 344
brum in Unione facta Capiti, quà ipsum Caput gaudebat, *cap.* 1. *dist.* 12. *cap. cum non licet* 12. *de præscript.* Felin. *in cap. Pastoralis, num.* 10. *de offic. deleg.* Barbosa *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 18. *numer.* 44. Congregatio enim alteri unita fit unum Corpus, eodemque Jure non autem diverso regulari debet, ad text. *in cap. quia circa* 22. *de Privileg.* & in *cap. in tua, de Decim. cap. cum non deceat, de præscript.* Feder. *de Sen. cons.* 151. *num.* 1. & 3. Gemin. *cons.* 32. *num.* 9. & ex

eis

eis dixit *Rota in Romana Præcedentia coram* Bevilaqua, *decis. recentior. par.* 14. *decis.* 148. *num.* 1. & 5.

1664. 10. Mar. —— Equites Hierosolymitani professi non possunt disponere de Bonis etiam Patrimonialibus absque Indulto Magni Magistri vel Sedis Apostolicæ, ex allegatis per Duran. *decis.* 308. *num.* 8. & ex eo dixit *Rota in Melevitana Spolii coram* Joanne Emerix, *decis.* 66. *sub num.* 7. post 3. tom. Decision. Jacobi Emerix. 3445

1664. 26. Mar. —— Fratres & Conventus Tertii Ordinis S. Francisci in Castellæ & Galliciæ ac Legionis Regnis degentes & existentes eximuntur à Jurisdictione Ministri Provincialis Provinciæ S. Jacobi de Observantia, & tantummodo subiiciuntur immediatè Ministro Generali & Commissario Generali Familiæ Ultramontanæ: Dicti autem Conventus Tertii Ordinis regantur deinceps per Visitatorem Provincialem & Definitores ac alios Officiales ex eorum gremio assumendos, & in reliquis omnibus ad instar Provinciarum Lusitaniæ & Andalusiæ: Hoc autem Decretum à Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione emanatum approbat & confirmat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 151. *qua incipit* Nuper pro parte. 3446

1664. 6. Maii. —— Regularis extractus ab Ecclesia tanquàm Apostata, consignatur Superioribus Regularibus ad effectum retinendi in Carceribus, & cum præcepto de non puniendo pro delictis, prout consignandum & non puniendum esse resolvit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Neapolitana*, *apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dictæ Congregat. verb.* Apostata, *num.* 1. 3447

1664. 6. Maii. —— Monachi Olivetani non sunt comprehensi, uti gaudentes Privilegiis undecim Congregationum, in Brevibus Urbani Octavi expeditis pro donativo ordinario & extraordinario ad favorem Regis Catholici exigendo ab Ecclesiasticis, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Panormitana*, *apud* Riccium *in Synopsi*

Decretor. d. Congregat. verb. Monachi, *sub num.* 4.

1654. 28. Maii. —— Non licet Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Toloſæ commorantibus, minuſque Confraternitati in eorum Eccleſia magni Conventus erectæ ſub titulo Conceptionis Ss. Virginis Immaculatæ, illiuſque Confratribus facere Proceſſionem prima Dominica cujuslibet Menſis, nec poſſunt prædicti Fratres de Obſervantia novum Roſarium ſub titulo Seraphici aut novem Novenarum vel alterius rationis inducere aut prædicare ſeu docère, nec in Litaniis Beatæ Virginis aliquid innovare, nec Tabellam exponere in qua Beata Virgo DEI MATER det Roſarium Sanctis Franciſco & Claræ, prout ad favorem Fratrum Ordinis Prædicatorum declarat & prohibet *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtitut.* 162. *qua incipit* In ſupremo, *& habetur etiam* in Bullar. Confraternit. Ordin. Prædicator. *pag. mihi* 136. 3448

1664. 6. Jun. —— Si Caſtrum ſpectat ad Monaſterium, ita quoque præſumitur Eccleſia in ipſo ſita, Gloſſ. *in cap. de Monachis, verb. proventibus, verſ. ſi verò Donatarius, de Præben.* Eccleſiam autem Parochialem exemptam eſſe à Juriſdictione Ordinarii & eſſe de Menſa Abbatiæ, per ſigna & argumenta demonſtrari ſufficit: nec Unio excluditur per viſitationem Epiſcopi, cùm fieri potuerit jure delegato ex auctoritate Concilii Tridentini *ſeſſ.* 20. *cap.* 8. *de reform.* conceſſa Ordinariis in Eccleſiis Monaſterio ſubjectis: & ſic Eccleſia unita Monaſterio eſt exempta à Juriſdictione Ordinarii, & confertur abſque Concurſu, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 23. *num.* 21. Lotther. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 139. & ex eis dixit *Rota in Senogallien. Parochialis coram* Priolo, *deciſ. recent. par.* 14. *deciſ.* 197. *num.* 5. 6. 11. & 12. 3449

1664. 16. Jun. —— Permiſſum eſt tantùm Canonicis Regularibus habere Curam Animarum in Eccleſiis ſibi omnimodo ſubjectis ad formam ſpecialium Bullarum Summi Pontificis, prout dixit *Rota in Pampilonen. Vicaria*, *apud* Murga *in Commentar. ad Conſt.* 3451

Const. Apostol. in fine, dec. 11. *n.* 2. & ex eo refert Petra *in Comment. itid. ad Constit. Apostol. tom.* 2. *circa Constit.* 1. *Anastasii IV. sect.* 1. *n.* 40. *pag. mihi* 13. *ubi etiam quod* hæc ratio est communis etiam aliis Regularibus.

1664. 27. Jun. —— Cùm Parochialis Ecclesia subjectivè & pleno jure unita sit Monasterio, penes quod propterea dicitur translata Cura Animarum exercenda per Vicarium ad nutum amovibilem, non autem in perpetuum, Lotther. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 5. §. 3. *num.* 14. *& seqq.* Hojed. *de incompatib. Benefic. cap.* 15. *par.* 1. *num.* 4. Garz. *de Benefic. par.* 11. *cap.* 2. *num.* 3. sequitur, quod tale jus frustra prætendere potest. Vicarius privativè quoad Abbatem, cùm imò dependenter ab ipso recipiat nudum exercitium cum jure Congruæ, Gloss. *in Clem. unic. in verb. ad mensam, vers. & videtur, de excess. Prælat.* ut dixit *Rota in Pampilonen. Jurium Parochialium coram* Ninot, *decis.* 78. *sub num.* 1. *& 2. pag. mihi* 634. 3452

1664. 12. Jul. —— Lectiones primi Nocturni in Officio Beatorum Ordinis, quod sub ritu duplicis majoris per annum celebratur, erunt de Communi: In Missa verò dictorum Beatorum non debet dici *Credo*, prout supplicante Commissario Generali Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci declaravit *Congregatio Rit. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Officium Sanctorum, *sub num.* 6. *pag. mihi* 338. ¶ Vide supra 1660. 17. Apr. 3453

1664. 20. Oct. —— Intra fines Italiæ & Insularum adjacentium Generalibus & Provincialibus & Abbatibus & quibuscunque aliis Superioribus Regularibus, quibus cura & regimen Monasteriorum Sanctimonialium quovis modo incumbit, intra septa eorundem Monasteriorum nullatenus ingredi liceat, nisi ex causa Visitationis localis, & hoc semel tantùm in anno, ita ut in eo anno in quo unus ex memoratis Superioribus visitaverit, alius Superior à Visitatione hujusmodi se omninò abstineat: Quod si ob Clausuram, quæ à Sacra Tridentina Synodo etiam 3454

etiam in Monasteriis exemptis curæ & vigilantiæ Episcopi in primis committitur; aut ob aliam urgentem ac necessariam causam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluries ingredi septa Monasterii, tunc non aliter ingrediatur quàm cum præsentia Episcopi Diœcesani, vel alterius Personæ Ecclesiasticæ sæcularis boni exempli ac maturæ ætatis & ab ipso Episcopo ad hoc specialiter deputatæ: Visitet Superior Regularis interiorem Clausuram per seipsum & non per alium, etiamsi fuerit legitimè impeditus: quo casu differatur Visitatio in aliud tempus quo cessaverit impedimentum: & Visitationem celeriter & unica die, debita tamen cum diligentia, absolvat: nec ante ortum Solis eam incipiat, nec post occasum protrahat: nec ipse Visitator, nec ejus Socii ullam sumant in Monasterio refectionem. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 156. quæ incipit* Felici, *& referunt etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Moniales, *sub num.* 3. Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular, tom. 1. cap. 13. num. 2. & seqq.* ac Potest. *in Examin. Eccles. tom. 1. par. 4. cap. 5. num. 3502. pag. mihi* 375.

1664. 20. Oct. —— Si visitet Generalis Moniales sibi subjectas, possit secum habère duos Socios sui Ordii is: si alius à Generali, unum tantùm, exclusis omnibus aliis etiam ratione officii: qui quidem Socii assumantur exemplares & maturæ ætatis, & in actu Visitationis à Visitatore nunquam separentur, sed eum aspicere & ab ipso aspici semper possint: Visitatori assistant quatuor Moniales ex senioribus Monasterii, quæ similiter Visitatione durante nunquam separentur à Visitatore & Sociis: reliquæ verò Moniales & quæcunque aliæ Mulieres & Puellæ sæculares in Monasterio degentes (nisi legitimo detineantur impedimento] conveniant omnes in Choro, antequam Visitator ingrediatur interiorem Clausuram, & in eo permaneant durante Visitatione & quousque idem Visitator cum Sociis è Monasterio exierit: ideoque curet Visitator, ut tempestivè 345

vè admoneatur Abbatissa seu Monasterii Præfecta de præstituta die & hora Visitationis: Visitatio verò Personalis fiat ad Crates, & omninò extra Clausuram Monasterii, & per ipsummet Superiorem dumtaxat, ut supra dictum est de Visitatione interioris Clausuræ. *Alexander VII. apud* eosdem, *ibidem*.

1664. 20. Oct. —— Confessor Sanctimonialium Regularibus subjectarum tam Ordinarius quàm Extraordinarius minimè ingrediatur septa Monasterii, nisi ad Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ ac Extremæ-Unctionis ministranda Monialibus vel aliis Personis infirmis ibi degentibus, necnon ad commendandam Animam Agonizantium: nec unquam ingrediatur, nisi cum Socio qui sit probatæ vitæ & maturæ ætatis, semperque maneat in ea parte Monasterii, qua Confessorem videre & ab ipso videri semper possit: Insuper districtè præcipitur memoratis Superioribus Regularibus, ut infra terminum duorum mensium à publicatione præsentis Constitutionis computandorum revocent ad Claustra Confessores & eorum Socios, Concionatores & alios quoscunque Regulares apud Monasteria Sanctimonialium vel assiduè vel ad tempus quocunque titulo pernoctare solitos, nevè permittant eosdem seu alios Regulares intra seu propè septa Monasteriorum hujusmodi habitare vel commorari, qui etiam infra eundem terminum quascunque Cellas seu mansiones aut cubicula propè Monasteria prædicta ad usum memoratorum Regularium existentia (si Clausuræ Monasteriorum earundem Monialium contiguæ sint) eidem Clausuræ includi vel dirui omninò faciant: si verò sint extra septa, vendi & pretium in Monasterii utilitatem converti, nec in posterum alia similia aptari vel ædificari aut emi permittant: Quod si infra dictum terminum Superiores Regulares præmissa cum effectu non adimpleverint, teneatur Ordinarius loci tanquàm Sedis Apostolicæ Delegatus illa adimplere & omninò exequi, etiam invocato (si opus fuerit) Brachii Sæcularis auxi-

3456

3455

xilio. *Alexander VII. apud* eosdem, *ibidem*.

1664. 20. Oct. —— Si Monasterium Sanctimonialium sit extra mœnia Urbis vel Oppidi, & Monasterium Regularium Virorum quibus Moniales sunt subjectæ, sit intra dicta mœnia vel è converso, habeantur vel conducantur (si commodè fieri possit) mansiones ad usum Confessoris, quæ non sint conjunctæ seu contiguæ ipsi Monasterio Monialium, sed ab eo pœnitus disjunctæ non solùm per parietes sed etiam per tecta: sin autem utrumque Monasterium sit intra mœnia & unum ab altero (Episcopi judicio) multùm distans, tunc habeantur vel conducantur hujusmodi mansiones ut supra distinctæ & separatæ à Monasterio Monialium, distantia ab ipso Episcopo recognoscenda & approbanda, ita tamen ut in mansionibus Confessoris sive intra sive extra mœnia constitutis (excepto ipso Confessore cum suo Socio) alii Regulares (etiamsi Superiores sint) minimè pernoctent: Si quis verò prædictorum Regularium aliquid contra præsentium tenorem facere vel moliri præsumpserit aut adimplere neglexerit, ipso facto pœnam Excommunicationis & privationis omnium Officiorum quæ obtinet ac perpetuæ inhabilitatis ad illa vel alia in posterum obtinenda necnon vocis activæ & passivæ absque alia declaratione incurrat: & nihilominus nullis Privilegiis & Exemptionibus tueri se possit, quominus ab Episcopo loci tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato (quoties & quando opus fuerit) corrigi & puniri valeat. *Alexander VII. apud* eosdem, *ibidem*. 345

1664. 8. Nov. —— Priores seu Vicarii Fratrum Parochorum Ordinis Prædicatorum in partibus Indiarum, non ab ipsismet Parochis, sed à singularum Provinciarum Provincialibus in graviori earundem Conventu per vota secreta decisiva duodecim ad minus antiquorum Fratrum, si extra Capitulum Provinciale fuerit, ritè & canonicè eligantur: Dicti Priores seu Vicarii ad id muneris assumi nequeant, nisi revera sat calleant proprium idioma Plebis cui 345

tan-

tanquàm Priores seu Vicarii præficientur: Continuè tamen iidem suo Populo assistant, ita ut neque Capitulum Provinciale adire, neque aliàs unquàm à sua Parochiali Residentia ultra spatium trium leucarum elongare se possint, nisi relicto ibidem idoneo Substituto illius idiomatis benè gnaro. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 155. quæ incipit* Militantis Ecclesiæ. 3459

1664. 18. Nov. —— Abbati Ordinis Præmonstratensis S. Salvatoris de Urdax competit electio Vicarii amovibilis non verò perpetui in Parochiali Ecclesia Oppidi de Elizondo, cùm enim dicta Parochialis fuerit pleno jure, nedum scilicèt corporalis sed etiam spiritualis respectu annexa Monasterio, titulus beneficialis evasit suppressus, ita ut Cura illa absque spe vacationis pœnes Abbatem ac Monachos continuò censeatur residere, ex doctr. Gloss. communiter recepta in *Clem. 1. verb. de mensa, de suppl. neglig. Prælat.* & in *Clem. 1. verb. haberent, de rescript.* Oldrad. *cons. 257. num. 15.* quibus proinde Abbati ac Monachis electio Vicarii amovibilis, pœnes quem nudum dumtaxat residet exercitium, ex Juris dispositione indulgetur, de qua per Gloss. *in Clem. 1. verb. ad mensam, de excess. Prælat.* Dispositio igitur Sacri Concilii Tridentini *sess. 7. cap. 7. de reform.* mutata & variata existit per Pium Quintum in Constitutione (de qua supra, 1567. 1. Nov.) postmodum edita expresè Regularibus Mendicantibus ac Monachis in Ecclesiis Monasteriis annexis deferente electionem Vicarii Regularis ad nutum removibilis, ut præter alios advertit Barbosa *ad d. loc. Concil. numer. 17.* ubi loquitur in specie de Parochialibus unitis Monasteriis Præmonstratensium, & ex eo dixit *Rota in Pampilonen. Vicaria de Elizondo coram* Verospio, *apud* Murga *in Append. ad Commentar. in Constitut. Apostolic. decis. 12. num. 1. & 2. ac 5. pag. mihi 43.* ¶ Vide supra, 1664. 3. Mar.

1664. 28. Nov. —— Ususfructus concessus Monasterio extinguitur per ejus suppressionem: Bona verò 3460

rò poſſeſſá per Conventus ſuppreſſos de jure debentur Monaſteriis principalibus, prout dixit *Rota in Cortonen. Suppreſſionis Conventus coram* Joanne Emerix, *deciſ. 91. ſub num. 6. & 7.* poſt 3. tom. Deciſion. Jacobi Emerix. ¶ Vide tamen infra, *1665. 1. Jun.*

1664. 17. Dec. —— Prohibetur & interdicitur, ne de cœtero quiſpiam, qui è Ordine Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccinorum poſt emiſſam in illo Profeſſionem Regularem ad aliam quamcunque Religionem quomodolibet transjerit, in ea Provincia in qua Profeſſionem hujuſmodi emiſerit ac Habitum eorundem Fratrum Capuccinorum publicè geſtaverit, habitare ſeu commorari audeat quovis modo vel præſumat. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 157. qua incipit* Paſtoralis Officii. 346

1665. 26. Jan. —— Profeſſorium Monachorum Regularium S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis pro Romana Provincia à Monaſterio S. Pudentianæ de Urbe ad Monaſterium S. Bernardi ejuſdem Urbis (ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Sacræ Epiſcoporum & Regularium Congregationis) transfert & deſignat ac deputat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 159. qua incipit* Cùm ſicut dilectus Filius. 346

1665. 21. Mar. —— Archiepiſcopo Ravennatenſi accedenti unà cum Capitulo Metropolitanæ ad exercenda Pontificalia in Eccleſia S. Vitalis in ejus die feſto, Abbas ejuſdem Monaſterii, non autem Archidiaconus aut alius de eodem Capitulo præbeat Aſperſorium Aquæ Luſtralis: Archiepiſcopo autem ſecundas ejuſdem Feſtivitatis Veſperas non celebrante vel eiſdem non aſſiſtente, Baldachinum ejuſdem deponatur, & aliud pro eodem Abbate celebraturo erigatur, prout declaravit *Congregatio Rit. apud* Margarin. *in Bullar. Caſinen. tom. 2. Conſtitut. 543. qua incipit* Ad relationem. ¶ Hujus Decreti executionem Eminentiſſimo D. Legato à Latere Romandiolæ demandavit dicta Sacra Congregatio eodem anno 1665. 21. Apr. *ibid. Conſtitut. 544.* & confirmavit 346

vit anno 1666. 16. Jun. *ibid. Constitut.* 546.

1665. 20. Apr. —— Unio Parochialis pleno jure ad Monasterium, & Jurisdictio Episcopi simul stare possunt, ut in terminis notarunt Imol. *in cap. de Monach. num. 6. de Præben.* Rebuff. *in Prax. Benefic. par. 1. tit. de Union. Benefic. gloss. 11. numer. 13.* Flores de Men. *var. qq. lib. 1. quæst. 10. numer. 1.* Ricc. *in Prax. var. resolut. tom. 1. resolut. 293. numer. 4.* Murga *qq. Pastoral. par. 1. quæst. 2. divis. 1. numer. 47.* & ex eis dixit *Rota in Pampilonen. Vicaria coram* Ottalora, *decis. recentior. par. 14. decis. 293. sub num. 2.* 3464

1665. 1. Jun. —— Monasterio destructo vel suppresso, ejus Bona dicuntur vacare & remanent sub dominio Papæ & Ecclesiæ universalis, ex cujus proinde mandato (juxta formam Bullæ Suppressionis) legitimè applicantur cui ipse vult, veluti Seminario, ex notat. per Bart. *in l. sicut, §. fin. ff. quod cujusque Universitatis nomine, numer. 5. vers. si est Collegium Clericorum*, Modestin. Pistor. *cons. 47. numer. 65. & seq. lib. 2.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Cortonen. Suppressionis Conventus coram* Joanne Emerix, *decis. 123. sub numer. 2.* post 3. tom. decision. Jacobi Emerix. 3465

1665. 1. Jun. —— Monasteria sita in incongruo vel non salubri transferri possunt ad locum meliorem & salubriorem, ad notata per DD. *in cap. 1. de excess. Prælat. in 6.* ideoque Bona Monasterio relicta possunt per Monachos retineri, quando Monachi uti constituentes Universitatem alibi transferuntur: Secus verò, quando Monasterium per suppressionem extinguitur, & Monachi divisi Jus Universitatis non habent, ut dixit *Rota in d. Cortonen. Suppressionis Conventus coram* eodem, *ibidem sub num. 3. & 6.* 3466

1665. 1. Jun. —— Bona empta per Generalem Religionis acquiruntur illi Monasterio, pro quo empta fuerunt, *decis. 251. numer. 6. par. 2. recent.* maximè si Generalis emit pecuniis propriis, non verò Religionis, nam ex propria liberalitate potest eadem Bona dicto Monasterio assignare, juxta doctrinam Cardina- 3467

dinalis *in Clem. 2. §. sed & tales, in 1. notab. de vit. & honest. Cleric.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in d. Cortonen. Suppressionis Conventus coram* eodem, *ibidem sub num. 9. & 10.*

1665. 19. Jun. —— Regulares possunt assumere Clericos Sæculares ad inserviendum propriis Ecclesiis & Capellis absque alteratione status Regularis, ad text. *in cap. fin. §. Præcipimus, de stat. Monach.* Garz. *de Benefic. par. 1. cap. 2. num. 67. & 68.* quos citat, & sequitur *Rota in Pampilonen. Vicariæ de Elizondo coram* Ottalora, *apud* Murga *in Append. ad Commentar. in Constitut. Apostolic. decis. 15. numer. 4. pag. mihi 49.* 3468

1665. 19. Jun. —— Professio tacita elicitur ex quo quis pro Professo in Religione Hierosolymitana se gessit, gestando Crucem albam in pallio, & aurem in pectore, quæ solùm per Professos gestari potest, Menoch. *cons. 396. num. 15.* Tamburin. *de Jure Abbatissar. in fine Operis, decis. 13. num. 7.* impetrando à Magno Magistro licentiam testandi, quæ Professionis existentiam demostrat in petente, Laderch. *cons. 67. num. 6. & seqq.* exercendo functiones & negotia Religionis de mandato Magni Magistri, quæ omnia solis Professis convenientia tacitam Professionem concludunt, *cap. 1. de Regular. in 6.* Panormit. & alii *in cap. ex parte, de Regul.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. cap. 84. num. 5. & seqq.* Professio verò expresè facta justificatur ex Equite medio juramento deponente aliquem in ejus manibus Professionem emisisse, assistentibus aliis Equitibus qui cùm sint restes qualificati omnimodam fidem merentur, Merlin. *decis. 714. num. 17.* ut dixit & firmavit *Rota in Perusina Hereditatis coram* Albergato Decano, *decis. recent. par. 14. decis. 334. num. 2. & seqq.* 3469

1665. 25. Jun. —— Non potest Episcopus parvos Conventus visitando, aliquid accipere procurationis nomine, sive in pecunia sive in victualibus, prout declaravit & censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. approbante Alexandro VII. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 2. formul. 9. sub num. 11.* & refert 3470

etiam

etiam Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Conventus, *sub num.* 16. 3471

1665. 1. Jul. —— Legatum factum Ecclesiæ & Fratribus non intelligitur factum uti singulis, sed uti universis Ecclesiam & Conventum repræsentantibus, juxta text. *in l. annua, §. attamen, ff. de ann. legat.* Gratian. *discept.* 533. *num.* 16. *&* 18. hujusmodi autem universitatis jus non habent Religiosi Monasterii suppressi & in varia loca divisi, quia uti tales congregari non possunt, ut dixit & firmavit *Rota in Cortonen. Suppressionis Conventus coram* Emerix, *decis. recentior. par.* 14. *decis.* 363. *numer.* 1. *&* 9. 3468

1665. 1. Jul. —— Privilegia Regularium habentia prælervativam *salva justitia Ecclesiarum, à quibus Mortuorum Corpora assumuntur*, præservant jus Quartæ funeralis ipsis Ecclesiis, juxta consuetudinem Regionis, ad text. litteral. *in cap. certificari, de sepult.* Barbosa *in Concil. sess.* 25. *cap.* 13. *num.* 5. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *in fine, decis.* 83. nec exemptionem ab hujusmodi Quarta continet communicatio Privilegiorum aliis Regularibus concessorum, ut dixit *Rota in Casalen. Quartæ Funeralis coram* Carpineo, *apud* Antonel. *in Tract. posthum. de jurib. & onerib. Clericor. in fine Operis, decis.* 1. *num.* 9. *&* 10. *pag. mihi* 354. *&* 355. 3469 3472

1665. 5. Jul. —— Ut Bona Monasterii validè alienentur, requiritur Monachorum capitulariter congregatorum consensus, & utilitas Ecclesiæ, *cap.* 1. *&* 12. *de reb. Eccles. non alien. in* 6. Clem. 1. *eod. titul.* Angel. *cons.* 133. *numer.* 3. Roman. *consil.* 36. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 5. Beneplacitum autem Apostolicum supplet omnes defectus & solemnitates, Abb. *cons.* 41. *num.* 2. *lib.* 1. Dec. *cons.* 341. *numer.* 12. Rolan. *cons.* 96. *num.* 21. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 25. *num* 22. & ex eis dixit & firmavit *Rota in Romana Locationis coram* Ottalora, *decis. recentior. par.* 14. *dec.* 372. *num.* 2. *&* 3. 3470 3473

1665. 14. Sept. —— Taxam annuam ducentorum scutorum monetæ in Dietâ generali Fratrum Con- 3474

gregationis S. Hieronymi Jesuatorum impositam super Conventibus ipsius Congregationis pro sustentatione & manutentione ejus Procuratoris Generalis, nec non pœnas suspensionis ab Officio ac à voce activa & passiva in Dietis & Capitulis generalibus Congregationis præfatæ à transgressoribus incurrendas confirmat & approbat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 163. qua incipit* Exponi Nobis nuper fecit.

1665. 24. Sept. —— Congregatio Inquisitionis coram Alexandro VII. sequentes damnavit Propositiones, quarum Prima, cœteris omissis: *Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscunque Seculares ab Hæresi occulta, & ab Excommunicatione propter eam incursa*: Secunda: *Mendicantes possunt absolvere à Casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate*: Tertia: *Est licitum Religioso vel Clerico Calumniatorem gravia crimina de se vel de sua Religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si Calumniator sit paratus vel ipsi Religioso vel ejus Religioni publicè & coram gravissimis Viris prædicta impingere, nisi occidatur*. In Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 162. præfati Pontificis, quæ incipit *Sanctissimus*, Propos. 4. 12. & 17. *& referunt etiam* Reiffenstuel. *in Theolog. Moral. in principio Operis*, Matthæucc. *in Cautel. Confessar. lib.* 1. Clericat. *in Erotemat. in fine Operis*, Viva *in Trutin. Theolog. par.* 1. *in principio*, nec non Murga *in Tract. de Benefic. Eccles. quæst.* 2. *num.* 563. *pag. mihi* 184. 3477

1665. 15. Oct. —— Abbati Generali pro tempore existenti Monachorum Congregationis Oliveranæ conceditur, ut de cœtero perpetuis futuris temporibus, tam in Romana Curia quàm extra eam ac ubique locorum, ac in quibusvis Visitationibus & Capitulis atque Sessionibus, nec non quibusvis actibus & Processionibus, etiam coram Summo Pontifice ac etiam in Capellis Pontificiis, Mozzettam & Mantellettam coloris Habitus ipsius Congregationis Oli- 3478

ve-

livetanæ unà cum Pileo & Biretto Prælatitiis induere & gestare ac deferre liberè & licitè possit & valeat, prout concedit & indulget *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 101. qua incipit* Decet Romanum Pontificem.

1665. 5. Nov. —— Privilegia Provinciis S. Josephi, & S. Joannis Baptistæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Strictiori Observantia Reformatorum seu Discalceatorum in Hispania consistentibus concessa & confirmata, ad reliquas ejusdem Ordinis Provincias ibidem & in Indiis existentes extendit & communicat, eisque in omnibus & per omnia suffragari debere (salva semper in præmissis auctoritate Sacræ Episcoporum & Regularium Congregationis) decernit *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 164. qua incipit* Exponi Nobis nuper fecerunt, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 110. 3477

1665. 16. Nov. —— Non potest Episcopus carcerare Regulares renuentes & impedientes extractionem Rei à suis Ecclesiis, sed si carceraverit, debet eos consignare Superioribus Regularibus, qui tenentur ipsos transmittere ad Urbem, & interim certiorem facere Sacram *Congregat. Immunitat. Ecclesiast. in Cathanen. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 367. 3478

1665. 12. Dec. —— Si Regularis intra quinquennium nullitatem suæ Professionis deducat, tenetur illam probare conjunctim cum suo Superiori Regulari ejus Monasterii in quo Professionem emisit, & coram Ordinario loci in quo est Monasterium Professi, etiamsi agatur de nullitate ratione Morbi seu alterius defectus naturalis, ut respondit *Congregatio Concilii*, & antea *anno* 1593. 1. *Dec. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. in Append. pag. mihi* 400. ¶ Vide infra, 1684. 10. Jun. 3479

1665. 23. Dec. —— Litteræ Urbani Octavi supra positæ & editæ anno 1642. 22. Decembris, quoad 3480

caput Præcedentiæ inter Fratres Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci Ciſmontanæ Familiæ, reducuntur ad terminos aliarum Litterarum ejuſdem Urbani (de quibus ſupra, 1634. 23. Aug.) & hoc ad favorem Provinciæ Romanæ Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum: ita ut in poſterum etiam vigore cujusvis Indulti à Sede Apoſtolica quomodolibet impetrati, in eadem Provincia Romana nulli Fratrum jus præcedendi ſive honoratioris loci competat, niſi Miniſtro, Commiſſario, Vicario, & Procuratori Generalibus; Miniſtro quoque, Commiſſario, & Vicario Provincialibus, Cuſtodi, Commiſſario, & Vicariis localibus: qui tamen expletis eorum Officiis, ad locum & præcedentiam Ordinis redibunt, tam ii qui jam Habitum per Fratres geſtari ſolitum ſuſceperunt ac de cœtero ſuſcipient, quàm ii qui ſe à Fratribus de Obſervantia ad Fratres Reformatos dictæ Provinciæ canonicè tranſtulerunt & transferent: exceptis tamen iis qui Miniſtri Generalis ſeu Commiſſarii Generalis Ciſmontanæ Familiæ officio functi ſunt vel fungentur, qui poſt Superiores actuales immediatè locum habeant: Quò verò ad ſubrogationes dignorum & incorporationes Religioſorum alienæ Provinciæ, Conſtitutiones Ordinis & Statuta Reformationis hujuſmodi ſervari mandat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 166. quæ incipit* Paſtoralis Officii, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Hiſtorico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 110.
¶ Vide tamen infra, 1666. 3. Mar.

1665. 27. Dec. —— Non ſunt à Parochis cogendi & compellendi Defunctorum Hæredes, ut ſi duodecim (verbi gratia) Fratres vocent ad aſſociandum Cadaver, totidem omnino pares numero Clericos Sæculares vocare debeant, prout cenſuit & reſcripſit *Congregatio Concil. in Papien. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 25. num. 15.* & refert etiam Piton. *diſceptat. Eccleſiaſticar. par. 1. diſceptat. 50. Jub. num. 45.* 34[illegible]

23. Jan.

1666. 23. Jan. —— Professi Ordinis Præmonstratensis in Sacro Ordine non constituti non possunt in Electione vocem habere, & est statuenda pœna nullitatis Electionis & privationis vocis activæ & passivæ contra admittentes ad suffragia ferenda prænarratos Professos Sacris Ordinibus non initiatos, prout declaravit *Congregatio Concil. in una d. Ordinis Præmonstratensis, apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 288. *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 22. *um.* 7. *pag.* 220. 3482

1666. 27. Jan. —— Ubi non repugnat qualitas Bonorum & Testatoris voluntas, semper in Fideicommissis admittuntur Religiosi Professi in Religionibus Bonorum capacibus in communi, Angel. *de acquir. possess quæst.* 8. *art.* 29. *num.* 775. Redenasc. *cons.* 53. *num.* 50. ea potissimùm ratione, quia Religiosus, donec vivit, verè & propriè est de sanguine & agnatione, & Familiam dicitur conservare, & per ejus existentiam satisfit voluntati Testatoris, Dec. *cons.* 31. *num.* 10. *& seq lib.* 1. eoque defuncto, Bona ad vocatos revertuntur, ut dixit & firmavit *Rota in Bononien. Fideicommissi de Saviis coram* Bourlemont, *decis. recentior. par.* 14. *decis.* 392. *numer.* 4. 5. *& 6.* 3483

1666. 28. Jan. —— Capitulum Generale Congregationis Eremitarum Camaldulensium perpetuis futuris temporibus de biennio in biennium, & Dieta anno post celebrationem Capituli hujusmodi respectivè haberi & celebrari debeant, nec Prælaturæ dictæ Congregationis ultra biennium durent, quemadmodum per Constitutiones Congregationis præfatæ cautum reperitur, & fieri solebat antequàm quædam Apostolicæ Litteræ anno 1662. 3. Januarii emanatæ Capitulum ad quadriennium & Dietam ad biennium producerent. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 168. *quæ incipit* Aliàs emanarunt. 3484

1666. 8. Febr. —— Non liceat Fratribus Trinitariis Redemptionis Captivorum quarumcunque Provin- 3485

ciarum uti Cappa nisi albi coloris, excepta tamen Provincia Castellæ in qua ad præscriptum Litterarum Pœnitentiariæ Apostolicæ Pii Quarti liceat uti Cappa coloris bruni, ejus nimirùm qui in illis partibus vulgò dicitur *Buriel*, non autem nigri coloris: & ad tenorem præsentium Litterarum corrigendas esse Regulam & Constitutiones dicti Ordinis Ss. TRINITATIS respectivè in locis & textibus ac capitulis & declarationibus, in quibus tractatur de vestimentis Fratrum, decernit & declarat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 169. quæ incipit* Ex injuncto.

1666. 13. Febr. — Ex eo, quod quis post mortem mandat suum Corpus indui Habitu Tertiariorum, non ideo sepeliendus est in Ecclesia Regulari, prout declaravit *Congregat. Concilii ad IX. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 21. sub numer. 4. pag. mihi* 154. ex Jacobo Pignatell. *tom. 1. consultat.* 17. cujus Compilator Pascuccius idem refert *in suo Compendio ad dd. Consultat. par. 2. tit.* de Sepulturæ electione, *pag.* 390. ¶ Concordat hæc Resolutio cum ea, quam supra retulimus anno 1582. 23. Nov. 348

1666. 27. Febr. — Alienationes, de quibus agitur in Decreto supra posito & edito anno 1624. 7. Septembris, quatenus inter Monasteria ejusdem Ordinis & quidem cum utrinsque contrahentis Monasterii utilitate fiant, ita prohibitæ atque interdictæ censentur, ut perfici non possint, absque licentia *Congregat. Concil. in una Regularium Alienationis, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constit. 6. Benedicti XII. num. 36. pag. mihi* 188. ¶ Hoc Decretum habetur etiam in novissimis meis additionibus ad Lantusca *Decr. 13. pag.* 815. 349

1666. 3. Mar. — Ad evitandas controversias, quæ oriri possent ex intelligentia Constitutionis Alexandri Septimi supra positæ & editæ anno 1665. 23. Decembris super Præcedentia sive honoratiori loco Superiorum in Provincia Romana Ordinis Fratrum Minorum de Strictiori Observantia S. Francisci, fer- 350

servetur deinceps ordo infrascriptus, videlicet: Minister, & Vicarius Ordinis, Commissarius Generalis, Minister Provincialis, quem tamen Commissarius Visitator, durante ejus Commissione præcedet: Qui fuerunt Ministri, vel Vicarii Ordinis, aut Commissarii Generales, unum tantùm Superiorem actualem habebunt: Guardianus Conventus, Procurator Generalis Curiæ, Diffinitores Generales, Custos, Diffinitores Provinciales, quos dicta Constitutio comprehendit, Vicarius Conventus qui tamen in Refectorio sedebit immediatè post Guardianum, sed eo absente præcedet omnes supradictos: Sacerdotes, & postea Clerici, & tandem Laici juxta antiquitatem Habitus, prout declaravit *Congregatio Visitat. Apostolic. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. quæ incipit* Ad evitandas, *statim post Constitut. 166. Alexandri VII.*

1666. 18. Mar. —— Congregatio Inquisitionis coram Alexandro VII. sequentes damnavit Propositiones, quarum Prima, cœteris omissis: *Regulares possunt in foro conscientiæ uti Privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum*: Secunda: *Indulgentiæ concessæ Regularibus, & revocatæ à Paulo Quinto, hodie sunt revalidatæ*. In Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 167. prædicti Pontificis, quæ incipit *Sanctissimus*, Proposit. 36. & 37. *& referunt etiam* Reiffenstuell. *in Theolog. Moral. in principio Operis*, Matthæucc. *in Cautel. Confessar. lib. 1.* Clericat. *in Erotemat. in fine Operis*, Viva *in Trutina Theolog. par. 1. in principio*, necnon Murga *in Tract. de Benefic. Eccles. quæst. 2. num. 564. pag. mihi* 186. 3489

1666. 2. Apr. —— Professio emissa non elapso Probationis anno est nulla, tam ex juris communis dispositione per text. *in cap. ad Apostolicam, de reg. & cap. 1. eod. tit. in 6.* Honded. *conf. 78. num. 17. lib. 2.* quàm ex Decreto Sacri Concilii Tridentini *sess. 25. cap. 15. de reform.* ubi Barbosa *num. 10. & 15.* Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 11. dub. 7. num. 59.* Covar. *in Comment. 3. de reg. num. 45.* Annus autem integer 3490

ad Probationem conceditur in subsidium humanæ fragilitatis, ut Novitius asperitates Religionis experiatur, & Monasterium mores Novitii exploret, ut notatur *in d. cap. ad Apostolicam*, ubi Abb. *à num. 9. de reg. & cap. non solùm, eod. tit. in 6.* Lap. *allegat. 46. num. 2. & 3.* Novitius autem à Religione discedens & deinde rediens, dicitur Novitius à die reditus, & debet continuare per annum, Bart. *in l. fin. §. quoties, ff. de pub.* Franch. *in cap. cum qui ante, num. 3. vers. sed si Novitius, de reg. jur. in 6.* & ex eis dixit *Rota in Leodien. Professionis coram* Bevilacqua, *decis. recentior. par. 14. decis. 454. num. 2. 3. 4. & 7.*

1666. 19. Apr. —— Nonnullos Articulos sub quinquaginta numeris comprehensos ad generalem totius Ordinis Cistercienſis instaurationem ac reformationem spectantes, & à speciali Cardinalium ac Curiæ Prælatorum Congregatione examinatos, eidem Ordini observandos tradit *Alexander VII. in Bullario Romano tom. 5. Constitut. 173. quæ incipit* In suprema Sedis Apostolicæ specula. 3491

1666. 7. Jun. —— Unioni plenariæ Parochialis factæ Monasterio non repugnant actus jurisdictionales in eadem Ecclesia gesti per Episcopum, cùm possit stare simul, quod Parochialis sit pleno jure unita Monasterio quoad Curam Animarum, & Episcopus habeat in Ecclesia jurisdictionem, ea ratione quia per Unionem non præjudicatur Episcopo in juribus suis, ut ex Rebuff. *in Prax. tit. de Union. Benefic. gloss. 11. num. 13.* & Boer. *decis. 346. num. 2. versic. & ratio est*, dixit *Rota in Pampilonen. Vicariæ de Elizondo coram* Cerro Decano, *apud* Murga *in Append. ad Commentar. in Constitut. Apostolic. decis. 16. numer. 3. pag. mihi 50.* 3491

1666. 9. Jun. —— Omnibus & singulis nostræ curæ subjectis ubique locorum commorantibus, intra vel extra Provinciam Teutoniæ Ordinis Prædicatorum ad eam pertinentibus, sive ab ea extraneis prohibemus in virtute Spiritus Sancti, sanctæ obedientiæ, sub formali præcepto, item sub pœna Excommunicatio- 3493

cationis latæ sententiæ, necnon privationis utriusque vocis & graduum ac officiorum, perpetuaque inhabilitate ad ullam in Ordine promotionem aut functionem honorificam obtinendam vel obeundam, aliisque arbitrio nostro taxandis pœnis ipso facto incurrendis, ne quisquam quomodolibet tractet vel suadeat aut cooperetur, quod in prænominata nostra Teutoniæ Provincia ulla fiat secessio vel divisio aut separatio, sive inter veteres Provinciæ partes, sive inter illam & partes quæ ipsi per incorporationem accesserunt: Hoc autem Magistri Generalis ejusdem Ordinis præceptum approbat & confirmat *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 174. qua incipit* In supremo.

1666. 9. Jun. —— Ex Abbate Clericos ordinante & Sacerdotes excommunicante absque contradictione alicujus Episcopi infertur ad omnimodam illius Jurisdictionem, ac si Loca & Ecclesiæ essent nullius Diœcesis, *cap. si Papa, de Privileg. in 6.* Gemin. *in cap. cum Episcopus, numer. 4. de offic. Ordin. eod. lib. 6.* Maresc ott. *variar. resolut. lib. 1. cap. 11. num. 9.* & ex eis dixit *Rota in Beneventana Jurisdictionis coram* Bevilaqua, *decis. recentior. par. 14. decis. 483. numer. 11.* ubi *num. 18. dictum etiam fuit, quod* Actus jurisdictionales per Abbatem exerciti non præjudicant Episcopi jurisdictioni, quoties non constat de illis Episcopum habuisse notitiam, *l. 2. C. de servit. & aqu.* Abb. *in cap. olim, il 3. numer. 8. & 12. de restit. spoliat.* Lotther. *de re benefic. lib. 2. quæst. 14. num. 34.* 3494

1666. 28. Jun. —— Non substinetur Professio ex defectu consensus pro validitate Professionis requisiti in *cap. præsens 20. quæst. 13. & in cap. 1. & cap. cum insimul 14. de reg.* Bonac. *oper. moral. tom. 1. tit. de claus. quæst. 2. punct. 10. difficult. 2. §. 1. num. 1.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 6. quæsito 17. numer. 1.* Odd. *de restit. in integr. par. 2. quæst. 61. art. 5. numer. 33.* hujusmodi autem defectus resultat præsertim à magna animi aversione erga Professionem antea semper expressa: ex verbali protestatione, quod si ipse 3495

ad

ad Professionem deveniat, id sit contra suam voluntatem, quæ protestatio adimit consensum, & Professionem subsequutam reddit invalidam, Surd. *cons.* 37. *num.* 20. Covar. *de Matrim. par.* 2. *cap.* 3. §. 5. *num.* 12. Barbosa *voto decis.* 1. *num.* 40. *lib.* 1. Professio autem inita absque Novitiatu vigore Brevis Apostolici est etiam nulla, quando illud obtinetur inscio Professe, eique aperitur ferè immediatè ante Professionem, quia nulla esse potest animi deliberatio, & facilius perinde intrat dissensus, Anchar. *in cap. ad nostram* 8. *num.* 4. *&* 5. *de reg.* ibiq. notat Hostien. *num.* 12. & ex eis dixit *Rota in Mediolanen. Nullitatis Professionis coram* Carpineo, *decis. recentior. part.* 14. *decis.* 499. *num.* 1. *& seqq.*

1666. 6. Aug. —— Abbati Generali pro tempore existenti Canonicorum Regularium Congregationis S. Salvatoris de Ordine S. Augustini conceditur, ut de cœtero perpetuis futuris temporibus, tam in Romana Curia quàm extra eam ac ubique locorum, ac in quibusvis Visitationibus & Capitulis ac Sessionibus, necnon quibusvis actibus & Processionibus, etiam coram Summo Pontifice & etiam in Capellis Pontificiis, Mozzettam & Mantellettam coloris Habitus ipsius Congregationis unà cum Pileo & Biretto Prælatitiis induere & gestare ac deferre liberè & licitè possit & valeat. *Alexander VII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 172. *quæ incipit* Decet Romanum Pontificem. 3496

1666. 7. Sept. —— Syndicus legitimus & unicus Fratrum Minorum Strictioris Observantiæ ex Bulla Clementis Septimi gaudere debet privilegio fori tam in Causis Civilibus quàm in Criminalibus & mixtis, nec à quoquam potest molestari, nisi coram legitimo Conservatore, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Terracinen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dictæ Congregat. verb.* Syndicus, *sub num.* 3. ¶ Vide supra, 1643. 21. Apr. 3497

1666. 9. Oct. —— Monasterium S. Petri Perusini à solutione Collectarum pro Bonis ejusdem in Territorio 3498

torio Tuderti exemptum declarat *Congregatio de Bono Regimine, apud* Margarin. *in Bullar. Caſinen. tom. 2. Conſtit. 547. quæ incipit Italicè* Non havendo.

1666. 4. Nov. —— Regulares unius Diœceſis non poſſunt eligere Conſervatorem Epiſcopum alterius Diœceſis, & electionem ab eis ita factam irritam eſſe declaravit & talem eſſe reſpondit *Congregatio Concilii in Matheranen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. pag. mihi 29. ſub numer. 222.* 3499

1666. 12. Nov. —— Non poteſt Nuncius Apoſtolicus inhibere ad favorem Regularium delinquentium ac degentium in Monaſteriis & Conventibus poſt Decretum erectis, in quibus non degunt ſaltem duodecim Religioſi, prout declaravit & reſcripſit *Congregatio Concilii in Sypontina, apud* Paſcucc. *in Compendio ad Conſultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 2. tit.* de Nunciis Apoſtolicis, *pag. mihi 126.* 3500

1667. 4. Mar. —— Exemptio à ſolutione Decimarum Monaſterio conceſſa non comprehendit neque comprehendere poteſt Animalia aliena paſcentia in Bonis Monaſterii exempti, ſive paſcua fuerint Dominis eorundem Animalium mediante pretio locata, ſive loco pretii lac & lana ſolvatur, ſive etiam eadem paſcua fuerint donata: ipſum quoque Monaſterium licèt exemptum Decimas ſolvere tenetur de alienis paſcuis exiſtentibus in Diœceſi, ſive illa emerit ſive tandem conduxerit, ut dixit *Rota in Roſſanen. Exemptionis coram* Taja, *deciſ. recentior. par. 15. deciſ. 43. ſub num. 7. & ſeqq.* 3501

1667. 4. Mar. —— Verſio pecuniæ mutuatæ & in utilitatem Eccleſiæ probari debet concludenter, quando Abbas contraxit & accepit mutuum ſine conſenſu Monachorum, prout dixit & firmavit *Rota in Leodien. Pecuniaria coram* Ottalora, *deciſ. recentior. par. 15. deciſ. 42. ſub num. 4.* 3502

1667. 11. Mar. —— Curati, qui in eorum Eccleſiis per Monachos præſentantur & ab Epiſcopis inſtituuntur, debent eſſe perpetui, ad text. *in cap. unic. de Capell. Monach. in 6.* Per Unionem tamen acceſſoriam 3503

soriam extinguitur Parochialis, ita ut non possit amplius dici Beneficium, sed translata omninò Cura in Abbatem, remanet merum prædium & grangia Monasterii, ut declarat Garz. *de Benefic. par. 12. cap. 5. num. 192.* & sic Abbas Monasterii, cui sunt Parochialis unita, exercere potest omnia Jura Parochialia, prout exercere possunt alii Parochi: nec Episcopus potest immutare statum Curæ Monasterio subjectæ, maximè inscio Abbate: quod autem Episcopus voluerit mutare statum Vicarii amovibilis & illum reddere perpetuum, non resultat ex verbis in illius institutione factis *toto tempore vitæ tuæ*, ut dixit & firmavit *Rota in Pampilonen. Jurium Parochialium coram* Ottalora, *decis. recentior. par. 15. decis. 49. num. 26. 31. 32. 36. & 41.*

1667. 23. Mar. —— Unio Parochialis Monasterio probatur ex enunciativis emissis ab Ordinario in actu approbationis Vicariorum: Prælati autem Monasteriorum, quibus Parochiales Ecclesiæ unitæ reperiuntur, possunt nominare Vicarios etiam Regulares ad nutum cum approbatione tamen Ordinarii: Constitutiones enim Pii Quinti & Gregorii Decimitertii in materia Unionis, licèt loquantur de Vicariis perpetuis, habent etiam locum in Vicariis amovibilibus, prout dixit & firmavit *Rota in Pampilonen. Vicariæ coram* Cerro Decano, *decis. recentior. part. 15. decis. 62. sub num. 2. & 6. ac 7.* 3504

1667. 23. Mar. —— Vicarius in Ecclesia Parochiali Regulari unita, potest ad libitum Abbatis amovèri, quoties Unio detegitur fuisse plenaria, quam talem esse desumitur ex signis & conjecturis, si deficit Instrumentum Unionis, quibus recurritur quoties dubitatur, cujus naturæ sit & quomodo fuerit facta Unio, juxta Anchar. *cons. 114. num. 3. vers. tertio casu*, & sequitur Felin. *in cap. translato, num. 6. vers. & in dubio, & num. 7.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 8. num. 6.* Signa verò & Conjecturæ, ex quibus sumitur Unionem esse plenariam, sunt solita Decimarum perceptio facta à Monasterio cui 3505

Paro-

Parochialis unita reperitur, deputatio Coadjutoris facta per Abbatem ad petitionem Incolarum, confessio eorundem Incolarum petentium augeri salarium Vicario & ejus Coadjutori, celebratio Missæ Popularis, & Prædicatio facta per Abbatem: Vicaria autem desumitur esse amovibilis ex præstatione Congruæ facta per Abbatem ipsi Vicario, aliàs Vicarii dictam Congruam jure proprio perciperent & residuum Monasterio assignarent, Pirr. Corrad. *in Prax. benefic. lib. 3. cap. 9. num. 17.* & ex eo dixit *Rota in d. Pampilonen. Vicariæ coram* eodem, *ibid. num. 9. 11. 12. & 15.*

1667. 23. Mar. —— Unio Parochialis Monasterio facta non præjudicat Epi copo in Juribus tuis, non enim repugnat Unioni quod ipse in concernentibus Curam Animarum exerceat suam Jurisdictionem: Ordinarius tamen in Parochialibus Monasterio unitis procedere potest & uti Ordinarius & uti Delegatus: Actus verò exerciti ab Ordinario in dictis Parochialibus Ecclesiis compatiuntur cum ipsa Unione: Vicarii autem Capitulares, Sede vacante, non possunt visitare easdem Parochiales Monasterio unitas, prout dixit & firmavit *Rota in d. Pampilonen. Vicariæ coram* eodem, *ibid. sub num. 25. 26. 27. & 29.* 3506

1667. 4. Maii. —— Ut Terra inutilis Religiosis ad proprium usum concessa excludatur à Decimis, sufficit, quod fructum in considerabili quantitate non reddat, cùm aliàs ex tenui fructu non desinat esse novale, ut colligitur ex *cap. quid per novale*, & explicat Gloss. *in cap. commissum, de Decim.* ac tradunt Guttier. *pract. quæst. lib. 1. quæst. 18. num. 11. & seqq.* Rebuff. *de Decim. quæst. 14. num. 43.* Monet. *eod. tract. cap. 9. num. 50.* Religiosi ergo pro novalibus per ipsos ad culturam redactis sunt immunes à Decimis indistinctè pro omnibus fructibus, ex ratione adducta per text. *in cap. fin. de Privileg.* ne scilicet aliàs contingat eos plus dispendii quàm utilitatis recipere, ut dixit *Rota in Toletana Decimarum Horti coram* Cerro Decano, *decis. recent. par. 15. decis. 99. sub n. 5. & 8.* 3507

11. Aug.

1667. 11. Aug. —— Capitulum in Provincia Peruana à Fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini celebratum & ex Decreto Protectoris ejuſdem Ordinis validatum confirmat & approbat, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & ſingulos tam juris quàm facti defectus (ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint) ſupplet *Clemens IX. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 4. quæ incipit* Aliàs pro parte. 3501

1667. 9. Sept. —— Duodecim Decreta in Capitulo generali Fratrum Minorum Ordinis S. Franciſci Capuccinorum cum conſenſu omnium Vocalium in eo congregatorum & pro felici ejuſdem Ordinis gubernio emanata confirmat & approbat, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & ſingulos juris & facti defectus (ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint) ſupplet *Clemens IX. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 7. quæ incipit* Debitum Paſtoralis Officii. 3507

1667. 17. Sept. —— Capellanus ſeu Vicarius amovibilis adminiſtrans Curam Animarum Commendæ Hieroſolymitanæ annexam, ſubeſt Ordinario non ſolùm quoad Animarum Curam & Sacramentorum adminiſtrationem, verùm etiam circa ea quæ Curatus committeret cum ſcandalo, & hoc tam in Viſitatione quàm extra, ideoque etiam in Cauſis indifferentibus, prout declaravit *Congregatio Concilii in Faventina, apud* Paſcucc. *in Compendio ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 273. 3510

1667. 17. Sept. —— Conſervator Regularium, qui eſt Presbyter Sæcularis Diœceſanus, habitans in Domo propria ſubeſt Ordinario in Cauſis propriis tam Civilibus quàm Criminalibus ſeu mixtis, prout declaravit *Congregatio Concil. in d. Faventina Juriſdictionis, apud* d. Paſcucc. *in d. Compendio ad Conſultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par.* 1. *tit. de Conſervatoribus, pag. mihi* 206. 3511

1667. 21. Sept. —— Vicarios amovibiles in Paro- 3512

chia-

chialibus Ecclesiis Monasterii S. MARIÆ Cæsenatensis, ad nominationem Abbatis & ab Episcopo approbatos, amoveri posse ad nutum ipsius Abbatis absque Episcopi licentia declarat *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 549. quæ incipit* Sacra Congregatio. ¶ Hoc etiam per sententiam decernit Auditor Cameræ Apostolicæ anno 1668. 11. Sept. *ibid. Constitut. quæ incipit* Pro Tribunali.

1667. 1. Oct. —— Decretum Concilii Tridentini *cap. 17. sess. 25. de Regular. & Monial.* disponens, Puellas Professionem emittere non posse, antequam earum voluntatem exploraverit Episcopus, vel eo absente aut impedito, ejus Vicarius, non comprehendit Viros, si in ingressu Religionis, antequàm Habitum suscipiant, prætendatur à Parentibus seu Consanguineis vel Curatoribus non liberos, sed coactos fuisse, prout declaravit *Congregatio Concil. in unâ Explorationis, apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 293. 3513

1667. 19. Oct. —— Litteras Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum pro Religiosis Provinciæ Hiberniæ & aliarum ejusdem Ordinis sublevandis, novisque nationalibus Collegiis & Domibus in Hibernia & alibi erigendis confirmat & approbat, ac Executores pro earum defensione deputat *Clemens IX. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 12. quæ incipit* Nuper emanarunt à Nobis. 3514

1667. 22. Oct. —— Vicario Generali pro tempore existenti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum committitur, ut in posterum singulos Provinciales in fine triennii eorum officii Provincialatus, per se vel per suos Commissarios aut Visitatores visitet, eosdemque Provinciales & quemlibet eorum suæ administrationis & gubernii rationem reddere compellat: Hoc autem Sacræ Episcoporum & Regularium Congregationis Decretum approbat & confirmat *Clem. IX. in Bullar. Rom. tom. 5.* 3515

tom. 5. Constitut. 14. quæ incipit Aliàs pro parte.

1667. 24. Oct. —— Unionem & annexionem ac incorporationem Erèmi Camaldulenſium Etruriæ ſive Provinciæ Aretinæ ac Congregationis Montis Coronæ, uniuſque Congregationis ex illis ſic unitis & annexis ac incorporatis erectionem & inſtitutionem ab Urbano Octavo anno 1633. 8. Octobris, & anno 1635. 8. Auguſti factas, nec non aliam Unionem ſive incorporationem Erèmi Camaldulenſis in Montibus propè Taurinum ſitæ ad prædictam Congregationem Camaldulenſium Montis Coronæ factam & ab eodem Urbano confirmatam revocat & diſſolvit ac annullat, eaſque ad formam regiminis (quo ante Uniones reſpectivè gubernabantur) reducit *Clemens IX. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 15. quæ incipit* Illius, qui charitas eſt. 3516

1667. 16. Dec. —— Octo Capitula ad Reformationem Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci Conventualium nuncupatorum ſpectantia, & ab Alexandro Septimo anno 1657. 21. Septembris approbata confirmat, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & ſingulos juris & facti defectus (ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint) ſupplet *Clemens IX. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 8. quæ incipit* Debitum Paſtoralis Officii. 3517

1667. 17. Dec. —— Conſervatores deputati ad formam Conſtitutionis Gregorianæ ſupra poſitæ & editæ anno 1621. 20. Septembris, Tribunal tenere ſeu erigere non poſſunt, quia eorum poteſtas verſatur circa extrajudicialia & ut compeſcant volentes opprimere Privilegiatos: Poſſunt tamen Notarios (quoties his opus habent) aſſumere ſibi benè viſos, prout declaravit *Congregatio Concil. in Faventina, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in Append. pag. mihi 426. numer. 1.* ex Cardin. de Luca *de Juriſdict. diſcur. 4. ſub num. 2.* 3518

1667. 20. Dec. —— Epiſcopus non concedit inhibitionem Clericis conjugatis non habentibus requiſita: & quoad Tertiarios Collegialiter non viventes, 3519

de

de jure non gaudent privilegio fori, nec exemptione ab oneribus juxta Constitutionem Leonis Decimi, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Tudertina*, & antea *in Tricaricen. anno* 1638. 7. *Dec. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 442. *& refert etiam* Riccius *in Synopsi Decretor. dicta Congregat. verb.* Tertiarii, *sub numer.* 2.

1668. 12. Febr. —— Serva Dei Rosa de S. Maria, Virgo Limana Tertii Ordinis S. Dominici, declaratur Beata, cum permissione quod ejus Corpus & Reliquiæ venerationi Fidelium (non autem in Processionibus circumferenda) exponantur, Imagines quoque radiis seu splendoribus exornentur, atque de ea certis in locis Officium & Missa celebretur de Virgine non Martyre singulis annis die vigesima sexta Augusti. *Clemens IX. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 18. *qua incipit* Sanctæ Matris Ecclesiæ. ¶ Vide Canonizationem, infra *1671.* 12. Apr. 3520

1668. 22. Febr. —— Omnibus & singulis Confratribus & Sororibus Confraternitatum Ss. ROSARII in Indiis Catholico Regi subjectis erectarum & erigendarum, qui ROSARIUM seu Psalterium Beatæ MARIÆ Virginis integrum recitaverint, perpetuò conceditur, ut eas omnes & singulas Indulgentias & peccatorum remissiones ac pœnitentiarum relaxationes consequantur, quas consequerentur Christifideles in Regnis Hispaniarum degentes & Coronam ejusdem Beatæ MARIÆ Virginis recitantes, prout concedit & indulget *Clemens IX. in Bullar. Confraternit. Ordin. Prædicator. Constitut. qua incipit* Exponi Nobis nuper fecit, *pag. mihi* 140. 3521

1668. 24. Febr. —— Litteræ Apostolicæ eo magis paratam habent executionem, si emanarunt cum expressione gestorum in Capitulis generalibus alicujus Religionis, Abb. *in cap.* 2. *num.* 6. ubi Dec. *numer.* 47. *de confirmat. util. vel inutil.* Felin. *in cap. cùm inter, num.* 2. *& 3. de except.* & ex eis dixit *Rota in Tu-* 3522

dertina Monasterii coram Carpineo, *decis. recentior. par.* 15. *decis.* 189. *num.* 2. ubi *num.* 16. & 17. *dictum etiam fuit, quod* dismembratione facta à Pontifice ex certa scientia, nullam potest Monasterium recompensationem prætendere, Tamburin. *de Jure Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 20. *num.* 4. & in specie de Bonis, quæ sunt sub proprietate Religiosorum dixit Murga *disquis. moral. tom.* 2. *disquis.* 6. *dub.* 5. *num.* 5.

1668. 14. Mar. —— Religiosus, qui licitè exiit è 3513
Religione, recuperat Bona renunciata & jus succedendi in Fideicommisso, ut docet Hostien. & Joan. Andr. *in cap. quod à te, de Cleric. conjug.* quos ibi sequitur Abb. *num.* 4. *vers. si verò fecit Professionem*, Natt. *cons.* 180. *ante numer.* 3. & ex eis dixit & firmavit *Rota in Bononien. Fideicommissi de Nascentoriis coram* Carpineo, *decis. recentior. par.* 15. *decis.* 217. *sub num.* 24.

1668. 17. Mar. —— Congregationem Eremitarum 3514
Camaldulensium, sub prætextu Constitutionis Clementis Noni revocatoriæ Exemptionum præterquàm titulo oneroso concessarum, ad solutionem Gabellarum & Onerum aliàs ab eadem non solutorum non compellendam fore decernit *Congregatio de Bono Regimine, apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constit.* 598. *quæ incipit Italice* In virtù.

1668. 20. Apr. —— Abbas & alii Ministri, si con- 3515
trahendo non potuerunt Monasterio præjudicare, multò minus confitendo, prout dixit & firmavit *Rota in Leodien. Pecuniaria coram* Ottalora, *decis. recentior. par.* 15. *decis.* 227. *sub num.* 6.

1668. 25. Maii. —— Monasterium prætendens Bo- 3516
na sibi fuisse pro dote assignata, hoc ipsum probare tenetur, quia facta non præsumuntur, inquit Zabarell. *cons.* 88. *num.* 4. *vers. pro hoc etiam*: Bona autem tradita pro dote Monasterii, si non assignantur libera, transeunt cum onere suo, ut prosequitur Zabarell. *ibidem, num.* 5. & ex eo dixit *Rota in Hispalen. Decimarum coram* Taja, *decis. recentior. part.* 15. *decis.* 254. *sub numer.* 12. & 14.

4. Jun

1668. 4. Jun. —— Quarta Funeralium, Oblationum, & legatorum, quæ reliquit Defunctus alteri Ecclesiæ quàm propriæ, de Jure Ecclesiæ Parochialis debetur, per text. *in cap. cum super* 8. *in cap. in nostra* 10. *de Sepult. cap.* 2. *eod. tit. in 6. cum plurib. Authorib.* Privilegia tamen Franciscanorum super immunitate à solutione Quartæ Funeralis non vulnerantur à Sacro Concilio Tridentino *sess.* 25. *de reform. cap.* 13. quia Concilium in hujusmodi materia solùm revocat Privilegia impetrata intra quadraginta annos, non autem antea: at Parochus prætendens Ecclesiam fuisse solitam solvere hujusmodi Quartam, probare debet illius fundationem æquè ante idem Concilium fuisse, ut tradit Bonac. *de Contract. disput.* 3. *quæst.* 22. *punct.* 2. *num.* 4. *vers. Observa tamen*, & ex eo dixit *Rota in Romana Quarta coram* Bourlemont, *decis. recentior. par.* 15. *decis.* 263. *num.* 1. 10. & 13. 3517 3518

1668. 13. Jun. —— Monasterium successionis capax, ex persona Professi petit & consequitur immissionem in Bonis Fratris defuncti sui Professi, *l. Deo nobis*, §. *hoc etiam, in fin.* ubi DD. *C. de Episc. & Cleric.* Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 3. *num.* 2. Gratian. *discept.* 363. *numer.* 16. & ex eis dixit & firmavit *Rota in Romana seu Sabinen. Immissionis coram* Ottalora, *decis. recentior. par.* 15. *decis.* 272. *sub num.* 3. 3528 3525

1668. 15. Jun. —— Adversus Regulares requiritur præscriptio centenaria, & stante mutua communicatione Privilegiorum inter Religiones, Privilegium concessum Ordini, per non usum etiam longi temporis non amittitur, Pasqual. *qq. canonic.* 339. *numer.* 22. 30. & 45. *cent.* 4. & ex eo dixit & firmavit *Rota in Turritana Conservatoria coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par.* 15. *decis.* 285. *sub num.* 17. 3529 3526

1668. 19. Jun. —— Constitutio Clementina supra posita & edita anno 1596. 4. Maii, & anno 1597. 14. Januarii, ubi dicitur quod Fratres Infirmi Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula vescentes Cibis Paschalibus non egrediantur è Conventibus, ita 3530

moderatur, ut eisdem Fratribus liceat etiam extra Infirmarias dictis Cibis Paschalibus vesci durante necessitate accessus & recessus ac moræ ad Balnea de consilio Medici & cum licentia Superiorum, ita tamen ut in reliquis nihil relaxatum intelligatur Disciplinæ Regularis, prout moderatur & concedit *Clemens IX. in Bullar. Rom. tom. 6. Constitut. 22. quæ incipit* Injuncti.

1668. 25. Jun. —— Census extinctio descripta in Libris Monasterii, quibus fides est adhibenda & præsertim in præjudicium ejusdem Monasterii, dicitur legitimè facta, Abb. *cons. 67. num. 2. vers. nam ut appareat, lib. 2.* Genua *de Scriptur. privat. de lib. Monast. cap. 1. num. 29. lib. 5.* & ex eis dixit *Rota in Romana Census coram* Taja, *decis. recentior. par. 15. decis. 313. sub num. 1.* 3531

1668. 27. Jun. —— Privilegium Religionis suppressæ per suppressionem cessat & extinctum remanet, Natt. *cons. 638. num. 34. & 35.* latè Cravett. *cons. 239. num. 4.* Capic. Galeot. *controver. jur. lib. 2. capit. 51. num. 17. & 18.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Toletana Decimarum coram* Ottalora, *decis. recentior. par. 15. decis. 321. sub num. 14.* 3532

1668. 27. Jun. —— Vicarius Ordinarii seu Abbatis non potest Beneficia de Jurepatronatus conferre, sine illorum expresso mandato, Cardin. Mantic. *decis. 260. num. 7.* & sic multò minus sine dicto mandato expresso potest Juspatronatus approbare: & ideo non standum sententiæ canonizatoriæ Jurispatronatus, non constito de eo in Actis, maximè si emanaverit non citato Promotore Fiscali, de cujus interesse agitur, Vivian. *de Jurepatron. cap. 2. num. 2. lib. 11.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Firmana seu Nullius Beneficii coram* Bevilaqua, *decis. recentior. part. 15. decis. 331. sub num. 6. 7. & 8.* 3533

1668. 7. Jul. —— Regulari, qui in Sæculo Testamentum condidit disponendo quod post ejus obitum ex suis Bonis fundaretur Capellania favore Consanguineorum, negatur facultas illud revocandi favore sui 3534

sui Monasterii licèt pauperis, prout negativè respondit *Congregatio Concil. in Toletana Testamenti*, apud Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 5. Benedicti XII. sect. 1. numer. 27. pagin. mihi 156.*

1668. 20. Jul. —— Priori Generali pro tempore existenti Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo conceditur facultas conferendi Lauream Doctoralem illis Fratribus qui ex præscripto Constitutionum Ordinis hujusmodi Magisterio insigniti fuerint: ita tamen, ut illa extra Collegium Salamantinum (de quo supra, 1634. 26. Aug.) nonnisi in Collegio S. MARIÆ Transpontinæ de Urbe ejusdem Ordinis uti possit, prout concedit *Clemens IX. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 23. quæ incipit* Dudum. 3535

1668. 4. Sept. —— Syndicus Monialium S. Claræ allegare potest privilegium fori coram Conservatore, eoque gaudere, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Urbanien.* & antea *in ead. anno 1642. 8. Apr. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dictæ Congregat. verb.* Syndicus, *n.* 15. 3536

1668. 7. Sept. —— Plures conceduntur Indulgentiæ Ordini & Confraternitatibus Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum: Ipsius Ordinis Magistro, & Familiæ Reformatæ Vicario, nec non ambarum Familiarum hujusmodi Procuratoribus Generalibus pro tempore existentibus perpetuò indulgetur, ut utriusque sexus Confraternitates tam sub præfatæ Beatæ MARIÆ de Mercede quàm alia quacunque Invocatione ubivis locorum erigere & instituere, illasque sic erectas & institutas illius Archiconfraternitatibus (servata tamen forma Clementinæ supra positæ & editæ anno 1604. 7. Dec.) aggregare possint & valeant. *Clemens IX. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 24. quæ incipit* In supereminenti. 3537

668. 5. Oct. —— Quandiu non constiterit de causis, ob quas Monasterium Sanctimonialium debeat àregimine Superiorum Regularium eximi, tunc 3538

amovendi sunt hodierni Superiores & Confessarii Regulares, atque eorum loco alii Regulares à suis Superioribur deputandi, & ipsis Monialibus dandus est quotannis ad præscriptum Sacri Concili Tridentini Confessarius Extraordinarius, & primo anno debet esse Sacerdos Sæcularis per Ordinarium approbandus, prout respondit *Congregatio Episc. & Reg. in Majoricen. Jurisdictionis*, *apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi 76.* ubi antea dixerat, quod ex facultate Tridentini *cap. 10. sess. 25. de Regular.* potest Episcopus dare Confessorem Monialibus Regularium curæ subjectis, quæ nulla ratione induci possunt, ut peccata sua Regularibus confiteantur, *ex Decisione in Regiensi*.

1668. 26. Nov. —— Confessio Abbatis & Monachorum probat Ecclesiam & Monasterium esse intra fines Diœcesis, & Successoribus præjudicat: Jurisdictionis autem Actus ab Episcopo exerciti valde conferunt ad dignoscendam qualitatem locorum subjectorum, cùm sint Actus Episcopo solùm competentes in sua Diœcesi, per text. *in cap. 1. de Relig. Domib.* Visitationes tamen factæ ab Episcopo tanquàm de Ecclesia existente in sua Diœcesi, non possunt prætendi factæ tanquàm de Ecclesia exempta: & factæ ab Episcopo ante Concilium non possunt applicari jurisdictioni per dictum Concilium eidem Episcopo delegatæ, sed factæ dici debent jurisdictione ordinaria, ut dixit *Rota in Beneventana Jurisdictionis vorum* Bevilaqua, *decis. recentior. par. 13. decis. 340. num. 7. 9. 10. & 11.* 353

1668. 26. Nov. —— Ut possit Abbas exercère jurisdictionem in Populum & Clerum Sæcularem, docère tenetur concessam sibi fuisse Jurisdictionem quasi Episcopalem cum separatione Territorii, & se gerere debet tanquàm Episcopus, ut habeat jurisdictionem in Laicos: Actus autem jurisdictionales exerciti per Abbatem in concursu cum illis ab Episcopo exercitis, nihil ponunt in esse ad præjudicium 354

ejus-

dem Episcopi, Bald. *in cap. querelam, num. 7. de elect.* & ad hoc, ut Abbati suffragentur, debet constare de scientia & patientia Episcopi, ut prosequitur *Rota in d. Beneventana Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. num.* 17. 21. & 22.

1668. 28. Nov. —— Monasterium non venit sub conditione legitimorum & naturalium, & sic non excludit substitutum, ex veriori sententia quam DD. hinc inde copiosè relatis sequitur Mantic. *de conjectur. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 20. Peregrin. *de Fideicom. art.* 28. *num.* 78. Fusar. *de Substitut. qu.* 429. *num.* 35. Marescott. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 69. aliique citati à *Rota in Romana Fideicommissi de Incoronatis coram* Priolo, *decis.* 292. *sub num.* 14. *pag. mihi* 436. 3541

1668. 1. Dec. —— Clericus, qui cum Litteris Dimissorialibus sui Episcopi vel ejus Vicarii Generalis ab aliquo Regulari Abbate minores Ordines suscepit, fuit quidem validè promotus, sed non licitè prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in una S. Marci Susceptionis Ordinis, apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. part.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 427. 3542

1668. 6. Dec. —— Congregationes Canonicorum S. Georgii in Algà Venetiarum, & Fratrum Jesuatorum S. Hieronymi, ac Fratrum ejusdem S. Hieronymi de Fesulis sub Regula S. Augustini unà cum omnibus earum Dignitatibus & Officiis ac Ministeriis atque omni Conventualitate perpetuò extinguit & supprimit, ac universa earundem Congregationum sic suppressorum Bona mobilia & immobilia ac alia omnia ubique locorum existentia Sedis Apostolicæ dispositioni in usus pios convertenda reservat *Clemens IX. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 30. *quæ incipit* Romanus Pontifex. 3543

1669. 19. Febr. —— Regularis in rixa & ad propriam defensam occidens alium Regularem ejusdem Ordinis, extractus ab Ecclesia aliorum Regularium, gaudet Immunitate, prout declaravit & respondit 3544

Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Melphiten. apud Riccium *in Synopsi Decretor. dicta Congregat. verb.* Regularis delinquens, *sub num.* 33.

1669. 15. Mar. —— Census impositus cum Beneplacito Apostolico & evidenti utilitate Monasterii pro extinguendo altero Censu gravioris usuræ, dicitur validè impositus, Cenc. *de Censib. in fine Operis, decis.* 30. *num.* 1. 2. *&* 3. & iterùm *decis.* 29. *num.* 1. *&* 2. ac etiam *decis.* 30. *num.* 1. 2. *&* 3. & ex eo dixit & firmavit *Rota in Lauden. Census coram* Bourlemont, *decis. recentior. par.* 16. *decis.* 58. *sub num.* 1. 3545

1669. 15. Mar. —— Monasterium tenetur ad expensas litis factæ ex persona Monachi, non autem Monachus nihil possidens, per text. *in cap. Nicolaus*, ubi Abb. *sub num.* 3. *de appellat.* & ex eo dixit *Rota in Placentina Bonorum coram* Priolo, *decis.* 307. *sub numer.* 10. *pag. mihi* 460. 3546

1669. 16. Mar. —— Procurator Ordinis Canonicorum Regularium S. Salvatoris, qui pro universa laborat Congregatione unde titulum Procuratoris Generalis obtinet, in Monasteriis Almæ Urbis & extra semper locum teneat immediatè post Priorem: Hoc autem Decretum Capitulare anno 1628. emanatum confirmat & approbat *Clemens IX. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 33. *quæ incipit* Exponi Nobis nuper fecit. 3547

1669. 27. Mar. —— Prælatus potest rem Ecclesiæ etiam à seipso alienatam nomine ipsius vendicare, juxta Gloss. *in cap.* 1. *verb. contractum, de restitut. in integr. in* 6. & ex ea dixit & firmavit *Rota in Taurinen. seu Fossanen. Præbenda coram* Vicecomite, *decis. recentior. par.* 16. *decis.* 70. *sub num.* 22. 3548

1669. 1. Maii. —— Regulares cujuscunque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, Instituti, etiam de quibus specialis mentio foret habenda, qui ad Monasteria Monialium quamvis ab Ordinarii jurisdictione quomodolibet exempta & etiam ipsis Regularibus subjecta vel alia speciali mentione digna, absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam 3549

per

per quodcunq; modicum temporis ſpatium cum Monialibus aut aliis infra Clauſuram degentibus, peccant mortaliter & ſub Excommunicationis & privationis vocis activæ & paſſivæ ac aliis contra Regulares accedentes ſine licentia ſtatutis pœnis poſſunt ab Ordinario tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegato coerceri, prout declaravit *Congregatio Concil. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 5. numer 11. pagin. mihi 46.* ex Jacobo Pignatel. *tom. 6. conſultat. 85. num. 35.* & referunt etiam Paſcucc. *in Compendio ad Conſultat. Canonic. d. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 82. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 1. in fine, pag. 436. approbante Clemente IX.*

1669. 13. Maii. —— Stat ſimul, quod Abbas, cujus Monaſterio Parochialis unita eſt, ſit verè Parochus qui vel per ſeipſum vel per Vicarium ad nutum amovibilem exercère valeat, & quod Epiſcopus, ubi reſidet Cura, ſuam exerceat juriſdictionem, ut benè tradiderunt Imol. *in cap. de Monach. in 6. de Præben.* Anchar. *in cap. unic. nnm. 3. verſ. ad quem autem, de Capell. Monach.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Pampilonen. Jurium Parochialium coram* Albergato Decano, *deciſ. recentior. par. 16. deciſ. 93. ſub num. 10.* 3550

1669. 13. Maii. —— Unio Parochialis S. Joannis de Mendavia, facta Monaſterio Hyrachenſi Ordinis S. Benedicti in Hiſpania (de qua ſupra 1408. 5. Apr.) fuit plenaria & extinctiva ac per viam incorporationis: ideoque Abbas dicti Monaſterii eſt verus Rector Eccleſiæ unitæ: Vicarius verò ab eo deputatus, eſt nudus Miniſter, & ad ſimplicem illius nutum amovibilis, juxta magiſtralem diſtinctionem Gloſſ. *in Clem. unic. verb. ad menſam, in fin. verſ. aut pleno jure, de exceſſ. Prælat.* & ex ea dixit *Rota in d. Pampilonen. coram* eod. *ibid. numer. 1.* & refert etiam Murga *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. in Append. deciſ. 6.* & quoad hanc Deciſionis partem iterum *in Tract. de Benefic. Eccleſ. quæſt. 4. numer. 168. in fine,* 3551

fine, pagin. mihi 629. nec non *ibid. numer. 195. pagin. 638.*

1669. 13. Maii. —— Vicarius constitutus ab Episcopo per viam collativæ institutionis, dicitur esse perpetuus, ad text. *in cap. unic. de Capell. Monach. in 6.* Vicarius autem constitutus ab Abbate, etiam quod deinde ab Episcopo instituatur, non definit tamen esse amovibilis, ut declarant Hostien. *in cap. literas, num. 2. vers. & est verum, de suppl. neglig. Prælat.* & alii plures: Institutio igitur, quæ fit ab Episcopo de Vicario nominato per Abbatem, dicitur accessoria & temporalis, non autem perpetua: est enim autorizabilis, & ideo non alterat nominationem temporalem ejusdem Abbatis: impossibile namque est, Abbatem nominare Vicarium ad nutum amovibilem, Episcopum verò illum perpetuò instituere: Abbas itaque habens Unionem cum Jurisdictione, deputat absolutè Vicarium, excluso in totum Episcopo: Abbas verò sine Jurisdictione nominat Vicarium auctorizabili institutione Episcopi approbandum, ut pluribus citatis DD. firmavit *Rota in d. Pampilonen. coram* eod. *ibid. num. 6. & seqq.* 355.

1669. 14. Jun. —— Assertio magni Præsulis & adhuc vigilantissimi, matura consideratione facta relevat ab onere probandi, ad tradita per Ruin. *consil. 108. num. 19. lib. 2.* Specul. *in tit. de feud. §. 1. vers. Instr.* Menoch. *consil. 745. num. 8.* benè Grammatic. *decis. 59. num. 27.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Forolivien. seu Nullius Castrorum coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par. 16. decis. 129. sub num. 6.* 355.

1669. 17. Jun. —— Omnibus & singulis Personis Ecclesiasticis tam Sæcularibus quàm Regularibus cujuscunque conditionis, ac cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti tam Mendicantium quàm non Mendicantium, etiam Societatis JESU, & earum cuilibet, quæ ad Insulas, Provincias, & Regna Indiarum Orientalium, & præsertim in Provinciam Societatis JESU de Japone nuncupatam, ac in partes Armeniæ tam Australes quàm Septem-

trio-

trionales à Sede Apoſtolica, vel Congregatione Cardinalium de propaganda Fide, aut ab earum Superioribus ſub nomine Miſſionariorum aut quovis alio titulo pro tempore miſſæ fuerint, aut in illis partibus quomodolibet morabuntur, ſub Excommunicationis latæ ſententiæ, ac privationis vocis activæ & paſſivæ, & officiorum ac dignitatum & graduum quorumcunque per eas obtentorum, & inhabilitatis ad illa & alia quæcunque in poſterum obtinenda, necnon amiſſionis mercium & lucrorum omnium ipſo facto incurrendis, ac aliis Romani Pontificis pro tempore exiſtentis vel prædictæ Cardinalium Congregationis arbitrio imponendis pœnis prohibetur & interdicitur, ne mercaturis & negotiationibus ſæcularibus quovis prætextu & tam directè quàm indirectè, ac tam nomine proprio quàm ſuarum Religionum ſe ingerant vel immiſceant. *Clemens IX. in Conſtit. quæ incipit* Sollicitudo, *apud* Lantuſca *in ſupplemen. ad Theatr. Regular. verb.* Mercatura, *pag. mihi* 686.

1669. 17. Jun. —— Poſtquam caſus evenerit, mercces & lucra quæcunquæ, quæ ex ſupradictis mercaturis & negotiationibus provenerint, in uſum & commodum pauperum Hoſpitalium & Seminariorum Eccleſiaſticorum ac Operariorum (non tamen Religionum, Congregationum, & Societatum, etiam JESU, ſeu Inſtituti eorum, qui in præmiſſis & circa ea deliquerint) ſed aliorum non delinquentium applicentur, qui teneantur conſignare merces & lucra hujuſmodi locorum Ordinariis ſeu eorum Vicariis in ſpiritualibus Generalibus, aut Officialibus vel Apoſtolicis Vicariis ſeu Provicariis: ſicque tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegati illa, & non in alios uſus diſtribuere & erogare debeant, ſuper quibus eorum conſcientia oneratur: nec delinquentes prætextu neceſſitatis pro eorum Miſſionibus excuſentur: Inſuper eiſdemmet Cenſuris & pœnis innodantur Superiores immediati, ac Provinciales, & Generales prædictorum Ordinum, 3555

num, qui eorum respectivè Subditos in præmissis vel circa ea, etiam pro unica vice quomodolibet delinquentes saltem per amotionem illorum à Locis commissi per eos delicti non puniverint: A sententia verò Excommunicationis supradictæ per Superiores vel alios quoscunque nemo ex prædictis delinquentibus absolvi possit (præterquam in mortis articulo constitutus) nisi lucris hujusmodi prius restitutis. *Clemens IX. apud* eundem, *ibidem*.

1669. 17. Jun. —— Religionem ingressurus potest de rebus suis quovis modo voluerit, disponere: Donationes autem factæ occasione hujusmodi ingressus dicuntur factæ ob causam, sive Mortis ex quo ejus effectus pendet à Professione quæ dicitur Mors Civilis, Jo: Andr. *in cap. statuimus, num.* 21. *de Regular.* Honded. *cons.* 92. *num.* 20. *& seqq. lib.* 1. sive Nuptiarum spiritualium, Bero. *in cap. in præsentia, n.* 155. *de probat.* quæ propterea insinuationem non requirunt, *l. fin. C. de donat. causa mort.* Bald. *cons.* 169. *per tot. lib.* 4. Ex eo autem quod Donatio facta ob causam ingressus in Religionem æquiparatur donationi factæ causa Mortis, inferri debet quod possit revocari, per *l. mortis causa Donatio* 16. *l. qui morti* 3. *ff. de Donat. caus. mortis instit. eod. in princ.* quia æquiparatio procedit ad effectum, ut similes Donationes non sint considerandæ tanquàm simplices & puræ, in quibus tantùm insinuatio & aliæ solemnitates exiguntur, Gloss. 3. & DD. *in l. Attilius regulus, ff. de donat.* Ruin. *consil.* 52. *num.* 8. Menoch. *consil.* 1. *num.* 267. sunt tamen veræ Donationes inter Vivos, nec revocari possunt, nisi vel per non secutum ingressum in Religionem vel per legitimum egressum ab ea, ut dixit *Rota in Romana Associationis seu Domorum coram* Vicecomite, *decis. recent. par.* 16. *decis.* 143. *num.* 11. *& per tot.* 3550

1669. 28. Jun. —— Frater non succedens in hæreditate Fratris, tanquàm Monachus & in Religione Professus non potest dici quod habeat intentionem dotandi Sororem, ut dixit & firmavit *Rota in Roma-* 3551

na seu Sabinen. Immissionis coram Ottalora, *decis. recentior. par.* 16. *decis.* 153. *sub num.* 15.

1669. 28. Jun. —— Superiores in actibus judicialibus possunt ex se & absque Congregatione Monachorum comparère, & Procuratorem constituere, ad text. *in cap. edoceri*, ubi Canonistæ omnes *de rescript.* benè Lap. *alleg.* 49. *num.* 3. *cum seqq.* & melius Gratios. Ubert. *in Tract. de Citat. tom.* 3. *cum seqq. num.* 549. Procurator verò specialiter à Religiosis constitutus comparère debet, non autem Procurator Ordinis qui certè non est citandus nec in judicium trahitur invitus, ut dixit *Rota in Tolentina Attentatorum coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par.* 16. *decis.* 162. *num.* 5. 8. *&* 9. 3558

1669. 28. Jun. —— Privilegia Regularium, quod intra certos limites eorum Ecclesiarum non possint ædificari aliæ Ecclesiæ, non afficiunt jura Parochorum, nisi de istis mentio fiat, quia est de intentione Principis nunquam præjudicare Juri Tertii sine speciali mentione de eo, *cap. super eo, de offic. deleg. cap.* 2. *de dolo, & contum.* Gloss. *in Clem. per litteras, de Præben. & l.* 2. §. *si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico*: & ideo Regulares sic privilegiati non possunt impedire Parochum inibi Ecclesiam ædificare volentem, ita dictante æquitatis ratione, juxta quam verba Privilegii sunt intelligenda, licèt aliter sonarent, *l. nulla, ff. de leg.* Jason. *in l. beneficium, num.* 2. *de constit. Princip.* ut dixit *Rota in Bononien. Capellæ coram* Bourlemont, *decis. recentior. par.* 16. *decis.* 165. *num.* 9. *&* 14. 3559

1669. 29. Jun. —— Superior Religionis, & Abbas potest ad sui libitum revocare reservationem sibi à Religioso factam, prout dixit & firmavit *Rota in Lycien. Salviani coram* Carpineo, *decis. recentior. par.* 16. *decis.* 405. *sub num.* 12. 3560

1669. 20. Nov. —— Monasterium censetur & habetur ac si ex propriis Regulis fuisset incapax successionis, quotiescunque constat voluntatem Testatoris fuisse illud excludendi, Covar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 19. 3561

cap. 19. num. 11. vers. 4. verum esse censeo, Dec. *consil.* 259. *per tot.* ut dixit & firmavit *Rota in Asculana Fideicommissi coram* Cerro Decano, *decis. recentior. par.* 16. *decis.* 207. *numer.* 2. ubi *num.* 6. *dictum etiam fuit, quod* Renunciationes intuitu Religionis, ad distinctionem nubentium in Sæculo, reputantur reales & abdicativæ cujuscunque Juris competentis super bonis renunciatis, Molin. *de just. & jur. disput.* 579. *num.* 19. Vasq. *de succes. lib.* 2. §. 12. *num.* 117. Gratian. *discept. forens. cap.* 568. *sub num.* 131.

1670. 21. Maii. —— Sanctum Petrum de Alcantarà Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum in numerum Sanctorum Confessorum retulit Clemens Nonus, & ejus Festum die decima nonà Octobris celebrari jussit, sed eo morte prævento sine Bullæ expeditione, ideo eam expedit *Clemens X. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 1. *qua incipit* Romanorum gesta Pontificum. ¶ Vide supra, 1622. 18. Apr. 3562

1670. 11. Maii. —— Sanctam Mariam Magdalenam de Pazzis Virginem Florentinam, Ordinis Carmelitarum in Sanctorum numerum refert, ejusque Festum die decimaquinta Maii celebrari mandavit Clemens Nonus, sed eo morte prævento sine Bullæ expeditione, eam idcirco expedit *Clemens X. in Constitut. qua incipit* Romanorum gesta Pontificum. 3563

1670. 20. Maii. —— Nobilitas ad effectum admissionis ad Habitum Religionis Hierosolymitanæ benè probatur ex depositionibus Testium recensentium munera, ad quæ nati ex eisdem Familiis uti Nobiles admissi fuerunt, Buratt. *decis.* 358. *num.* 1. *& seq.* & etiam probatur ex eo, quod alter Frater admissus fuerit ad Habitum alterius Religionis similem Nobilitatem requirentis, Mend. *de Ordin. Milit. disquis.* 3. *par.* 1. *num.* 8. & ex eo dixit eo tenet *Rota in Melevitana Habitus coram* Emerix, *tom.* 1. *decis.* 15. *sub num.* 1. & 2. 3564

1670. 20. Maii. —— Prædicta Nobilitas ad eundem effectum comprobatur etiam ex partitis extractis per Commissarios deputatos à Libris antiquis Civi- 3565

Civitatum, in quibus apparet quod Majores illius gaviſi ſunt exemptionibus Hidalghis ſive Nobilibus concedi ſolitis, & appellati fuerunt cum nomine Hidalgorum, quales propriè dicuntur illi qui à Patre & Avo ac Abavo Nobilitatem ducunt, & à claro & nobili ſanguine deſcendunt, Ottalon *de Nobilit. par. 2. cap. 3. num. 1. & ſeq.* Garz. *itid. de Nobilit. Hiſpan. gloſſ. 7. num. 17. verſ. 4. ad idem*, & ex eis proſequitur *Rota in d. Melevitana Habitus coram* eodem, *ibid. ſub num. 3. & 4.*

1670. 20. Maii. —— Nobilitas ad prædictum effectum admiſſionis ad Habitum Religionis Hieroſolymitanæ ut probata dicatur, ſufficit quod Teſtes deponant Parentem fuiſſe Nobilem & Hidalgum notorium: quod autem uſum Inſignium benè cognitorum per ſpatium centum annorum, requiſitum ultra generoſam Nobilitatem, dum Teſtes concludunt explicitè, Familiam eſſe Nobilem & antiquam quoad Nomen & Sanguinem ac Arma, nomine *antiqui* intelligitur tempus centum annorum, Aymon. *de antiquit. temp.* ubi de communi, *par. 1. cap. 10. num. 4.* Ruin. *conſil. 34. num. 11. lib. 1.* Veral. *deciſ. 28. n. 4. par. 1.* & ex eis dixit *Rota in d. Melevitana Habitus coram* eodem, *ibid. num. 5. & 7.* 3566

1670. 11. Jun. —— Omnia & ſingula Privilegia & Indulta ſpiritualia & temporalia Sacris Terræ Sanctæ Locis, & illa viſitantibus, necnon Guardiano & Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia in dictis partibus degentibus per quoſcunque Romanos Pontifices ac Sedem Apoſtolicam quomodolibet conceſſa (quatenus ſint in uſu, & non revocata aut ſub aliquibus revocationibus comprehenſa exiſtant, Sacriſque Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac Concilii Tridentini Decretis non adverſentur) confirmat & approbat, ac perpetuæ & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicit *Clemens X. in Conſtit. quæ incipit* Piis Chriſtifidelium votis, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Hiſtorico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi 127.* 3567

21. Jun.

1670. 21. Jun. —— Regulares, qui in Ecclesiis sui 3561
Ordinis prædicare voluerint, tenentur ab Episcopo Diœcesano Benedictionem petere: prædicare tamen possunt, quamvis illam non obtinuerint: Quod si Episcopus Benedictionem nedum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesiis licet Regularibus prædicare, & contravenientes ab illo tanquàm Sedis Apostolicæ Delegato Censuris & aliis pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis Gregorianæ (de qua supra 1622. 5. Febr.) coerceri & puniri possunt: Episcopus tamen absque justa & rationabili causa contradicere non debet. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 7. qua incipit* Superna, *& referunt etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 601.* Gavant. *post Manuale Episcopor. Constit. IV. pag. mihi 207.* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 15. num. 5. pag. 135.* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in fine, pag. 446.* Clericat. *in Erotem. in fine Operis*, Murga *in Tract. de Benefic. Eccles. quæst. 2. num. 538. pag. 174.* ac Felix Potest. *in Examin. Confessar. tom. 1. par. 4. cap. 5. à num. 3292. pag. 350.*

1670. 21. Jun. —— Prædictam Benedictionem te- 3562
nentur etiam Regulares petere, si in quibuscunque Oratoriis sui Ordinis sermonem coram Populo vel in Ecclesiis aut ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum jurisdictioni subjectarum (licèt clausis januis, & nullus Sæcularis ibi interfit) habere voluerint: Potest autem Episcopus licentiam concessurus Regularibus in Ecclesiis Ordinum non suorum prædicare volentibus, illos quamvis ab Universitatibus aut à Magistratibus laicis nominatos (etiamsi Episcopi antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint) quoad doctrinam examinare, si ita visum fuerit ipsius arbitrio, quod moderatum & discretum esse debet: sicuti etiam potest Episcopus licentiam prædicandi semel iisdem concessam suspendere ob rationabiles causas licèt occultas, Prædicatio-

cationem tamen concernentes: Non potest tamen Episcopus generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum Ordinum prædicent. *Clemens X. apud* eosdem, *ibidem*.

1670. 21. Jun. —— Religiosi ab Episcopo ad Confessiones Sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbati, non possunt in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis Pœnitentes subditi sint ejus Episcopi à quo ipsi Religiosi jam fuerint approbati: Et generaliter approbati ab Episcopo ad Personarum Sæcularium Confessiones audiendas, nequaquàm censentur approbati ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum, sed egent quoad hoc speciali Episcopi approbatione: Atque approbati pro audiendis Confessionibus Monialium unius Monasterii, minimè possunt audire Confessiones Monialium alterius Monasterii: Itidemque Confessores Extraordinarii semel deputati atque approbati ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud possunt expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum Confessiones audire, sed toties ab Episcopo sunt approbandi, quoties casus deputationis contigerit. *Clemens X. apud* eosdem, *ibidem*. 3570

1670. 21. Jun. —— In Monasteriis ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia Instituta vivitur, possunt tam Prælati Regulares quàm Confessores Regularium eorundem Monasteriorum seu Collegiorum audire Confessiones illorum Sæcularium, qui inibi sunt verè de Familia & Commensales continui, non autem illorum qui tantùm ipsis deserviunt: Illi autem Religiosi, qui ad Confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque & indistinctè ac absque aliqua limitatione temporis & certorum locorum aut generis Personarum in Diœcesi propria sunt admittendi: Quoad cœteros verò, qui non adeo idonei reperientur, si petierint admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur ipsos cum limitata facultate (prout eisdem 3571

Ordinariis magis expedire videbitur) probare & admittere. *Clemens X. apud* eosdem, *ibidem*.

1670. 21. Jun. —— Religiosi semel simpliciter approbati possunt in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcunque, etiam Infirmorum Confessiones audire, absque ulla Parochorum vel ipsius Episcopi licentia: de qua tamen Confessione tenentur dicti Religiosi eorundem Infirmorum Parochum illicò certiorem reddere: & hoc potest illis ab Episcopo sub pœnis suspensionis à facultate audiendi Confessiones præcipi: sufficit tamen, ut certioratio hujusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum Infirmum relinquendam: Et ii, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint, Constitutioni, quæ incipit *Omnis utriusque sexus*, quoad Confessionem dumtaxat satisfeciisse censendi sunt. *Clemens X. apud* eosdem, *ibidem*. 3570

1670. 21. Jun. —— Regulares ad ejusmodi Confessiones audiendas prævio examine, simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo, secus verò si ab ejus Vicario, aut ab antecessoribus Episcopis approbati, non possunt ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, seu licentiæ illis concessæ revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat, de qua tamen haud necessarium est, ut in actis constet, nec eam tenetur Episcopus ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apostolicæ dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. *Clemens X. apud* eosdem, *ibidem*. 3571

1670. 21. Jun. —— Si Regulares cum scandalo aut aliàs inhonestè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi judicio videantur à Confessionibus suspendendi (in quo ipsius conscientia oneratur) cùm præcipua Ministri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas ac morum honestas, utique ea causa ad Confessionis ministerium pertinet, ac proinde nihil obstat, quo minus 3574

nus ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere aut repellere à Confessionibus audiendis: Attamen Confessiones audiendi facultas omnibus unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, nullatenus potest. *Clemens X. apud* eosdem, *ibidem*.

1670. 21. Jun. —— Ex facultatibus per Mare Magnum, aliave Privilegia Regularibus cujuscunque Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam JESU concessa, facta eis non est potestas absolvendi in Casibus ab Episcopo sibi reservatis: Et per confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquàm revixère Privilegia prius ab eodem Concilio aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata atque extincta, si quæ habeant, absolvendi à Casibus Episcopo reservatis: Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus Casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideo à Casibus Episcopo reservatis possunt absolvere: Potest autem Regularis Confessor in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem Pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro Absolutione obtinenda migrasse. *Clemens X. apud* eosdem, *ibidem*. 3575

1670. 21. Jun. —— Vigore supradictorum Privilegiorum nequaquàm licet Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere Pœnitentes à Censuris quoad externum & judiciale forum, & absoluti ab eis in Foro Pœnitentiali, utique non censentur absoluti in exteriori judicio & contentioso: quinimò Censuris Ecclesiasticis irretiti & denunciati, ab Episcopis cogi possunt gerere se pro talibus, etiamsi à Regularibus fuerint absoluti; quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis Privilegiis coram Episcopo, ab eo judicetur ipsa non suffragari casui, de 3576

quo agitur: Si autem dictorum Privilegiorum verba obscura sint & ambigua, non est ad Metropolitanum recurrendum, sed cùm ejus sit interpretari cujus est condere, dictorum Privilegiorum interpretatio Sedis Apostolicæ judicio (prout aliàs Constitutione Clementis Quarti statutum est) erit facienda. *Clemens X. apud eosdem, ibidem.*

1670. 23. Jun. —— Abbas vel Superior Monasterii si non permittant Monachum retinère legatum sibi relictum sub conditione ne Monasterio quæratur, legatum non subsistinetur, ut citatis DD. dixit & tenet *Rota in Lycien. Salviani coram* Bourlemont, *decis. recentior. par. 16. decis. 410. sub num. 14.* 3577

1670. 13. Aug. —— Tempus præscriptum in facultatibus, quæ conceduntur Missionariis, currit à die quo perveniunt ad locum Missionum, & non à die expeditionis, prout declaravit *Congregatio de propaganda Fide, apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 1. tit.* de Dispensationibus, *pag. mihi 229.* 3578

1670. 14. Aug. —— Sententiam Ordinarii Giennensis latam super Cultu immemorabili S. Petri Paschasii de Valentia Martyris Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum & Episcopi Giennensis, necnon Decretum Sacræ Rituum Congregationis dictam sententiam approbans confirmat *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 11, qua incipit* Ecclesiæ Catholicæ. 3579

1670. 22. Aug. —— Nonnulla Decreta à Capitulo generali Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti Mantuæ celebrato emanata, & ad electionem ac administrationem Procuratoris Generalis dictæ Congregationis spectantia confirmat & approbat, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & singulos juris & facti defectus (si qui desuper quomodolibet intervenerint) supplet *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 14. qua incipit* Ex injuncti Nobis. 3580

1670. 9. Sept. —— Contra Superiorem Carthusianum 3581

hum & alios, qui extraxerunt ab Ecclesia Matrice Fratrem Conversum, Vicarius Apostolicus procedat prout de jure, sic enim respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Capren. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dictæ Congregat. verb.* Regularis delinquens, *sub num.* 22. ubi *etiam quod* iidem tamen absolvuntur ad cautelam, reintegrata Ecclesia, & privatim, prout rescripsit *eadem Congregatio in eadem, anno* 1671. 3. *Febr.*

1670. 9. Sept. —— Mantellati Tertii Ordinis S. Augustini cùm non vivunt in communione, sed quisque in propria Domo, non gaudent exemptionibus, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in una Civitatis Castelli, apud* Riccium *in d. Synopsi Decretor. dictæ Congregat. verb.* Tertiarii, *sub num.* 7. 3582

1670. 9. Sept. —— Constitutiones Gregorianam & Urbanam supra positas & editas anno 1574. 17. Aprilis: ac anno 1638. 11. Maii, circa Monachos Congregationis Cassinensis pro Prælaturis & Dignitatibus recurrentes ad Personas extra gremium dictæ Congregationis existentes confirmat & innovat, & hanc Constitutionem bis quolibet anno in Refectorio uniuscujusque Monasterii, nempè proxima post Festum S. Benedicti & Dominica itidem proximè subsequenti post Festum S. Placidi publicè legi decernit *Clemens X. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 17. *quæ incipit* Ecclesiæ Catholicæ. 3583

1670. 11. Sept. —— Posita Constitutione Innocentiana (de qua supra, 1652. 15. Oct.) nec non illius Decreto supra posito & edito anno 1654. 10. Februarii, Grangiæ suppressæ & ad statum sæcularem reductæ, illarumque Ecclesiæ & publica Oratoria possunt ab Ordinario visitari, dummodo in iis Grangiis, quarum proprietas fuit reservata vel restituta principalibus Monasteriis, idem Ordinarius nullo modo se ingerat in temporalibus: Quoad Ecclesias verò & Oratoria publica jus visitandi competit Ordinario privativè: quoad Conversos autem 3584

in eis degẽtes cumulativè, Ordinario scilicet jure delegato ad formam Sacri Concilii Tridentini, Regularibus verò jure ordinario, prout respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 24. num. 8. pag. mihi* 168.

1670. 11. Sept. —— Quoad Ecclesias dictarum Grangiarum Curam Animarum habentes, jus visitandi Ordinario competit privativè: sed quoad Conversos in eis degentes hoc jus competit cumulativè, nempè Ordinario tanquàm Sedis Apostolicæ Delegato, Regularibus verò auctoritate ordinaria: Possunt tamen Superiores Regulares in prædictis Ecclesiis Curam Animarum habentibus nominare Vicarios, & illos ad nutum amovère, si Ordinarius loci ab initio illos deputaverit amovibiles: Grangiæ denique seu membra alicujus Monasterii nunquàm suppressa, in quibus non degunt saltem sex Religiosi, subsunt Jurisdictioni & Visitationi Ordinarii loci ac Superiorum Regularium cumulativè, videlicèt Ordinario tanquàm Sedis Apostolicæ Delegato, Regularibus autem jure ordinario, prout respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* eundem, *ibidem*. 3585

1670. 27. Sept. —— Non licet Fratribus absque licentia Episcopi vel Parochi administrare Sacramenta Advenis, qui in eorum Conventibus infirmantur; & si decedant, non possunt sepeliri in eorum Ecclesiis, prout declaravit & rescripsit *Congreg. Concil. in Monopolitana, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 20. num. 5. pag. mihi* 152. 3586

1670. 3. Oct. —— Ordinatio Alexandri Septimi emanata anno 1666. 19. Aprilis, in qua dicitur, quod in singulis Provinciis Ordinis Cistercienſis etiam extra Galliam designentur duo Monasteria communis observantiæ, unum scilicèt pro Novitiatu & alterum pro Professorio seu secundo Novitiatu, unà cum Magistris pro educandis Novitiis & noviter Professis & cum Familia selecta: nec non concessio Clementis Noni edita anno 1667. 20. Decembris & 3587

facta

facta Abbatibus dicti Ordinis, quod scilicèt proprios Novitios educare possint in illis dumtaxat Monasteriis in quibus vigintiquinque Religiosi existant, non afficit nec obligat Monasteria Ordinis præfati in quibus Monachi perpetuam promittunt stabilitatem. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 19. quæ incipit* Exponi.

1670. 8. Oct. —— Superioribus Regularibus minimè fas est cum Vicariis Curatis Sæcularibus perpetuis jam deputatis seu deinceps deputandis publicas aut securas pactiones seu conventiones inire super diminutione aut alteratione seu variatione Congruæ, & hujusmodi pactiones seu conventiones tanquàm de simoniaca labe atque avaritia suspectæ reiiciuntur atque interdicuntur, & qui contrafecerint, pœnis adversus Simoniacos editis tenentur, quibuscunque non obstantibus, prout declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 293. & refert etiam Lantusca *in Theatro Regular. in supplem. verb.* Grangiæ, *num. 2. pagin.* 596. 3588

1670. 22. Oct. —— Congregationi Fratrum Discalceatorum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum omnia & singula communicantur Privilegia ab Urbano Octavo (prout supra anno 1634. 28. Mar.) ad Congregationem Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ TRINITATIS de dicta Redemptione Captivorum extensa, prout communicat *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 24. quæ incipit* Redemptoris, & D. N. J. C. 3589

1670. 31. Oct. —— Fratribus Calceatis Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo conceditur, ut liberè & licitè possint & valeant omnibus & singulis gaudère Privilegiis, quibus potiuntur Fratres Discalceati dicti Ordinis, dummodò tamen sint in usu, nec revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, prout concedit & indulget *Clemens* 3590

E. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 25. quæ incipit Ad uberiores bonorum operum fructus.

26. Nov. —— Cismontanæ Familiæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia addendi sunt quatuor Diffinitores Generales, unus scilicet pro Excalceatis Hispaniæ, alius pro Gallia, tertius pro Lusitania & ejus Provinciis, & quartus pro Provinciis Tertii Ordinis tam Galliæ quàm Hispaniæ & Lusitaniæ, servata inter ipsas alternativa quoad hujusmodi Diffinitorem Generalem, ea tamen lege quod Vocales Tertii Ordinis Nationis Gallicanæ ad Comitia Generalia deinceps accedant: Ultramontanæ verò Familiæ addendi sunt tres, unus scilicet pro Reformatis, & duo pro Observantibus, quorum trium unus semper assumendus est ex Regno Neapolitano & Siculo, alter etiam in perpetuum ex reliqua Italiæ parte, & alius per alternas vices, nunc ex dicta reliqua Italiæ parte, nunc ex Ultramarinis Provinciis ejusdem Familiæ, &c. Hoc autem Decretum à Capitulo Generali dicti Ordinis Vallisoleti celebrato emanatum approbat, & ad servandam paritatem alium Diffinitorem Generalem pro dicta Ultramontana Familia suffragiis Capituli Generalis Ordinis hujusmodi pro tempore in futurum distribuendum concedit *Clemens X. in Constit. quæ incipit* Sacrosancti, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi 125.* 3591

1670. 10. Dec. —— Testes etiam Religiosi & Capuccini reprobantur in materia reprobationis Testamenti, si aliquam habeant exceptionem quamvis minimam, Altograd. *consil. 50. sub num. 137.* Caiocc. *decis. 15 sub num. 28.* Carill. *decis. 47. sub num. 3.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Romana Testamenti coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par. 16. decis. 375. sub num. 47.* 3592

1671. 23 Jan. —— Abbas prætendens exemptionem, tenetur de illa legitimè & sufficienter docere, juxta dispositionem text. *in cap. cum persona, & cap. si Papa, de* 3593

pa, de Privileg. in 6. actus autem jurisdictionales non probantur ex juribus lite pendente extractis à particulari Archivio Monasterii collitigantis, nec possunt concurrere cum aliis actibus gestis ab Ordinariis habentibus Juris assistentiam, Innoc. *in cap. auditis, num.* 4. neque præjudicant, nisi doceatur de scientia & patientia Ordinariorum, *l.* 2. ubi Gloss. *verb. sciente, C. de servit. & aqu.* Felin. *in cap. de quarta, num.* 41. *de præscript.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 45. §. 2. *num.* 32. & ex eis dixit *Rota in Beneventana Jurisdictionis coram* Priolo, *decis.* 338. *num.* 11. *& à* 17. *ad* 19.

1671. 26. Jan. —— Testis Religiosus & Sacerdos maximam facit fidem, Gloss. *in cap. Monachus, verb. compendia* 77. *dist.* Cravett. *consil.* 267. *sub num.* 2. Paris. *consil.* 57. *sub num.* 30. *lib.* 1. imo vicem duorum obtinet, Ruin. *consil.* 137. *sub num.* 2. *&* 13. *lib.* 2. Magon. *decis. Florent.* 58. *sub num.* 20. Capic. Latr. *decis.* 12. *sub num.* 14. & ex eis dixit *Rota in Civitatis Castellana Bonorum super communione universali coram* Calataju, *decis. recent. par.* 17. *decis.* 27. *sub numer.* 14. *&* 15. 3594

1671. 28. Jan. —— Nullum jus competit Fratribus Excalceatis Hispaniæ Ordinis Eremitarum S. Augustini super Monasterio Ulyssipone erecto pro cura Monialium ejusdem Ordinis, neque est locus dismembrationi à Religione, imo neque locus erectioni novorum Conventuum Fratrum Discalceatorum Ordinis S. Augustini in Regno Lusitaniæ, & propterea illos erigi & fundari prohibetur: Hoc autem Decretum à Congregatione Cardinalium specialiter deputata emanatum approbat & confirmat *Clemens X. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 26. *quæ incipit* Aliàs emanarunt. ¶ Hanc Constitutionem innovat, & prædictis Fratribus Excalceatis perpetuum silentium imponit idem Pontifex eodem anno 1671. 27. Febr. *ibid. Constitut.* 33. *quæ incipit* Ex injuncto. 3595

1671. 28. Jan. —— Sententiam à Vicario Papæ latam 3596

tam ſuper Cultu immemorabili Beatæ Ludovicæ Viduæ Romanæ de Tertio Ordine S. Franciſci, à Sacra Rituum Congregatione confirmatam approbat, & de eadem Beata quotannis die trigeſima prima Januarii Officium & Miſſam celebrari in Eccleſia S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum de Urbe (ubi ejus Corpus requieſcit) concedit *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 27. quæ incipit* Agrum Eccleſiæ.

1671. 2. Febr. —— Religio Sommaſcha eſt capax Bonorum in communi, & ideo non ſolùm non intelligitur excluſa, ſed potius comprehenſa in diſpoſitione Fundatoris volentis Penſionem deberi Religioſis profeſſis in Religione capaci; quæ conditio poteſt validè apponi in limine Fundationis, Mandoſ. *de Signat. Grat. tit. reductiones ad ſæcularitatem, verſ. reductiones Beneficiorum, fol.* 120. Rebuff. *in Prax. benef. quæſt.* 1. *tit. Regularia Beneficia multiplicia, in princ.* Lambert. *de Jurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 7. *art.* 4. *num.* 5. Vivian. *eod. tract. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 2. Garz. *de Benefic. par.* 7. *cap.* 10. *num.* 1. *in princ.* & ex eis dixit *Rota in Foſſanen. Penſionis coram* Priolo, *dec.* 342. *num.* 16. & 17. confirmata *anno* 1672. 13. *Jun. coram* eod. *ibid. deciſ.* 391. 357

1671. 16. Febr. —— Abbatem citari non ſufficit, ubi agitur de præjudicio Monaſterii, ſed omnes Monachi capitulariter congregati monendi ſunt, Gloſſ. *in cap. ſi capitulo, verb. factam, de conceſſ. Præben. in* 6. Vant. *de nullit. ex defectu citat. numer.* 144. ſola enim negligentia Prælati ſeu alterius Miniſtri nocère non poteſt Monaſterio in Jure jam quæſito amittendo, Felin. *conſil.* 34. *num.* 7. Barboſa *in cap. verum, nu.* 7. Aldobr. *conſil.* 10. *num.* 16. & *ſeq. lib.* 2. Caſtill. *de alimen. cap.* 4. *numer.* 19. Monachi autem in Choro exiſtentes citari poſſunt, ſtante negligentia Abbatis recuſantis convocare capitulum, ex tradit. per Adden. ad Gregor. *deciſ.* 584. *num.* 6. ut dixit & firmavit *Rota in Albanen. Donationis coram* Vicecomite, *deciſ. recentior. par.* 17. *deciſ.* 44. *num.* 16. 17. & 19. 358

16. Febr.

1671. 16. Febr. —— Omnibus & singulis Sacerdotibus Sęcularibus vel Regularibus Missam de Ss. ROSARIO (si eam ipsis celebrare licet) de cœtero celebraturis, nec non omnibus & singulis Fratribus & Monialibus etiam Tertiariis Ordinis Prædicatorum seu S. Dominici, ac Confratribus & Consororibus quarumcunque Confraternitatum ejusdem Ss. ROSARII erectarum & erigendarum, qui verè pœnitentes & confessi vel saltem confitendi propositum habentes interfuerint Missæ hujusmodi celebrandæ (qua vice id egerint) conceditur, ut omnes & singulas Indulgentias consequantur, quas Confratres & Consorores dictarum Confraternitatum totum ROSARIUM recitando consequuntur: Præterea omnibus & singulis præfatis, qui Missam de ROSARIO celebrare vel audire consueverint, itidem conceditur, ut verè pœnitentes & confessi ac Sacra Communione refecti quolibet mense easdem pariter Indulgentias consequantur, quas consequuntur Confratres & Consorores præfatarum Confraternitatum Processioni Ss. ROSARII prima Dominica cujuslibet mensis intervenientes: Utque omnes & singulæ Indulgentiæ Animabus Fidelium defunctorum per modum suffragii applicari possint, indulget *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 29. qua incipit* Cœlestium. 3599

1671. 27. Febr. —— Constitutiones Pii Quarti & Gregorii Decimitertii ad excludendum ambitum in Congregatione Montis Oliveti Monachorum Ordinis S. Benedicti factæ approbantur & confirmantur: ut autem firmiùs observentur, Abbas Generalis pro tempore existens & alii ex Difinitorio ac Procurator Generalis pœnas in dictis Constitutionibus confirmatas irremissibiliter contra transgressores exequantur, alioquin si ea in re negligentes fuerint, postquàm eis clarè constiterit, ambitiosos hujusmodi Monachos vel Abbates favores extra eandem Congregationem procurasse, pœnam privationis suorum respectivè Officiorum eo ipso incur- 3600

currant. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 31. quæ incipit* Exponi Nobis fecit.

1671. 27. Febr. —— Abbati Generali pro tempore existenti Congregationis Montis Oliveti Monachorum Ordinis S. Benedicti unà cum Definitorio ipsius Congregationis duodecim Abbates Titulares nempe duos pro qualibet Provincia Congregationis præfatæ (qui tamen sint ætate quinquagenarii, & saltem viginti annorum spatio Lecturam aut Verbi DEI Prædicationem vel Vicarii aut Magistri Novitiorum aut Oeconomica Officia exercendo, dictæ Congregationi laudabiliter inservierint; ita tamen ut ejusmodi Abbates Titulares nec gubernium Monasteriorum nec votum sive suffragium in Capitulis generalibus nec ullam aliam prærogativam vel exemptionem Monasterio onerosam prætendere valeant, sed in Ecclesia saltem diebus festivis Missæ Conventuali & Vesperis ac diebus singulis manè orationi mentali interesse teneantur) creandi ac in defunctorum pro tempore locum alios ex eadem Provincia usque ad complementum numeri duodenarii hujusmodi & non ultra subrogandi facultas tribuitur. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 32. quæ incipit* Ex commissæ. 360

1671. 27. Febr. —— Quia nonnunquàm accidit ut aliquis Abbas Regiminis dictæ Congregationis Montis Oliveti, vel proprii levamenti studio vel alterius Monachi meritò gratificandi ergò, regimen sive gubernium Monasterii sibi commissi alternis vicibus cum illo gerere sit contentus, permittitur dicto Abbati Generali unà cum Definitorio præfato ejusmodi alternationes acceptare & ad usum deducere, dummodo tamen Abbas ad id spontè consentiat, ac in Monacho concurrant qualitates ad Abbatiam necessariæ & non aliter: Porrò unus tantùm eorum, nempe ille qui Monasterium actu gubernabit, votum sive suffragium in Capitulo generali Congregationis prædictæ habeat: Vacans autem à gubernio, in alterius gubernantis Monasterio degat, 360

gat, nec plus prætendere possit quàm Monachus ordinarius, præter Titulum Abbatis; & uno illorum defuncto, alter solus remaneat Abbas regiminis quandiu vixerit vel donec renunciaverit. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. d. Constit. 32.*

1671. 18. Mar. —— Nemo ex Canonicis Regularibus S. Augustini Congregationis Lateranensis, quamvis non translatus, ad Curam Animarum in Ecclesiis Sæcularibus etiam de Jurepatronatus in perpetuum seu ad tempus quocunque titulo exercendam admittatur, nisi præter Abbatis Generalis licentiam, expressum quoque Sedis Apostolicæ Indultum accedat, quod juxta Sacrorum Ministrorum penuriam, & prout Animarum postulabit utilitas, in contingentibus casibus concedetur: ita ut quælibet collatio & institutio ac deputatio in favorem hujusmodi Canonicorum aliter facta, irrita prorsus atque inanis censeatur & sit, ac nulla etiam triennali longior possessio iisdem suffragetur: Canonicus verò, cui ejusmodi concessum fuerit Indultum, ad mentem Innocentii Tertii in Constitutione quæ incipit *Quod DEI timorem* (si commodè fieri possit) Socium unum ex suo Ordine & Congregatione secum habeat, cujus in iis, quæ DEI sunt & Regularis Observantiæ, tam consortio quàm solatio perfruatur, prout declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. de special. auctoritate Clementis X. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. tom. 1. in Append. pagin. mihi* 443. 3603

1671. 3. Apr. —— Monasteria aliqua pro Studiis generalibus Fratrum Ordinis S. Pauli primi Eremitæ in Hungaria, Polonia, Austria, Croatia, Svevia, & in Urbe Roma deputantur, cum facultate Superiori Generali Ordinis pro tempore existenti concessa Fratres expressè professos Ordinis ejusdem ad gradus Scholasticos prævio examine promovendi: Prælaturas denique nisi Doctorem obrinère posse, nisi ex causa dispensandum sit, decernit *Clemens X. in Bullar. Rom. to. 5. Constit. 35. qua incipit* Ex injuncto. 12. Apr. 3604

1671. 12. Apr. —— Sanctam Rosam de S. Maria, Virginem Limanam Tertii Ordinis S. Dominici, in numerum Sanctarum Virginum refert, ejusque Festum die trigesima Augusti celebrari jubet *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 37. quæ incipit* Cœlestis Paterfamilias. ¶ Vide supra, 1667. 12. Febr. 3605

1671. 12. Apr. —— Sanctum Cajetanum Thienæum, Ordinis Clericorum Regularium Theatinorum Fundatorem in Sanctorum numerum refert, ejusque Festum die septima Augusti celebrari jubet *Clemens X. in Constitut. quæ incipit* Cœlestis Paterfamilias. ¶ Ab hoc Pontifice relati etiam fuerunt eisdem die, mense, & anno, Sanctus Philippus Benitius Professor Ordinis Servorum Beatæ MARIÆ, & Sanctus Franciscus Borgia Societatis JESU. 3606

1671. 15. Maii. —— Observandum est solitum quoad interessentiam Ordinarii circa Confirmationes Abbatissarum Regularibus subjectarum, quæ quolibet anno fiunt à Superiori Regulari vel ejus Delegato, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Cremen. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 1. sub numer. 20. pagin. mihi 6.* & refert etiam Lantusca *in Theatro Regular. in supplem. verb.* Electio Abbatissæ, *pag. mihi* 581. 3607

1671. 15. Maii. —— Admissa Nobilitate in Religione Hierosolymitana, in consequentiam succedit delatio Armorum & Insignium pro medio & signo ad illam denotandam, *l. 3.* ubi Bald. *C. de inst. & subst.* Barbosa *in tract. var. axiom. 89. num. 7.* si quis autem de Familia ad Habitum admissus fuit, hujusmodi admissio cùm supponat præcisam & exquisitam Nobilitatis ac Descendentiæ probationem, facit jus quoad omnes ex iisdem stipitibus descendentes, *vulg. l. ingenuum, ff. de stat. homin.* Seraph. *decis. 207. num. 9.* Mantic. *decis. 317. num. 7. & seq.* Durand. *decis. 284. num. 10. & seqq.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Melevitana Habitus coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par. 17. decis. 130. num. 4.* 3608

1671. 15. Maii. —— Romanis & aliis Nobilibus 3609

Status

Status Ecclesiastici liceat in futurum exercère commercia & mercaturas, ita ut propterea nullum omninò eorum Nobilitati præjudicium inferatur, etiam ad effectum consequendi Habitum & Crucem Fratrum Militum de Justitia, Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, ac S. Stephani, aliarumque Militiarum & Ordinum Militarium quorumcunque. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 38. quæ incipit* Decet Romanum Pontificem.

1671. 9. Jun. —— Qui offendunt Officiales Curiæ Episcopalis in actu exercendi suum officium, vel aliàs Episcopi jurisdictionem impediunt, etiamsi Milites Hierosolymitani sint, vel aliter exempti, ab Episcopo coerceri & puniri possunt, prout declaravit & rescripsit *Coagregatio Concil. in Panormitana, apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 399. 3610

1671. 19. Jun. —— In electionibus Abbatissarum in Monasteriis Regularium curæ subjectis adnotatio suffragiorum non pertinet ad Episcopum, neque ad ejus Vicarium, neque ad Cancellarium, prout censuit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 1. sub numer. 17. pag. mihi 6.* & refert etiam Lantusca *in Theatro Regular. in supplem. verb.* Electio Abbatissæ, *pag. mihi* 580. 3611

1671. 19. Jun. —— Milites Hierosolymitani si de tempore smutitionis seu vacationis non obtinuerunt sua melioramenta pro validis approbari, nec illa exhibuerunt, sunt incapaces novas obtinere Commendas, Lotther. *de re benefic. lib. 2. quæst. 15. num. 96.* Dunoz. jun. *decis. 412. num. 8.* hæc autem melioramentorum exhibitio fieri debet coram Lingua vel Prioratu, non verò coram Commissariis nudam facultatem visitandi & conficiendi Processum habentibus, ut ponderat Carill. *decis. 9. num. 3.* quod si Magnus Magister negligat conferre Commendam cui illa debetur, collatio fit à Rota, ut tradit Lotther. 3612

ther. *loc. cit. num.* 46. & 72. & ex eo dixit *Rota in Melevitana Commenda coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par.* 17. *decis.* 173. *sub num.* 1. & 5. *ac seqq.*

1671. 27. Jul. —— Prohibetur & interdicitur, ne 3613
de cœtero quicunque Fratres exteri Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum ad Almam Urbem devotionis vel negotiorum cauſa pro tempore acceſſuri, in Conventibus S. Franciſci ad Ripam Tyberis & S. Petri in Monte Aureo de Urbe ſeu eorum altero ultra quindecim dies commorari audeant, nec ipſorum Conventuum Guardiani ſeu Superiores pro tempore exiſtentes id permittere ullo modo præſumant, ſub pœnis quoad Fratres Sacerdotes ſeu Clericos ac Guardianos ſeu Superiores privationis vocis activæ & paſſivæ ac officiorum per eos obtentorum ipſo facto incurrendis, quoad Laicos verò ſeu Converſos carcerationis & aliis arbitrio Papæ infligendis: Si quis autem præſentem prohibitionem eludere tentaverit, ad Conventus extra Urbem tantiſper ſecedendo & in eandem Urbem regrediendo quaſi ſibi in Conventibus præfatis ſeu eorum altero per alios quindecim dies commorari liceat, tam ipſe quàm Guardiani ſeu Superiores prædicti ejuſmodi eluſoriis conatibus non obſtantes, pœnis ſupradictis omninò ſubjaceant. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtit.* 43. *quæ incipit* Cùm felicis, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Hiſtorice-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 219.

1671. 31. Jul. —— In ſeptem Provinciis Ultramon- 3614
tanis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo, nempe Germaniæ inferioris, Aquitaniæ, Provinciæ Toloſæ, Germaniæ ſuperioris, Vaſconiæ, & Flandro-Belgicæ, Priores, Subpriores, Sacriſtæ, & Procuratores ſingulorum Conventuum non amplius per Communitates ipſorum Conventuum, ſed in Definitorio Capitulorum Provincialium, & quatenus aliquod ex dictorum Officialium muneribus extra tempus ejuſmodi Capitulorum

rum vacaverint, in Congregatione annua Definitorii uniuſcujuſque Provinciæ reſpectivè eligantur. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtitut. 42. qua incipit* Cùm ſicut Nobis.

1671. 27. Aug. —— Omnibus & ſingulis Fratribus, Monialibus, & Mantellatis totius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, eorumque Conſanguineis & Affinibus primi gradus, ſimulque omnibus & ſingulis ejuſdem Ordinis utriuſque ſexus Cincturatis Indulgentias quinque Sanctorum Cajetani, Franciſci, Philippi, Ludovici, & Roſæ nuper canonizatorum applicandas Numiſmatibus, Coronis, Crucibus, vel Imaginibus juxta formulam impreſſam, ad eorum arbitrium concedit, itemque omnibus prænominatis in mortis articulo Pontificiam & Apoſtolicam Benedictionem impartitur *Clemens X. apud* Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Indulgentiæ, *ſub num. 5. pag. mihi* 612. 3615

1671. 2. Oct. —— Omnibus & ſingulis Ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum Fratribus præſentibus & futuris prohibetur ſub Excommunicationis latæ ſententiæ ac privationis vocis activæ & paſſivæ nec non graduum & officiorum obtentorum & obtinendorum pœnis per Contraventores ipſo facto incurrendis, ne de cœtero ad obtinendas obedientias ſeu permiſſiones viſitandi eorum Parentes ſeu Propinquos aut Loca Sacra quæcunque, vel ut ad Dignitates ſive Officia quælibet ejuſdem Ordinis, aut ad Studia promoveantur, ſive ut ab uno ad alium locum tranſire vel in aliquo particulari Conventu permanere eis liceat, vel ut cum eis diſpenſetur ad hoc ut ante peractum ſeptennale Studium in Concionatores aſſumi, aut ut ante completum in eodem Ordine ſeptennium ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoveri valeant, ſive ad alia ſimilia conſequenda tam pro ſe quàm pro aliis ejuſdem Ordinis Fratribus ad quarumcunque Perſonarum extra eundem Ordinem exiſtentium recurrere audeant ſeu præſumant. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5.* 3616

Constitut. 46. quæ incipit Ex injuncto.

1671. 2. Oct. —— Abbati Generali pro tempore existenti Congregationis Vallis Umbrosæ Ordinis S. Benedicti conceditur, ut de cœtero perpetuis futuris temporibus, tam in Romana Curia quàm extra eam ac ubique locorum, ac in quibusvis Visitationibus & Capitulis ac Sessionibus, nec non quibusvis actibus & Processionibus, etiam coram Summo Pontifice & etiam in Capellis Pontificiis, Mozzettam & Mantellettam coloris Habitus ipsius Congregationis unà cum Pileo & Biretto Prælatitiis induere & gestare ac deferre liberè & licitè possit & valeat. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 47. quæ incipit* Decet Romanum Pontificem. 3611

1661. 19. Nov. —— Stante Decreto Innocentiano supra posito & edito anno 1654. 10. Februarii, postquam Conventus exemptionem recuperavit, Episcopus nequaquàm potest illum visitare, etiam ad effectum ut videat an Decreta edita in præcedenti Visitatione fuerint executioni mandata: Nec itidem potest post hujusmodi exemptionem, Decreta non adimpleta exequi, minusque pœnas adiicere & aggravare pro illorum executione: Jurisdictio autem ex citato Decreto Innocentiano Episcopo attributa in Conventu non habente Religiosorum numerum ibi præscriptum, expirat eo ipso quod Conventus ob Familiam sine fraude adauctam & impletum numerum Religiosorum præfixum recuperavit exemptionem: Quod si Episcopus aliquem Religiosum pro delicto in Curia Episcopali inquisiverit & carceri mancipaverit ante dictam Conventus recuperatam exemptionem, cùm non solùm Causa sed etiam Persona sit præventa eo tempore quo Conventus erat subjectus jurisdictioni Episcopi, & exemptio superveniens non invenerit eum liberum, utique Episcopus tanquàm Sedis Apostolicæ Delegatus potest hujusmodi Causam tempore habili inchoatam prosequi etiam post exemptionem, & eundem Religiosum condemnare & punire etiam pœ- 3611

na

na corporis afflictiva, prout declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 24. num. 9.*

1671. 24. Nov. —— Juxta Constitutiones generales & praxim Religionis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum, Ministri Provinciales Nationis Germano-Belgicæ dent liberam electionem Præfectarum, Priorissarum, vel quocunque nomine nuncupatarum in omnibus Monialium Monasteriis, idque singulis trienniis: Hoc autem Decretum à Diffinitorio generali in Capitulo generali dicti Ordinis Vallisoleti celebrato emanatum confirmat & approbat, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur (salva semper in præmissis auctoritate Sacræ Episcoporum & Regularium Congregationis) adiicit *Clemens X. in Constitut. quæ incipit* Exponis Nobis nuper fecit, *apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Electio Abbatissæ, *sub num. 1. pag. mihi 576.* 3619

1671. 27. Nov. —— Parochi institutio non spectat ad Abbatem, si demandatur Capitulo cum approbatione Ordinarii, Lotther. *de re benefic. lib. 1. quæst. 33. num. 99. cum seqq.* & ex eo dixit *Rota in Hispalen. Decimarum coram* Bourlemont, *decis. recentior. part. 17. decis. 213. num. 22.* ubi *n. 42. dictum etiam fuit, quod* confessio Prælati nocet Ecclesiæ, ubi præsumptionibus & conjecturis adminiculata sit, ex Gregor. *decis. 506. sub num. 3. vers. si tamen.* 3620

1671. 1. Dec. —— Conventus Minorum Conventualium suppressus, est locus immunis, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Sorana, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Immunitas localis, *sub num. 14.* 3621

1671. 1. Dec. —— Omnes & singuli Definitores perpetui Provinciarum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium, post finitum Lectutæ seu Prædicationis vel Magisterii Novitiorum aut Inquisitoriatus tempus præscriptum, ab existente 3622

pro tempore Ministro Generali Ordinis hujusmodi per patentes ejus litteras cœteroquin canonicè instituti & instituendi, illicò Ex provincialium præeminentiis gaudeant in omnibus & per omnia, perindè ac si Provincialatus munere functi fuissent, atque ita inter eos & Exprovinciales præfatos servetur æqualitas, & quoad ordinem Præcedentiæ sola prioritas sive antianitas Definitoriatus & Paternitatis Provinciæ attendatur. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 51. qua incipit* Ex injuncto Nobis.

1671. 4. Dec. —— Episcopi quamprimùm Diœcesanam Synodum omninò celebrare tenentur, & interim in Civitatibus & Diœcesibus, in quibus nulli Judices extant in Concilio Provinciali aut Diœcesano designati, licet Regularibus (servatâ in reliquis Constitutione Gregoriana hac de re edita & supra posita anno 1621. 20. Sept.) Conservatores nominare habentes qualitates à Jure requisitas, quorum tamen Conservatorum facultas eo ipso expiret, cùm primùm hujusmodi Synodus celebrata & in ea Judices designati extiterint, prout censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. confirmante Clemente X. anno* 1672. 18. *Jan. in Constitut. qua incipit* Inter opera, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 17. *numer.* 7. ex Direct. trium Ordin. *sub num.* 49. *pag. mihi* 300. & refert etiam Julius de Venet. *in Chronolog. Seraph. pag.* 219. 3623

1671. 15. Dec. —— Syndici Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci tenentur parère mandatis Ædilium quoad merces & earum emptionem & venditionem sive etiam translationem ad loca Nundinarum, ut declaravit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Ariminen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dictæ Congregat. verb.* Syndicus, *sub num.* 12. 3624

1671. 15. Dec. —— Pro Syndicis Fratrum Capuccinorum dantur Decreta emanata pro exemptione Syndicorum Fratrum Minorum, prout dat *Congrega-* 3625

gregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Romana, apud d. Riccium *in d. Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo itidem* Syndicus, *sub num.* 13.

1671. 18. Dec. —— Omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis tam Fratrum etiam Excalceatorum quàm Monialium Ordinis S. Augustini erectis & erigendis in Ss. Augustini & Monicæ ac Nicolai Tolentinatis & S. Thomæ de Villanova festis diebus, nec non die decima tertia Novembris qua omnium Sanctorum Ordinis prædicti commemoratio ibidem fieri solet, à primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi annis singulis devotè visitaverint (quo die ex præfatis id egerint] plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem perpetuò concedit *Clemens X. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 53. *quæ incipit* Unigeniti, *& refert etiam* Lantusca *in supplem. ad Theatr. Regular. verb.* Indulgentiæ, *sub num.* 3. *pag.* 608. 3626

1671. 19. Dec. —— Defunctorum Corpora in Ecclesiis Regularium tumulanda, sunt deferenda certo tramite & per viam à Parocho declarandam ad Ecclesiam ipsorum Regularium, non autem prius ad Parochialem; & hoc servandum esse, etiam Hæredibus Defunctorum contradicentibus, & ad dictam Parochialem prius deferri volentibus, prout declaravit & censuit *Congregat. Rit. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 25. *sub num.* 26. *pag.* 278. & refert etiam Lantusca *in Theatro Regul. verb.* Associatio Cadaverum, *pag. mihi* 555. 3627

1671. 19. Dec. —— Omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcunque Monasteriorum tam Monachorum quàm Monialium Regulam S. Benedicti profitentium erectis & erigendis in Ss. Benedicti & Scholasticæ ac Placidi & Mauri festis diebus, nec non die decimatertia Novembris qua omnium San- 3628

ctorum Ordinis prædicti commemoratio ibidem fieri solet, à primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi annis singulis devotè visitaverint (quo die ex præfatis id egerint) plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem perpetuò concedit *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 54. quæ incipit* Commissæ Nobis, & *refert etiam* Lantusca *in supplem. ad Theatr. Regular. verb.* Indulgentiæ, *sub num. 2. pag. 606.*

1671. 24. Dec. — De cœtero eorum Monachorum Congregationis S. Bernardi de Hispania Ordinis Cistercienſis, qui triennio immediatè præcedenti fuerint Abbates aliquorum Monasteriorum ipsius Congregationis, fieri non possint reelectiones in Abbates Monasteriorum aliorum ejusdem Congregationis, ita ut Monachus, qui in fine triennii proximè antecedentis functus fuerit munere Dignitatis Abbatialis, non possit triennio immediatè sequenti eligi in Abbatem, neque in Monasterio in quo fuerit Abbas in fine triennii proximè præcedentis, neque in alio Monasterio Congregationis prædictæ: duæ enim electiones ejusdem Monachi in Abbatem non debent sibi immediatè succedere, una scilicet triennio proximè antecedenti in uno Monasterio, altera verò triennio proximè subsequenti in eodem Monasterio vel alio: Ab hac tamen lege excipitur Abbatia Monasterii Palaziolensis, cujus Abbas est Generalis Reformator & eligi debet tam ex Abbatibus quàm ex aliis Monachis habilibus totius Congregationis hujusmodi: cœterùm qui triennio antecedenti fuerit Generalis Reformator & Abbas Palaziolensis, non possit eligi in Abbatem alicujus Monasterii ejusdem Congregationis triennio immediatè sequenti: Plura denique de modo eligendi Abbates & de eorum Electoribus observanda tradit *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 55. quæ incipit* Ex debito. 361

1672. 2. Jan. — Omnes & singulas Indulgentias & peccatorum Remissiones ac pœnitentiarum relaxatio- 363

xationes per Paulum Quintum Confraternitati Ss. Scapularis sub Invocatione Beatæ MARIÆ Virginis de Monte Carmelo & ejus Confratribus ac Consororibus concessas, Animabus Christifidelium defunctorum per modum suffragii (servata in reliquis ejusdem Pauli dispositione) applicari posse perpetuò concedit *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 56. qua incipit* Cùm sicut accepimus.

1672. 11. Jan. —— Nomine Prælatorum continetur etiam Abbas, Buratt. *decis. 68. sub num. 2.* & est verus Prælatus Ecclesiæ, Tamburin. *de Jure Abbatissar. disput. 1. quæsito 3. n. 1. & seq.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Calaguritana Præeminentiarum coram* Bourlemont, *decis. recentior. par. 17. decis. 220. sub num. 20. & 21.* 3631

1672. 18. Jan. —— Parochis in associatione sive occasione associationis Cadaverum non licet ingredi Ecclesias Regularium, sed tenentur dimittere eadem Cadavera ad januam Ecclesiarum, ibique solùm possunt benedicere & dare ultimum Vale: Officia verò & alia munia, quæ in hujusmodi ministeriis adhiberi solent, ab ipsis Regularibus peragi debent, non autem à Parochis: Hoc autem Decretum ad instantiam Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia à Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione emanatum approbat & confirmat *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 57. qua incipit* Nuper pro parte, *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 25. num. 19. pag. mihi 275.* ac Lantusca *in supplemen. ad Theatr. Regular. verb.* Associatio Cadaverum, *pag 549. num. 2.* 3632

1672. 18. Jan. —— Parochi & alii de Clero Sæculari majorem posthac eleemosynam petere non possint ab Hæredibus Defunctorum sibi Sepulturam eligentium in Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, quàm percipere possent si in Parochiali seu alia ipsius Cleri Sæcularis Ecclesia sepeliri voluissent; & Functiones Funeralium 3633

ralium super Cadavera Defunctorum, quæ in Ecclesiis Regularium contingit sepeliri, postquàm ad easdem Ecclesias pervenerint, ad ipsos Regulares, non ad Parochos spectant: Hæc autem Decreta a Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione emanata approbat & confirmat *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 58. quæ incipit* Alias pro parte, *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 25. num. 20. & 21. pag. mihi 276.* ac Lantusca *in supplemen. ad Theatr. Regular. verb.* Associatio Cadaverum, *sub num. 2. pag. 552.*

1672. 17. Febr. —— Conventum S. Bonaventuræ 363
Lugdunensis Civitatis perseverare debere, ut antea, sub omnimoda jurisdictione Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia declarat: ac propterea Guardiano & cæteris ejusdem Conventus Fratribus, ut in omnibus eidem Ministro Generali & Ministro Provinciali ipsius Provinciæ ac Visitatori & Reformatori pareant, strictè mandat *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 59. quæ incipit* Exponi Nobis nuper fecit, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. in supplem. verb.* Subjectio, *pag. mihi 757.* ac Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi 129.*

1672. 14. Mar. —— Actus frequentes jurisdictionales per Abbatem gesti, nempe Visitationes Ecclesiæ, Collationes Beneficiorum & Ordinum, Convocationes Synodorum, Administrationes Sacramentorum, Cognitiones Causarum, & alii probant totalem exemptionem à jurisdictione Ordinarii & omnimodam subjectionem Abbati, per text. *in cap. 1. in fin. de Cens. in 6. Can. Presbyteri, de Consecr. dist. 4. cap. quanto, de consuet.* Actus verò jurisdictionales clandestini per Episcopum facti non præjudicant Abbati, cujus consensus aut scientia & patientia requiritur ad effectum, ut ex illis Episcopus possit acquirere aliquod jus, ad text. *in l. quoties, §. servitutum, ff. de servit.* Bald. *in l. 2. num. 22. de serv. &*

aqu.

agu. & multò minus præjudicant, si statim ac de illis habita fuit notitia, fuerunt per Abbates impugnati, ut dixit *Rota in Caven. seu Caputaquen. Jurisdictionis coram* Emerix, *tom.* 1. *decis.* 97. *num.* 4. 8. & 9. & habetur etiam in *decis. recent. par.* 17. *decis.* 274. ubi *num.* 12. *dictum etiam fuit, quod* Abbas habens Jurisdictionem quasi Episcopalem & Territorium separatum, Diœcesani nomen assumit, juxta Gloss. *in Clem.* 1. §. *volumus, verb. à Diœcesanis, de for. compet.* ibiq. Card. Abb. Felin. aliiq. citati.

1672. 15. Mar. —— Episcopus potest procedere circa furta commissa in Monasteriis Regularium, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Mantuana, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Episcopus quoad Immunitatem, *sub num.* 19. 3636

1672. 20. Apr. —— Omnibus & singulis Fratribus Reformatis Ordinis Minorum S. Francisci, ad Missiones in quibusvis locis de Ordinariorum licentia respectivè exercendas in futurum mittendis (ubi tamen non erunt Missionarii Congregationis de propaganda Fide) & aliis utriusque sexus Christifidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, Apostolicam Benedictionem impartitur: nec non iisdem verè pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem, pro una vice dumtaxat pro unaquaque Missione de Ordinariorum locorum licentia respectivè facienda, concedit & elargitur *Clemens X. in Constitut. quæ incipit* Cœlestium munerum, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 130. & iterum *pag.* 153. & denuo *pag.* 216. 3637

1672. 27. Apr. —— Servus DEI Pius Papa Quintus, Ordinis Prædicatorum Professor, declaratur Beatus, cum permissione quod ejus Corpus & Reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in Processionibus circumferenda) exponantur, atque de eo certis in locis Officium & Missa celebretur de Confessore 3638

sessore Pontifice singulis annis die quinta Maii, prout declarat & respectivè permittit *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 60. quæ incipit* Unigenitus DEI Filius. ¶ Vide Canonizationem, infrà 1713. 11. Jun. 1672.

1672. 12. Maii. —— Non solùm Fratres Oblati seu Servientes Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Gallicanæ, qui eo tempore, quo Litteræ Urbani Octavi emanarunt scilicet anno 1641. 26. Augusti, in præfata Congregatione erant, sed etiam alii hodierni & per subsequentia perpetua tempora futuri Fratres Oblati seu Servientes Congregationis hujusmodi, necnon quicunque alii, qui ad statum laicalem in eadem Congregatione immediatè seu in ingressu Religionis assumentur, nullo unquam tempore suffragiorum jure gaudere valeant, nisi in receptione Novitiorum ad Professionem ejusdem. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 61. quæ incipit* Injuncti Nobis. ¶ Vide supra 1648. 6. Apr. & 1661. 2. Apr. &c. 3639

1672. 4. Jun. —— Licentiæ seu Privilegia concessa aliquibus Regularibus *in cap. in his, de Privil.* & per aliquos Summos Pontifices aliis Religionibus communicata, utendi Altari Portatili, in eoque celebrandi absque Ordinariorum licentia in locis in quibus degunt, revocata sunt per Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 22. cap. 8. de observ. & vitan.* prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Toletana, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 2. Urbani V. num. 13 pag. mihi 270.* ubi *etiam quod* hoc Decretum dedit eadem Congregatio *in Posnanien. anno 1674. 7. Maii.* 3640

1672. 20. Jun. —— Abbas, Prior, & Superior Ecclesiæ non potest alterare solutionem Decimarum sine Beneplacito Apostolico, prout dixit & firmavit *Rota in Ravennaten. Decimarum coram* Emerix, *decis. recentior. part. 18. tom. 2. decis. 811. sub num. 7.* ex alia Decisione in Romana Domus in Burgo 1670 19. Novembris coram Vicecomite. 3641

1. Jul.

1672. 1. Jul. —— Anno Probationis interrupto, Professio postmodum subsecuta est ipso jure nulla, Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 5. cap. 4. num. 31. & seqq.* Novitiatus tamen non interrumpitur ob egressum Novitii ad tempus ex causa infirmitatis vel alia legitima de consensu Superioris, Navar. *cons. 42. de Regul.* Lessius *de just. & jur. lib. 2. capit. 4. dub. 7. n. 5.* interrumpitur verò ex longo tempore extra illum: cùm enim annus Novitiatus datus sit in subsidium humanæ fragilitatis, tam in favorem Novitii quàm Monasterii, ut ille experiatur asperitates Religionis & suas vires metiatur, istud verò ejusdem Novitii animum & mores inspiciat atque cognoscat, *cap. ad Apostolicam, de reg. jur. & cap. cùm non solùm, eod. tit. in 6.* manifestum est non satisfieri dispositioni Juris & Concilii, quando Novitius tanto tempore procul à Religione moratur, quo plures occurrere possunt asperitates, quas ferre vel nollet vel non posset, & propter quas forsan statuerat non profiteri, Peyrin. *de offic. Prælat. Regul. tom. 2. quæst. 3. cap. 1. §. 4. numer. 101.* & ex eo dixit *Rota in Leodien. Nullitatis Professionis coram* Emerix, *tom. 1. decis. 128. num. 1. & seqq.* & habetur etiam in *decis. recent. par. 19. tom. 1. decis. 361.* 3642

1672. 1. Oct. —— Ad hoc, ut Prælatus Regularis, qui absque ulla licentia Sanctæ Sedis vel Superiorum sui Ordinis oppignoravit sex Candelabra argentea & alia, incurrat in pœnas à Constitutione inflictas, videlicet privationis Officiorum, requiritur declaratio facti in foro externo, prout rescripsit *Congregatio Concil. in Dubio incursionis in pœnas, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 6. Benedicti XII. num. 23. pag. mihi* 186. 3643

1672. 1. Oct. —— Qui Professionem nulliter emissam ratificavit, nonnisi à tempore ratificatæ Professionis præcedentiam metitur, prout declaravit & censuit *Congregatio Concil. in Dubio Præcedentiæ, apud* d. Petra *in dd. Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4.* 3644

tom. 4. circa Constitut. 8. Eugenii IV. sub num. 17. pag. mihi 509.

1672. 7. Oct. —— Omnia & quæcunque Privilegia personalia quomodocunque nuncupata, quibusvis Ordinis Fratrum Minorum de Observantia & Reformatorum seu Strictioris Observantiæ Fratribus cujuscunque conditionis (Regis Romanorum in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Concionatoribus & Confessariis dumtaxat exceptis) tam à Romanis Pontificibus ac quibusvis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quàm etiam ab ejusdem Ordinis Protectoribus, ac à quibuslibet Ordinis præfati Superioribus hactenus quomodolibet contra & præter Regularia dicti Ordinis Instituta & Apostolicas Constitutiones concessa, revocantur & annullantur, prout inhærendo Constitutioni Urbani Octavi supra positæ & æditæ anno 1639. 16. Julii revocat & annullat *Clemens X. in Constit. quæ incipit* Sacrosancti, *apud* Lantusca *in supplemen. ad Theatr. Regular. verb.* Abrogatio Indultorum, *sub num. 2. pag. mihi* 541.

1672. 15. Nov. —— Familiares Regularium pro delictis ante familiaritatem commissis, non gaudet exemptione & privilegio fori, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Assisien. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 399. *& refert etiam* Riccius *in Synopsi Decretor. dictæ Congregat. verb.* Servus, *sub num. 3.*

1673. 20. Febr. —— Religiosus ante ingressum in Religionem nullos præsumitur habuisse Filios, si transversalibus renunciavit, prout ad exclusionem Filiationis ponderant Socc. jun. *consil. 86. sub num. 41. lib. 2.* Gabr. *consil. 25. sub num. 4. & 6. lib. 1.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Romana Immissionis coram* Calataju, *decis. recentior. par. 18. tom. 1. decis. 31. sub num. 20.*

1673. 20. Febr. —— Patronus non dicitur Abbas, qui

qui nominatos à veris Patronis solùm repræsentat Episcopo pro habenda Institutione, Gambar. *de offic. legat. lib. 3. num. 392. cum seqq.* Azor. *Institut. Moral. par. 2. lib. 5. cap. 28. quæst. 2. lit. C.* Garz. *de Benefic. par. 5. cap. 1. num. 616.* Lotther. *de re beneficiar. lib. 2. quæst. 15. num. 13.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Leodien. Parochialis coram* Calataju, *decis. recentior. par. 18. tom. 1. decis. 32. sub num. 9.*

1673. 20. Febr. —— Unionem Ecclesiæ Parochialis cum Monasterio non probat sola perceptio Decimarum quæ fit ab Abbate, cùm jure speciali percipi possint etiam à non Parocho, Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 6. num. 56.* Lotther. *de re beneficiar. par. 1. quæst. 28. num. 54.* ad hoc igitur, ut Abbas dicatur verè Parochus, ultra exactionem Decimarum, cœtera quoque emolumenta Parochialia percipere debet, assignata sola Congrua Vicario, juxta doctrinam Abb. *in cap. exposuisti, in fin. de Præben.* Zabarell. *in Clem. 1. num. 10. de offic. Vicar.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in d. Leodien. Parochialis coram* eodem, *ibid. sub num. 14. & 15.* 3649

1673. 28. Febr. —— Abbas non habet facultatem extrahendi Confugitos ab Ecclesia, cùm ex dispositione Bullæ Gregorii Decimiquarti hæc facultas solis Episcopis competat privativè quoad alios Episcopis inferiores, prout declaravit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in una Montis Cassini, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dicta Congregat. verb.* Abbas, *num. 1.* ubi *num. 3. ait, quod* Abbati dicti Montis Cassini, annuente Sanctissimo, datur facultas ad decennium extrahendi ab Ecclesiis & locis immunibus suæ Diœcesis in omnibus casibus exceptis in Bulla Gregoriana, & etiam in omnibus aliis casibus, in quibus Episcopis licita est extractio, prout concessit *eadem Congregatio dicto anno 1673. 6. Jun.* 3650

1673. 28. Febr. —— Episcopus in causis violatæ Immunitatis & Jurisdictionis ac Libertatis Ecclesiasticæ procedat etiam contra Regulares cooperatores, prout rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica* 3651

in

in Adjacen. apud d. Riccium *in d. Synopsi Decretor. dicta Congregat. verb.* Episcopus quoad Immunitatem, &c. *sub num.* 5.

1673. 20. Mar. —— Infirmitas superventa postquàm quis fuit in Militem Hierosolymitanum admissus, non impedit Novitiatum, nec ei obstat Statutum 16. *de recept. Fratr.* utpotè loquens de recipiendo per verba præsentis temporis, unde locum sibi vindicare non potest in jam admisso cum requisitis qualitatibus, ex vulgatis regulis, quod qualitas adjecta verbo intelligitur & regulatur secundùm tempus verbi, *l. in dilectis, §. si extraneus, ff. de noxal. act. l. Titius, ff. de milit. testam.* Surd. *consil.* 216 *num.* 102. & verba præsentis temporis non recipiunt functionem temporis futuri, *l. cum stipulamur* 125. *ff. de verb oblig.* Bald. *in cap. licet, num.* 2. *de supplen. neglig. Prælat.* Rimin. jun. *cons.* 203. *num.* 92. & 93. præsertim in odiosis seu pœnalibus. Surd. *consil.* 386. *num.* 31. ideoque subsequens impedimentum non potest impedire effectum receptionis jam consumatæ & legitimè perfectæ, Oldrand. *consil.* 58. *num.* 4. Fagnan. *in cap. consultationib. de Cleric. ægrotan.* Sanchez, *de Matrim. lib.* 1. *disput.* 34. *num.* 17. & ex eis dixit *Rota in Melevitana Habitus coram* Emerix, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 75. *num.* 1. & *seqq.*

1673. 9. Jun. —— Intra Monasterii septa habitare dicitur qui habitat in Domo Rectoris ejusdem Monasterii ad hoc assignata, Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 11. ubi Barbosa *n.* 10. Zerol. *in Prax. Episc. par.* 1. *verb. exemptio, quæst.* 3. ubi enim agitur de Domo Rectoris & Parochi Monasterii, Clausura in sua stricta significatione accipienda non est, prout accipiunt Mar. Ant. *lib.* 1. *var. resolut. cap.* 18. *num.* 4. Leo. *in Thesaur. For. Eccles. par.* 2. *capit.* 18. *num.* 4. Passerin. *de stat. homin. quæst.* 189. *num.* 492. & ex eis dixit *Rota in Imolen. Jurisdictionis coram* Rondinino, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 120. *num.* 19. *& seqq.*

13. Jul.

1673. 13. Jul. —— Facultas erigendi & instituendi Confraternitates Cordigerorum S. Francisci utriusque sexus in Ecclesiis ejusdem S. Francisci Fratrum Minorum de Observantia à Paulo Quinto concessa perpetuò confirmatur & approbatur; ac Ministro & Commissario Generalibus ac eorum cuilibet ejusmodi Confraternitates Cordigerorum S. Francisci in Ecclesiis eorum Ordinis tantùm, ubicunque, etiam in Indiis tam Orientalibus quàm Occidentalibus, consistentibus, in locis tamen ubi non sint Ecclesiæ vel Conventus Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium, erigere & instituere, illisque omnes & singulas Indulgentias & peccatorum remissiones ac pœnitentiarum relaxationes & alias gratias spirituales (servata tamen Sixti & Clementis ac Pauli Constitutionum forma & dispositione) communicare licuisse & deinceps perpetuis futuris temporibus licère declarat *Clemens X. in Constit. quæ incipit* Dudum felicis, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 16. num. 10.* 3654

1673. 12. Sept. —— Vigore Litterarum Ejectionis potest Episcopus procedere etiam contra Equites Hierosolymitanos & eorum Ecclesias ac Loca immunia, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Ferrarien. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Litteræ Ejectionis, *num. 6.* 3655

1673. 23. Sept. —— Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia & Reformatorum seu Strictioris Observantiæ nuncupatorum functum officio, esse Patrem & Definitorem ac Discretum perpetuum totius Ordinis hujusmodi, & pro tali ab omnibus habendum, cæterisque prærogativis concessis per Constitutiones ejusdem Ordinis Ministris Generalibus suo officio functis gaudère debère (licèt sexennium, biennium, vel aliud quodcunque limitatum sui officii tempus non expleverint) declarat *Clemens X. in Constitut. quæ incipit* Exponi Nobis nuper fecerunt, *apud* Matthæucc. 3656

thæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 22. *numer.* 36. *pag. mihi* 234.

1673. 1. Dec. —— Statutum Religionis Hierosolymitanæ *cap.* 22. *tit.* 7. *del Consegl.* impedit quidem appellationem suspensivam ad Capitulum generale, non autem ad Sanctissimum, quia cùm Statutum sit correctorium Juris communis, non recipit extensionem, ut notant DD. *in Auth. quas actiones, Cod. de Sacros. Eccles.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Melevitana Commenda coram* Emerix, *tom.* 1. *decis.* 172. *sub num.* 3. 3657

1673. 2. Dec. —— Si legatum esset Fratribus Minoribus S. Francisci relictum cum hac conditione: videlicet: Meus Hæres teneatur emere vel emi facere tantum panis & vini pro servitio Infirmorum existentium in Infirmaria talis Conventus Patrum Minorum S. Francisci: vel teneatur dare quolibet trimestri tot scuta alicui cui committent dicti Patres ad emendum tantum panis & vini pro dicto servitio Infirmorum: tunc legatum esset validum & solvendum, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Romana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in supplem. ad* 1. *tom. pag. mihi* 16. *num.* 135. 3658

1674. 20. Jan. —— Spectat ad Parochos sepelire & ad proprias Parochias deferre Cadavera eorum, qui in Monasterio recepti, Sepultura non electa decesserunt, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Ravennaten. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *circa Constitut.* 9. *Innocentii III. sect. unic. numer.* 47. *pag. mihi* 275. & facit text. *in cap. de iis, de Sepult.* 3659

1674. 26. Jan. —— Patres Carmelitæ de jure habent jus sepeliendi in eorum Ecclesiis: Provincialis autem solus non potest præjudicare & renunciare juribus Ecclesiæ, Carill. *decis.* 97. *sub num.* 31. & ex eo dixit & firmavit *Rota in Oxomen. Juris sepeliendi coram* Vicecomite, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 227. *sub num.* 6. & 7. 3660

17. Mar.

1674. 17. Mar. —— Syndicus Fabricæ Conventus Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum gaudet privilegio fori ad tenorem Constitutionis Clementis Septimi, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Recanaten. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Syndicus, *sub num.* 14. 3661

1674. 27. Apr. —— Commoditas Pensionis translatæ in Regularem acquiritur Monasterio, si istud sit capax tituli, ut concludit Gambar. *de potest. legat.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Imolen. Pensionis coram* Emerix, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 443. *num.* 3. 3662

1674. 8. Jun. —— Legitimatio obtenta mediante Professione Religiosi suffragatur quidem ad effectum obtinendi Ordines Sacros, non autem succedendi in hæreditate, ut advertit Bero. *consil.* 163. *sub num.* 29. *&* 3. *vol.* 3. Mantic. *decis.* 32. *sub num.* 4. Buratt. *decis.* 872. *sub num.* 6. *vers. placuit*, & ex eis dixit & firmavit *Rota in Bononien. Fideicommissi de Nascentoriis coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 310. *sub num.* 32. 3663

1674. 15. Jun. —— Monasterium habens Jura Parochialia, fundatam habet intentionem exigendi Decimas super omnibus fructibus, Moneta *de Decim. toto cap.* 4. & in omnes etiam Parochianos, ut habetur ex *cap.* 5. *&* 6. ex *cap. Parochianos* 14. & *cap. à nobis* 24. *de Decim.* ac Moneta *toto cap.* 5. *de Decim.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Carpentoracten. Decimarum coram* Taja, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 323. *sub num.* 1. 3664

1674. 22. Jun. —— Conventus Ordinum Observantium & Capuccinorum in Regno Corsicæ proprios suos Districtus ad quæstuandum in posterum non egrediantur, sed intra suos limites se quisque contineat, ub ab his, quibus inserviunt, substentari faciliùs possint: Ubi autem plures inveniuntur Conventus in eodem Districtu, inter eosdem ratio antiquitatis ac fundationis rationabiliter ha- 3665

beatur: ſicque omnino obſervari mandavit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 18. num. 2. & 3. pag. mihi* 147. & refert etiam Lantuſca *in ſupplem. ad Theatr. Regular. verbo* Eleemoſyna, *ſub num. 3. pag.* 585.

1674. 3. Aug. —— Fratres Minores de Obſervantia non poſſunt poſſidere Cenſus & Bona ſtabilia: Poſſunt tamen recipere per viam eleemoſynæ quidquid eis traditur pro celebratione Miſſarum & Anniverſariorum, prout declaravit & reſpondit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. in Turritana Legatorum, apud* Piton. *diſceptat. Eccleſiaſticar. tom. 1. diſceptat. 2. ſub num.* 1. & meminit etiam Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 9. quoad Legata, ſub numer.* 10. *pag mihi* 117. 3665

1674. 3. Dec. —— Juſpatronatus in Eccleſia Regulari juſtificari debet per Privilegium Apoſtolicum in limine Fundationis conceſſum, ita ut nec valeat attendi illius exercitium, *cap. nobis* 25. ubi Gloſſ. *verb. qu. 2. num. 2.* Mohed. *deciſ. 10. num. 5. de Jurepatron.* cum aliis citatis à *Rota in Cracovien. Abbatia ſuper bono jure coram* Matthæjo, *deciſ. recentior. part. 18. tom. 1. deciſ. 379. numer. 17* ubi *num. 23. dictum etiam fuit, quod* electio Abbatis ad Monachos & Monaſteria de jure ſpectat, & ille, qui contrarium prætendit, debet hoc uti ſuæ intentionis fundamentum concludentiſſimis probationibus probare, *cap. hoc tantùm, cum quatuor ſeqq. 18. quæſt. 2. cap. 1.* ubi Barboſa *num. 5. de elect. cap. cum dilectus, de conſuet.* 3667

1675. 23. Jan. —— Beneficiati Sæculares tenentur obedientiam præſtare etiam Abbati Regulari, ſi ille ſit eorum Prælatus & Superior Eccleſiæ, præſertim in concernentibus Cultum Divinum, eo modo quo inferior ſuo Superiori, & membra ſuo Capiti præſtare debet, Gloſſ. *in verb. obedientiam 93. diſt. in princip.* Abb. *in cap. his, num. 1. de major. & obed.* Innoc. *in cap. veniens, de verb. ſignif. in 6.* Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 6. cap. 1. circa fin.* Lotther. *de re benefic. lib. 1. cap. 16. num. 121.* alioquin Divina 3668

Offi-

Officia scandalosè perturbarentur, si Beneficiati indiscretè contemnentes Abbatis monita non possent coercèri seu cogi ad obediendum saltem pœna pecuniaria proportionata excessibus, ut dixit *Rota in Elnen. Obedientiæ coram* Emerix, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 415. *num.* 1. *& 7. ac* 8.

3668

1675. 26. Jan. —— Professus in Religione se abstinente ab esu carnium, si ea dimissa sit inde periculum ejus subversionis, non ideo Superiores suæ Religionis possunt tuta conscientia illi concedere transitum ad Religionem mitiorem, in qua esus carnium est licitus, ut respondit *Congregatio Concil. in Dubio Transitus ad laxiorem*, apud Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 8. *Eugenii IV. sub num.* 19. *pag. mihi* 510. 3669

3669

1675. 4. Febr. —— Abbas si est verus Ordinarius, & in Episcopi locum ac jurisdictionem successit, Decimas ratione Curæ & ejusdem jurisdictionis habere debet: & hæ Decimæ, quæ per dismembrationem cessant in Episcopo, assistere debent Abbati in illius locum suffecto, *cap. cùm contingat, de Decim.* Decimæ verò, excepta Quarta, non numerantur inter Jura Episcopalia, ut tradit Rebuff. *de Decim. quæst.* 7. *à num.* 7. *per tot.* Cura tamen non dicitur spectare ad Abbatem, si Persona, quæ illam exercere debet, eligi debet à Capitulo cum approbatione Episcopi vicinioris, non autem ejusdem Abbatis, Butr. *in cap. de Monach. sub num.* 8. & ibi Abb. *numer.* 7. *de Præben.* Lotther. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 99 & ex eis dixit *Rota in Hispalen. Decimarum coram* Vicecomite, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *dec.* 437. *à num.* 14. *ad* 18. 3670

1675. 15. Febr. —— Consensus Abbatis interventus in resignatione seu permutatione Parochialis, non ad Unionem, sed ad Jus conferendi refertur, Ubald. *decis.* 138. *numer.* 8. *& 9.* Peuting. *decis.* 135. *num.* 4. *& 5.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Gerunden. Unionis seu Parochialium coram* Emerix, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 452. *sub num.* 7. 3671

1675. 22. Mar. —— Licèt per ingressum in Religionem abstergi omnem humanam maculam ingredientis sanciverit text. *in auth. de Monacho, in princip.* & per consequens ad instar oblati Curiæ Principis Sæcularis eum effici legitimum & acquirere jus succedendi voluerit Guilelm. à Cuneo *in l. prima, C. de Sacros. Eccles.* ibiq. Bald. *col.* 4. *num.* 33. Alex. *cons.* 121. *num.* 19. *lib.* 2. Tiraquell. *de Privileg. piæ Causæ, Privileg.* 29. Surd. *de alim. tit.* 7. *qu.* 1. *num.* 42. attamen est disparitas inter unum & alterum casum: oblatus enim Curiæ Cæsaris legitimus efficitur in præmium ministerii cui illegitimus addictus est, quæ ratio cessat in oblato Curiæ Cœlesti, qualis dicitur ingrediens in Religionem, quia licèt ob vitæ sanctimoniam non obstante defectu Natalium reputetur dignus inservire Altissimo in Ordine Sacerdotali juxta *Can.* 1. *dist.* 56. *& cap.* 1. *de Fil. Presbyt.* nunquam tamen acquirit jura legitimitatis ad effectum vel succedendi vel impediendi purificationem conditionis *si sine Filiis legitimis*, sub qua vel à Statuto vel à Testamento fuit aliquis ad successionem vocatus, ut notat Faber. *in auth. ex complexu, de incest. nupt. & l. cum quis, & in auth. licèt, C. de nat. liber.* Soccin. jun. *consil.* 48. cum aliis citatis à *Rota in Bononien. Fideicommissi coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 480. *num.* 5. *& seqq.* 367.

1675. 4. Maii. —— In Electionibus Abbatissarum Regularibus subjectarum non potest unà cum Vicario Generali interesse etiam Notarius Episcopalis: Electio tamen facta absque interessentia Vicarii & Notarii non est contra Constitutionem *Inscrutabili* supra positam & editam anno 1622. 5. Februarii, ac propterea dicta Electio est valida, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Neapolitana*, apud Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 106. *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 1. *sub num.* 15. 368.

16. Maii.

1675. 16. Maii. —— Omnibus & singulis Superioribus Generalibus, Provincialibus, & Localibus quorumcunque Ordinum & Congregationum, tam Mendicantium quàm non Mendicantium præcipitur in virtute Sanctæ Obedientiæ, ut de cœtero neminem pro Tertiariis, vel Oblatis, seu Donatis, aut Commissis, vel Servientibus, nec pro Hospitibus, seu Postulantibus, vel Cantoribus, aut alio quocunque nomine nuncupatis, ac quovis habitu indutis vel induendis sub quovis prætextu recipiant seu admittant ad habitandum intra Claustra, nisi vigesimum ætatis suæ annum expleverit: Quod si prædicti Superiores præsenti Decreto per omnia non paruerint, aut in aliqua ejus parte contravenerint, pœnam privationis Dignitatum & Officiorum obtentorum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa vel alia in posterum obtinenda, vocisque activæ & passivæ ipso facto incurrant, prout censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. de mandato Sanctiss. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Hospites, *sub num. 2. pag. mihi* 597. 3674

1675. 10. Maii. —— Metus ad effectum annullandi Professionem non probatur ex declaratione alterius Fratris, quod non fiat obstaculum Fratri Religioso professo procuranti nullitatem suæ Professionis & egressum à Religione, quia metus ab allegante venit plenè & concludenter probandus cum omnibus suis qualitatibus, *l. interpositas* 13. ibiq. DD. C. *de transact.* Alex. *consil.* 156. *num.* 4. & 5. *lib.* 3. Andreol. *controver.* 301. *num.* 3. Palma jun. *consultat.* 14. *num.* 1. & ex eis dixit *Rota in Taurinen. Professionis coram* Vicecomite, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 514. *sub num.* 20. & 21. 3675

1675. 17. Jun. —— Abbas de jure potest esse Judex competens in Causa suæ Mensæ, Abb. & Jo: Andr. *in cap. cum venissent, num.* 9. & 10. *de judic.* Oldrad. *consil.* 156. & potest alterum deputare, quamvis possit suspectus allegari sive ipse sive ejus Vicarius, Otthob. *decis.* 51. *num.* 2. & ex eis dixit & firmavit 3676

Rota in Farfen. Bonorum coram Calataju, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 544. *sub numer.* 37. & 38.

1675. 26. Jun. —— Licèt confessio Abbatis & Cellerarii non possit præjudicare Monasterio, deservit tamen pro majori dilucidatione veritatis ex aliis jam ponderatis non obscurè apparentis, Corn. *consil.* 123. *sub num.* 14. *lib.* 1. & ex eo dixit & firmavit *Rota in Romana Fideicommissi coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 568. *sub num.* 28. 3671

1675. 26. Jun. —— Donatio Decimarum facta Monasterio adversùs Parochos illas prætendentes approbatur, & multò magis si concurrat centenaria quasi possessio decimandi, quæ æquipollet immemorabili & præbet meliorem titulum de mundo, juxta text. *in cap. cùm in tua* 30. *de Decim.* & in *l. si quis diuturno, ff. si servitus vindicetur*, Gozad. *consil.* 8. *sub num.* 37. Mandos. *consil.* 28. *sub numer.* 11. Gabriel. *commun. concluf. de præscript. concluf.* 1. *sub num.* 44. & ex eis dixit *Rota in Craçovien. Decimarum super bono jure coram* Decano, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 574. *sub num.* 2. & 4. *ac* 10. 3671

1675. 28. Jun. —— Ut contraria consuetudo in Decimarum exactione noceat Monasterio, est probanda cum scientia & patientia ipsius Monasterii, cui negligentia Ministrorum & Arrendatariorum nocère non potest, ut ex aliis citatis Decisionibus præcedentibus dixit & firmavit *Rota in Carpenctoraten. Decimarum coram* Taja, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 582. *sub num.* 18. & 19. 3671

1675. 13. Jul. —— Illatis Cadaveribus privatè ab Hæredibus ad aliquam tertiam Ecclesiam per modum Depositi, Regulares congregari debent in illa Ecclesia tertia, ubi Cadaver fuit depositum, & non in Parochiali, ad effectum illa associandi ad Ecclesiam ubi sunt tumulanda: Cadavera verò sepelienda in Ecclesiis Regularium, antequàm ad eorum Ecclesiam deferantur, non debent prius asportari ad Parochialem & in ea permanère ad aliquod 3680

tem-

tempus: Nec Regulares ſunt cogendi ad exeundum à propriis Eccleſiis ad effectum aſſociandi Cadavera in eiſdem ſepelienda, ſed ſufficit quod illa expectent ad januas: Vocato denique Parocho & ipſo renuente intervenire, vel alterum mittere, licet Regularibus abſque Parocho deferre Cadavera in eorum Eccleſiis ſepelienda, & in hujuſmodi Funeribus nihil dandum eſt Parocho ultra ſolitum, prout declaravit & reſpondit *Congregatio Rit. in Senogallien. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 25. num. 1.* & refert etiam Lantuſca *in Theatro Regular. in ſupplemen. verb.* Aſſociatio Cadaverum, *pag. mihi* 560.

1675. 20. Jul. —— An in caſibus, in quibus licet Superioribus Regularibus eorum Subditos Regulares tranſmittere ad alios Epiſcopos extra Diœceſim pro Ordinibus ſuſcipiendis ſint neceſſariæ Dimiſſoriales Epiſcopi Diœceſani, vel Ordinatores debeant eſſe contenti Dimiſſoriis Superiorum tantùm, ſervandam eſſe Declarationem ſub Clemente Octavo Dimiſſoriales Epiſcoporum excludentem cenſuit *Congregatio Concil. ad favorem Præmonſtratenſium*, *apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 4. circa Conſtitut. 3. Bonifacii IX. ſub numer. 14. pagin. mihi* 364. ¶ Vide ſupra, 1596. 15. Mar. 3681

1675. 8. Aug. —— Priori Generali totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini committitur, ut pro ſui muneris debito invigilet & curet, ut Decreta hujus Sacræ Congregationis ſupra poſita & edita anno 1654. 15. Octobris pro Novitiis in dicto Ordine recipiendis omninò obſerventur, præſertim quoad ſcrutinium & examen ſuper qualitatibus recipiendorum ad Habitum & Profeſſionem, Prioreſque tam Provinciales quàm Conventuales & alios, ad quos pertinet, ſeriò admoneat & eis in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipiat, ut Decreta ipſa adamuſſim exequantur, & contra inobedientes & refractarios juris remediis procedat etiam cum facultatibus Sacræ *Congregat. Regular. apud* Lantuſcam *in* 3682

ſupplemen. ad Theatr. Regular. verb. Novitius, *ſub num.* 1. *pag. mihi* 701.

1675. 23. Sept. —— Miniſter Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci ſuo functus Officio, ſit Pater, Diffinitor, & Diſcretus perpetuus totius Ordinis hujuſmodi, & pro tali ab omnibus habeatur, cœteriſque Prærogativis conceſſis per Conſtitutiones ejuſdem Ordinis Miniſtris Generalibus ſuo Officio functis gaudere debeat, licèt ſexennium aut biennium vel aliud quodcunque limitatum ſui Officii tempus non exploverit, prout declarat *Clemens X. in Conſtit. quæ incipit* Exponi Nobis, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Hiſtorico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 139. 3681

1675. 15. Nov. —— Curatus unius Diœceſis (quæcunque ſit) in tranſitu Cadaveris, quod Proceſſionaliter defertur ad Eccleſiam Regularium ab alia Diœceſi, tranſeundo per propriam Parochiam & Juriſdictionem, non poteſt aliquam partem ceræ & pecuniarum prætendere: Itidem proprius Parochus Defuncti tranſeundo per Parochiam unius Parochi de altera quacunque Diœceſi, ad effectum deferendi Proceſſionaliter Cadaver ad Eccleſiam Regularium, poteſt liberè & licitè per eandem cum Stola & Cruce elevata tranſire, etiam irrequiſito Parocho: quas declarationes fideliter obſervari mandat & præcipit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 25. ſub num. 8. & 9. pag. mihi* 272. 3684

1676. 10. Jan. —— Superiores Locales Ordinis Eremitarum S. Auguſtini non recipiant in ſuis Conventibus Inquiſitos & Juſtitiæ Contumaces, & præcipuè pro Cauſis Criminalibus, & contra delinquentes Pater Magiſter Generalis ad privationem vocis activæ & paſſivæ procedat, prout inſtante Procuratore Generali dicti Ordinis decrevit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. apud* Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Inquiſiti, *ſub nm.* 1. *pag. mihi* 674. 3685

1676. 6. Mar. —— Monaſterium retinens jura Parochi, 3685

rochi, habet intentionem fundatam contra suos Parochianos in jure universali decimandi super omnibus terris suæ Parochiæ, *ad cap. 6. de Decim.* Prior autem & Abbas eidem Monasterio non præjudicant super dicto jure reali & universali decimandi, Bich. *decis. 199. num.* 10. & multò minus Procurator Monasterii à Priore constitutus, ut dixit & firmavit *Rota in Carpentoracten. Decimarum coram* Taja, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 663. *sub num.* 3. & 7. *ac* 8.

1676. 9. Maii. —— Nullius de cœtero Frater Ordinis Eremitarum S. Augustini ad regularem dicti Ordinis habitum inter Laicos seu Conversos receptus & admissus, ad statum Clericalem in eodem Ordine & ad Sacros Ordines promoveri valeat, nisi prius opportunum super eo Indultum à Sede Apostolica reportaverit, ac etiam tam à Priore Provinciali suæ Provinciæ quàm à Priore Generali Ordinis prædicti respectivè facultatem desuper petierit, & in scriptis sibi concedi obtinuerit: Nec ullus Frater Ordinis hujusmodi in statu laicali Professus, qui Sacros Ordines de suorum Superiorum licentia suscipiendi facultatem ab eadem Sancta Sede obtinuerit, ejusmodi facultate perfrui valeat, nisi petita & obtenta pariter tam à Priore Provinciali suæ Provinciæ quàm à Priore Generali Ordinis hujusmodi licentia, servatisque & adimpletis omnibus & singulis illis, quæ in ejusmodi Indultis & Litteris Apostolicis præscripta fuerint: Qui secùs egerint, à statu Laicali ad Clericalem transeuntes, Clericalem caractèrem suscipientes, vel se ad Sacros Ordines promoveri facientes, à Clericalis caractèris & Sacrorum Ordinum hujusmodi executione perpetuò suspensi remaneant, ac à statu & habitu Clericali reiiciantur & in numerum Conversorum denuò redigantur. *Clemens X. in Constit. quæ incipit* Exponi, *apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Laici seu Conversi, *in supplemen. sub num.* 2. *pag. mihi* 682. 3687

9. Maii;

1676. 9. Maii. —— Dicti Fratris Laici seu Conversi præfati Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui jam Clericali caractère & Sacris Ordinibus initiati sunt, sed ob eorum ignorantiam non levia adferunt Populo scandala, & Religionis famæ plurimùm derogant, authoritate Prioris Generalis Ordinis prædicti, cui opportuna ad id harum serie facultas tribuitur, à Clericalis Caractèris & Ordinum suorum respectivè exercitio tandiu suspendantur, donec ab ipso Priore Generali vel ab Examinatoribus per eum deputandis prævio examine approbati fuerint: Porrò Superiores, qui sine debita & per præsentes litteras præscripta solemnitate concedent prædictis Fratribus Laicis, seu Conversis facultatem transeundi ad statum Clericalem, seu Sacros Ordines suscipiendi, aut indebitè promotos redarguere & punire negligent, pœnam privationis Officiorum, quæ tunc obtinebunt, ac vocis activæ & passivæ ipso facto se noverint incursuros, prout decrevit *Clemens X. apud* eundem, *ibidem*. 3681 16

1676. 30. Maii. —— Episcopus, quando ordinat Regulares, non potest ab illis exigere promissionem obedientiæ sibi præstandæ ex forma Ritualis particularis, sed servanda est forma in Pontificali Romano existens, prout declaravit & censuit *Congregatio Concil. in Mechlinien. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 7. Gregorii XI. sub numer. 12. pag. mihi* 312. ¶ Vide infra, 1706. 21. Aug. 3683

1676. 2. Jun. —— Regularis Conversus, qui in actu Apostasiæ furatus est scuta mille ab Ærario Conventus, & minatur suo Superiori ac cœteris Religiosis, nec non scandalosè cohabitat cum Concubina, de ordine sanctissimi extrahitur & consignatur suo Superiori, ad hoc ut eum retineat in Carceribus ad correctionem usque ad novos ordines, prout *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Ariminen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Regularis delinquens, *num. 9.* 3698

8. Jun.

1676. 8. Jun. —— Monachus declarans se esse contentum de dote sibi tradita, non præjudicat Monasterio quoad successionem, quia licèt ante ingressum in Religionem possit renunciare hæreditatibus sibi obventuris, & liberè disponere etiam privativè quoad ipsam Religionem in qua est professurus, *Auth. nunc autem, C. de Episc. & Cler.* canonizata *in Can. si qua mulier* 18. *quæst.* 3. tamen post emissam Professionem, cùm hæreditas deferatur immediatè Monasterio, Innoc. Hostien. Jo: Andr. Butr. & alii *in cap. in præsentia, de probat.* Sanchez *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 36. ideo per talem declarationem nullo modo præjudicat Monasterio, cui factum Monachi non habentis neque velle neque nolle, non potest auferre jus ex illius persona acquisitum, ut in his ferè terminis notat Roderic. *qq. regular. tom.* 2. *quæst.* 78. *art.* 1. *in fin. vers.* si autem, ut dixit & firmavit *Rota in Viterbien. Successionis coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 728. *sub num.* 17. *& seqq.* 3691

1676. 23. Jun. —— Sub Clausula, quæ in Brevibus Indulgentiarum apponi solet, scilicet: *Volumus autem, ut si aliàs Christifidelibus dictam Ecclesiam qualibet Anni die visitantibus aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit, præsentes litteræ nullæ sint,* non continentur Altaria Privilegiata pro Defunctis, neque Indulgentiæ certo generi Personarum concessæ, ut Confraternitati, Regularibus, &c. prout dictam Clausulam sic explicandam censuit *Congregatio Indulgentiarum, approbante Sanctissimo anno* 1677. 18. *Mar. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Append. pag. mihi* 459. & refert etiam Diaz *in Director. trium Ordin. S. Francisci, num.* 67. *pag. mihi* 313. 3692

1676. 1. Jul. —— Licet Religioso declarare etiam post emissam Professionem opera pietatis, in quæ volebat summam sibi in Testamento reservatam erogari, Monet. *de commut. ult. volunt. cap.* 5. *num.* 14. Sanchez *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 16. Diana *oper.* 3693

oper. moral. par. 7. tract. 1. resol. 169. in ult. impress. Lezan. itid. *oper. moral. tom. 1. cap. 9. num. 19.* declarans enim non disponit, sed tantùm aperit jam factum, quod usque ab initio actus eidem actui inerat, juxta text. *in l. hæredes palam, §. si quid post, ff. de testam.* Cyriac. *controver. 210. num. 11.* Gratian. *discept. 698. numer. 12.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Reatina Donationis coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par. 19. tom. 2. decis. 464. sub num. 6. & 7.*

1676. 10. Nov. —— Archiepiscopus provideat & ordinet pro suo arbitrio, quod Regulares quomodolibet privilegiati non locent Sæcularibus appartamenta ordinata ad habitationem Religiosorum, ad effectum evitandi abusus & controversias Immunitatis Ecclesiasticæ, prout rescripsit *Congregatio dictæ Immunitatis Ecclesiasticæ in Neapolitana, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Regularis, *sub num. 20.* 3694

1677. 23. Jan. —— Renunciatio facta à Novitio cum licentia Ordinarii originis non est valida, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Gadicen. ad primum, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 1. Clementis IV. sect. 2. sub num. 36. pag. mihi* 383. 3695

1677. 27. Jan. —— Dum Decimæ spectant ad Capitulum jure speciali, Privilegia Regularium dicto juri speciali non derogantia non suffragantur ad obtinendam concessionem Decimarum: hujusmodi autem Privilegia cùm concedi soleant ob magnam Monachorum paupertatem, ut apertè desumitur *ex cap. suggestum, de Decim.* ideo eorum communicatio intelligitur quatenus de tempore concessionis vel communicationis Monasterium probet paupertatem, ne alioquin plus dicatur communicatum quàm concessum, Noguerol. *alleg. 39. numer. 14.* Bich. *decis. 570. numer. 2. & 3.* Monasterium enim vel Religio, cui aliena Privilegia sunt communicata, illis non gaudet, nisi habeat qualitates quæ subjecto communicato inhærebant, quia sumus in ma- 3696

teria odiosa & Tertio præjudiciali, ac per consequens venit strictè intelligenda, ut dixit *Rota in Hispalen. Decimarum coram* Calataju, *decis. recentior. par. 19. tom. 1. decis. 9. num. 20. & 30. ac seqq.*

1677. 8. Febr. —— Regularibus tantùm prohibitum est facere Processiones extra eorum Ecclesias & illorum ambitum, prout habet & dixit *Rota in Burgen. Præeminentiarum coram* Bourlemont, *decis. recentior. par. 19. tom. 2. decis. 469. sub num. 48.* ¶ Vide supra 1628. 26. Febr. & etiam infra 1699. 21. Mar. 3697

1677. 8. Mar. —— Parochiæ Jura Ecclesiæ simpliciter unita pro tola applicatione reddituum, remanent penes Vicarium: Unione enim plenariè & perpetuò facta Monasterio, exercitium Curæ actualis remanet penes Vicarium, in dictum Monasterium vel Ecclesiam habituale translato, prout dixit & firmavit *Rota in Cavallicen. Decimæ fani coram* Emerix, *decis. recentior. par. 19. tom. 1. decis. 321. sub num. 13. & 14.* 3698

1677. 26. Mar. —— Fratres Minores de Observantia S. Francisci, quamvis attenta dispositione *Exivi de Paradiso* & Constitutione Nicolai Tertii ac Clementis Quinti sint incapaces obtinendi census perpetuos & Bona stabilia, possunt tamen per viam puræ & simplicis eleemosynæ recipere quidquid ab Executoribus ultimarum voluntatum eis traditur pro celebratione Missarum & pro Ornamento Ecclesiæ ac aliis necessariis procurandis juxta doctrinam Divi Bonaventuræ relatam in Constitutione Urbani Octavi incipiente *Sacrosanctum Apostolatus ministerium*, atque in præfatis casibus dicti Executores ultimarum voluntatum curare debent, ut hujusmodi piæ dispositiones adimpleantur, ne Testatorum Animæ debitis suffragiis defraudatæ remaneant, prout rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Lucana, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 9. num. 10. pag. mihi* 117. 3699

1677. 30. Mar. —— Abbas Regularis impediens Baron- 3700

roncellum Episcopalem extrahentem cum excessu scandaloso & manifesto Confugitum in sua Ecclesia, & super hoc inquisitus absolvitur tanquam innocens, prout absolvit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Ariminen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. dicta Congregat. verbo* Abbas, *sub num.* 5.

1677. 2. Apr. —— Confessio Procuratoris Monasterii dicitur erronea, si ex aliis pluribus constat de contrario, & ideo ipsi Monasterio non nocet à quo potest revocari, quamvis illa sit judicialis, ut sic retractata sibi non præjudicet, *l. in confessionibus* 14. *ff. de action.* Posthius *de manutent observat.* 67. *sub n.* 47. Fusar. *consil.* 169. *sub numer.* 136. & ex eis dixit & firmavit *Rota in Cracovien. Decimarum super manutentione coram* Rondinino, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 47. *sub num.* 3. & 4. *ac* 7.

1677. 26. Mar. —— Fratres Reformati Ordinis S. Francisci Provinciæ Tusciæ dimittere debent Conventum noviter acquisitum S. Joannis Baptistæ aliàs Congregationis Fratrum Jesuatorum suppressæ intra mœnia Civitatis Florentiæ existentem, in quem eorum antiquum Hospitium transferre, seu potius novum Conventum erigere intendunt, quia non est locus hujusmodi translationi seu novi Conventus erectioni, & ideo ad dictum eorum antiquum Hospitium redire debent & in eo permanère, servata ejusdem Hospitii forma, prout declaravit atque decrevit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 33. *pag. mihi* 186.

1677. 11. Jun. —— Domus Professa Societatis JESU est capax hæreditatis ad effectum vendendi, ut declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Neapolitana, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 3. *circa Constitut.* 1. *Clementis IV. sect.* 1. *sub num.* 3. ubi *etiam ait, quod* nunquam tamen est capax dicta Societas acquirendi hæreditates & fideicommissa ex persona Professorum, etiam quarti Voti, ut ex ejus Instituto *par.* 4. *Const. cap.* 4. & plures

res tenent DD. hoc loco citati, & præsertim Cardin. de Luca *ad Concil. Trident. disc. 35. sub numer. 11. vers. postquàm verò.*

1677. 14. Jun. —— Miles Ordinis Equitum S. Stephani, dum contraxit primum & secundum Matrimonium cum Vidua, est multipliciter bigamus, & sic non valet frui aliquo Privilegio Ecclesiasticis concesso, sed in omnibus pro Laico habetur, per text. *in cap. unico, de Bigamis, in 6.* Farinac. *in Prax. seu de Inquisit. par. 8. num. 8.* Clar. *§. fin. qu. 38. num. 9.* signanter dum non docet quod hujusmodi Equitibus sit ab Apostolica Sede indultum, quod plures Nuptias etiam cum Vidua contrahere valeant absque amissione Privilegiorum, ut ad hujusmodi effectum necesse est, & dixit *Rota in Romana seu Balneoregien. Fideicommissi coram* Emerix, *decis. recentior. par. 19. tom. 1. decis. 88. sub num. 1. & 2. ac 3.* 3704

1677. 21. Jun. —— Non est monstruosum, quod in una Ecclesia adsint duo Corpora inter se distincta, Sæcularium & Regularium, & habentia duo Capita separata, ut de Ecclesia Montis Regalis exemplificat Coccin. *decis. 157. per tot.* Dunoz. jun. *decis. 640. num. 23.* & de Ecclesia S. Ambrosii Mediolanensis (de qua supra 1630. 7. Dec.) habente duo Collegia inter se distincta, quorum unum regitur ab Abbate, alterum verò à Præposito advertit Lotther. *de re benefic. lib. 1. quæst. 18. num. 20.* & ex eis dixit *Rota in Elnen. Obedientiæ coram* Calatajù, *decis. recentior. par. 19. tom. 1. decis. 103. sub num. 1. & 2.* 3705

1677. 21. Jun. —— Mulctandi jus inter ipsos si habeant Beneficiati vel Canonici, illud dicuntur habere uti Ministri & dependentes ab Abbate vel Episcopo: Obedientia tamen & reverentia æque præstari debet à Canonicis & Beneficiatis uni & eidem Abbati in Ecclesia tantummodò existenti: Abbatem verò habere jurisdictionem probatur ex actu Carcerationis per eum facto. Carceratio enim est actus Jurisdictionis, D. Thom. 2. 2. *quæst. 65. artic. 3.* Posth. *de manut. obser. 31. num. 24.* nec Jurisdictio 3706

dictio Abbatis tollitur, si propter ipsam fuit excommunicatus, dum postea plenariè absolutus fuit, ut prosequitur *Rota in d. Elnen. Obedientiæ coram* eodem, *ibid. num.* 10. 13. 20. *&* 21.

1677. 21. Jun. —— Ecclesiæ vel Basilicæ in ejus Episcopi potestate sunt, in cujus Territorio existunt: Jurisdictio tamen si ab inferioribus Prælatis probatur exercita in locis Ordinariorum, non sufficit juris præsumptio eisdem Ordinariis assistens: & confessiones geminatæ factæ ab Episcopis probant jurisdictionem inferiorum Prælatorum & situationem loci: Actus verò Jurisdictionis à Prælato exercitos in aliena Diœcesi sufficit esse dubios ad hoc, ut non præjudicent Prælato inferiori, prout dixit & firmavit *Rota in Beneventana Jurisdictionis coram* Taja, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 106. *sub num.* 10. 20. 24. *&* 41.

1677. 24. Jun. —— Ecclesiæ Sæculares, Monasteria Monialium S. Claræ, & S. Dominici, & Conventus seu Monasteria Regularium, nempè Carmelitarum, Minimorum, Scholarum Piarum, Montis Virginis, Minorum Conventualium, S. Basilii, S. Benedicti, & S. Augustini tenentur solvere Decimas prædiales ex Bonis, ex quibus Decimæ solvebantur à Laicis antequàm in prædictos transirent: & si habent Privilegium, deducant in Sacra *Congregat. Concil. in Nucerina Paganorum Decimarum, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 8. *Martini V. sub num.* 17. *pag. mihi* 441.

1677. 25. Jun. —— Pactum Regularium non tumulandi Cadavera in eorum Ecclesia absque licentia Capituli habentis Jura Parochialia est licitum & de Jure validum, per text. litteralem *in cap.* 1. *de pact. in 6.* & servandum est, cùm nihil magis naturale & humanæ fidei consonum sit, quàm pacta servare, *l. prima, & l. juris gentium, §. Prætor ait, ff. de pact.* & tale pactum potest iniri absque Beneplacito Apostolico, quia cùm sit de Jure permissum, Apostolicum

cum Beneplacitum non requiritur, ut in terminis loquitur text. *in cap. 3. de pact. in 6.* & ex eo dixit ac firmavit *Rota in Oxomen. Obſervationis Concordiæ coram* Vicecomite, *deciſ. recentior. par. 19. tom. 2. deciſ. 477. ſub num. 1. 2. & 5.*

1677. 31. Aug. —— Regulares, qui reſtiterunt ad recipiendas perſonas diſcolas in eorum Conventu, non debent ex hoc capite moleſtari, prout cenſuit & reſcripſit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ in Florentina, apud* Riccium *in Synopſi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Regularis delinquens, *ſub n. 28.* 3710

1677. 3. Oct. —— Epiſcopi prohibeant Parochis, ne admittant Regulares in Compatres occaſione Baptiſmi, ſub pœnis eorum arbitrio infligendis, prout Archiepiſco Mediolanenſi injunxit *Congregatio Concilii, apud Monacel. in Formular. leg. præct. par. 4. ſub num. 499. pag. mihi 117. in ſupplem. ad 2. tom.* 3711

1677. 20. Nov. —— Magiſtri & alii Graduati Ordinis Fratrum Prædicatorum ad numerum per Capitula generalia pro unaquaque Provincia reſpectivè ſtabilitum reducuntur, ita ut in eo numero in ſingulis Provinciis hujuſmodi reſpectivè connumerati remaneant antiquiores tantùm, qui functiones & munera per Conſtitutiones & Capitula generalia hujuſmodi præſcripta realiter & cum effectu exercuiſſe reperiuntur, ſine ullo tamen præjudicio immediatè promotorum à Sede Apoſtolica qui ſuis prærogativis ſupra numerum hujuſmodi gaudeant: Magiſtro Generali pro tempore exiſtenti dicti Ordinis præcipitur in virtute ſanctæ obedientiæ, ne Magiſterii & alios gradus ſupra numerum præſcriptum conferat, nec ullam exemptionem concedat illis Fratribus qui realiter & cum effectu laudabiliter non exercuerint officia & non ſupportaverint onera ab Ordinis Conſtitutionibus ſtabilita ante conſecutionem hujuſmodi graduum & exemptionum: Omnes denique & ſingulas gratias ſpeciales à Generalibus Magiſtris conceſſas Fratribus quoad exemptionem à Choro & prærogativas loci Bacca- 3712

laureorum & vocis in Capitulis Provincialibus contra formam Capitulorum generalium revocat *Innocentius XI. in Constitut. quæ incipit* In supremo, *inserta in Collect. Bullar. Innoc. XII. Constitut.* 52. *pag. mihi* 206. ubi dicta Constitutio confirmatur anno 1695. 22. Sept. cum annullatione forsan gestorum adversùs illius formam.

1678. 28. Febr. —— Equites Professi Hierosolymitani possunt se immiscère in Criminalibus ex Statutis Religionis *titul.* 17. habilitati autem ad cognoscendas Causas Criminales, censentur dispensati tam in Religione quàm extra, de Luca *de Pensionib. disc.* 46. *num.* 18. *lib.* 8. Sanleg. *itid. de Pensionib. cap.* 17. *num.* 10. & ex eis dixit & firmavit *Rota in Mediolanen. Pensionis coram* Taja, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 172. *sub num.* 8. *&* 9. *ac* 10. 371

1678. 18. Mar. —— Concordia facta inter Episcopum & Regulares in materia Jurisdictionis, confirmata à Sede Apostolica, inviolabiliter observari debet & executioni demandari, Bich. *decis.* 267. *num.* 5. Cels. *decis.* 68. *num.* 2. jurisdictio autem in solis certis casibus concessa Regularibus, in iis solùm suffragari debet, nec ad alios casus extendi in præjudicium Episcopi habentis fundatam intentionem in Jure & causam universalem jurisdictionis suæ Diœcesis, *cap. si Papa, vers. his enim, de Privileg. in* 6. Abb. *in cap. P. G. num.* 15. *vers. venio ad sextam, de offic. deleg.* Bald. *in cap. de causis, num.* 8. *eod. tit.* & ex eis dixit *Rota in Barchinonen. Jurisdictionis coram* Calataju, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 1. *dec.* 191. *num.* 2. *&* 6. *ac* 7. 372

1678. 26. Mar. —— Carmelitæ, qui in ultima voluntate disponunt de suis mobilibus juxta Constitutiones dicti Ordinis *par.* 1. *cap.* 22. non benè disponunt, nec possunt uti dictis Constitutionibus quoad hanc partem, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in una Carmelitarum Juris disponendi*, *apud* Petra *in Comment. ad Constit. Apostol. tom.* 4. *circa Constit.* 5. *Benedicti XII. sect.* 1. *sub n.* 25. *pag. mihi* 155. 373

27. Apr.

1678. 27. Apr. —— Privilegium Exemptionis Decimarum suffragatur solùm Monasterio cui est concessum, & proinde extendi non valet ad alia Monasteria ex generali communicatione Privilegiorum, quia illa non comprehendit ea quæ sunt speciali nota digna & difficillima concedi; prout est exemptio à Decimis spiritualibus ordinariis, nisi fiat illarum specialis mentio, ut post alios singulariter limitant Barbosa *de Jure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3. num. 4.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. dispur. 15. quæsito 17. num. 34. & seqq.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Carpentoracten. Decimarum coram* Rondinino, *decis. recentior. par. 19. tom. 1. decis. 201. sub num. 12. & seqq.* 3716

1678. 27. Apr. —— Ubi Abbas est in possessione congregandi Synodum, eligendi Examinatores ad Concursus Parochialium, concedendi litteras dimissoriales ad suscipiendos Ordines Sacros, aliaque similia in Clericos & Populum Loci exercendi, cessat quæcunque Juris assistentia pro Episcopo in exercenda ibi jurisdictione, & sic Locus licèt sit in Diœcesi, æquiparatur Loco existenti extra Diœcesim, Gemin. *in cap. cùm Episcopus, numer. 4. de offic. Ordin.* Franch. *in cap. 2. §. statutum, num. 12. de constit. in 6.* aliiq; quamplures citati à *Rota in Vicen. Jurisdictionis coram* Emerix, *decis. recentior. par. 19. tom. 1. decis. 204. sub num. 4. & seqq.* 3717

1678. 30. Apr. —— Nemini licet quantumvis privilegiato eleemosynas quærere pro aliquo opere pio, sine licentia in scriptis Ordinarii loci: Unde Quæstores, nisi illam ostendant, omninò quæritare prohibentur, etiamsi essent Patentati seu Commissarii S. Antonii Viennensis, nam nec isti quæstuant sine licentia Ordinarii, non obstantibus eorum Privilegiis, prout respondit *Congregat Concil. in Theanen.* & postea *in Cajacen. anno 1683. 28. Aug. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. tom. 4. pag. mihi 143. sub num. 172. in supplem. ad 3. tom.* 3718

1678. 16. Maii. —— Abbas Ecclesiæ jurisdictionem 3719

& obedientiam ac reverentiam habere debet in Beneficiatos & Clericos ejusdem Ecclesiæ: Obedientia enim & reverentia ratione Dignitatis & Administrationis debetur cuicunque Prælato & Capiti Ecclesiastico, quam exigit ordo Divini Officii, & aliarum functionum Ecclesiasticarum, quæ cum scandalo perturbarentur, si Abbatis monita Beneficiati indiscretè contemnentes non possent cogi ad obediendum mulcta saltem pecuniaria, & modica coercione seu castigatione, ut in *l. ult. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio, & in l. magistratibus* 12 *ff. de jurisdict. omn. Jud.* & dixit *Rota in Elnen. Obedientiæ coram* Taja, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 222. *num.* 1. *& seqq.* ubi *num.* 8. *dictum etiam fuit, quod* Abbas & Beneficiati, sicuti Episcopus & Clerici, invicem sibi honorem præstare debent.

1673. 1. Maii. — Prior Claustralis licèt habeat jus mulctandi suos Monachos, ipse tamen subest Abbati: & sicuti Monachi & Religiosi obedientiam præstare tenentur Priori qui tamen sicuti ipsi omnes subsunt Abbati, ita Beneficiati suo Abbati obedire debent, quamvis omnes subjaceant Episcopo: Abbas tamen & Prior ac cœteri Superiores Ecclesiæ vel Monasterii secundùm suam conscientiam delinquentes corripere & castigare debent, obedientes verò benignè recipere & confortare ac confovère tenentur, ut dixit *Rota in d. Elnen. Obedientiæ coram* eodem, *ibid. sub num.* 10. *&* 11. *ac* 12. 3730

1678. 22. Maii. — Peccat mortaliter & incurrit Censuras & pœnas Regularis Concionator, qui completa ad Crates Concione, immediatè ipsas alloquitur Moniales sine licentia, licèt immisceat termones cum quæstionibus vel dubiis spiritualibus aut materiis ipsius Concionis: quam pœnam incurrit non solùm si aliquas alloquatur, sed etiam unam tantùm, cœteris audientibus, prout censuit *Congregatio Concil. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 5. *sub num.* 13. *pag. mihi* 47. & refert etiam 3731

Mo-

Monacel. *in formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag. mihi* 437.

1678. 8. Jun. —— Valet pactum inter Parochum & 3722
Regulares, quod scilicet in istorum Ecclesiis illius Parochiani non sepeliantur, & sine dedecore Religionis circa illud alterari non potest, *cap.* 1. & 2. *de pact. in* 6. libertati enim sepeliendi potest per pactum à Regularibus renunciari, etiamsi Sæculares apud illos Sepulturam elegerint, ut *in d. cap.* 1. & ibi notat Gloss. *in verb. libera, & in verb. derogetur*: neque per hoc pactum læditur Catholica Libertas, sed per renunciationem reducitur ad primævum jus commune, Gloss. prava *in d. cap.* 1. *verb. quod facilè*, ibiq. Barbosa *sub num.* 2. & ex eis dixit *Rota in Oxomen. Observationis Concordiæ coram* Vicecomite, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 489. *per tot.*

1678. 17. Jun. —— Licèt per contractum Matrimo- 3723
nii & incursum Bigamiæ vacent de jure Beneficia & extinguantur Pensiones, Miles tamen Lauretanus gaudet privilegio retinendi Pensiones usque ad summam ducatorum ducentorum, etiamsi uxuratus & bigamus, ex Indulto Sixti Quinti de anno 1588. 1. Novembris, quod Indultum & præventiva dispositio præservat ab incursu Bigamiæ, ita ut dictus Miles Lauretanus remaneat in eodem statu quo erat ante Matrimonium, nil urgente hujusmodi Indultum non reperiri (sicuti revera non reperitur, ut ego observavi) in Bullario, quia de ejus legalitate non videtur dubitandum, cùm appareat impressum typis Cameræ Apostolicæ, illudque pro certo supponunt Tondut. *de Pensionib. cap.* 17. *num.* 29. & 30. Adden. ad Buratt. *decis.* 781. *num.* 15. & ex eis dixit *Rota in Romana Pensionis coram* Albergato Decano, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 253. *sub num.* 5. & 6. ac 7.

1678. 20. Jun. —— Si Successor Episcopus Regula- 3724
res utcunque à Sancta Sede adeo privilegiatos, semel à Prædecessore approbatos, licèt Lectores & Graduatos in Theologia, potest pro recta & tuta Sa-

cramenti Pœnitentiæ administratione ad examen vocare, multò magis poterit Parochos à se non amplius examinatos examinare, ut experiatur, an exculta duret scientia & peritia, de qua quidem cognovit Prædecessor, ut consulat quieti conscientiæ suæ, quam ratiocinationem induxit Capon. *controvers. foren. controvers.* 42. *nu.* 8. post Joan. Sanchez *in Select. Sacram. disp.* 48. & ex eis dixit *Rota in Compostellana Juris examinandi super remotione Vicecuratorum coram* Pauluccio, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 258. *sub num* 16. & 17.

1674. 29. Jun. —— Licet Monasterio perficere fabricam Ecclesiæ & Dormitorii, quia licet unicuique in suo ædificare & ædificia altiùs elevare, etiamsi in hujusmodi elevatione vicino damnum aliquod & præjudicium inferatur, *vulgata l. si in ædib. C. de servit. & aqu.* Gail. *observat.* 69. *num.* 1. *lib.* 2. Cepol. *de servit. cap.* 62. *per tot.* dummodò id non faciat ad æmulationem, quæ non præsumitur in Religiosis fabricantibus pro servitio & augmento Cultus Divini, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 2. *cas.* 156. *num.* 9. Gail, *ut supra, num.* 3. & multò magis licet, si in fabrica servetur Pragmatica Loci, Cels. *decis.* 375. *per tot.* nec prohibitio, ne circum septa Monasterii aliud Monasterium vel Pius Locus ædificetur, comprehendit augmentationem Monasterii præcedenter ædificati, Barbosa *de Jure Eccles. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 78. cum aliis citatis à *Rota in Neapolitana Fabrica coram* Emerix, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 272. *num.* 1. 2. 3. 4. *ac* 16. 374

1678. 5. Jul. —— Cùm exposuerit Procurator Generalis Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, multos dubitare, an Indulgentiæ Tertiariorum Ordinis validæ sint post Decretum de falsis & apocryphis Indulgentiis editum dicto anno 1678. 7. Martii, quod in eo gestantibus funiculum S. Francisci de Paula concessæ Indulgentiæ nominantur: quamquam nulla vera possit esse dubitatio, Indulgentias Tertiariorum illorum à Romanis Pontificibus con- 375

cessas

cessas per jam dictum Decretum minimè revocari declarat *Congregatio Indulgentiar. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Indulgentiæ, *sub numer.* 10. *pag. mihi* 651.

1678. 18. Jul. —— Si Regulares Curam exerceant Animarum, non possunt abesse à dicta Cura, neque ad libitum alios subrogare, nisi petita & obtenta licentia Ordinarii, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Florentina, ad cap.* 11. *sess.* 25. *de Regular. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *sub num.* 8. 3727

1678. 6. Sept. —— Datur facultas Archiepiscopo extrahendi Equitem Religionis Hierosolymitanæ confectorem monetæ falsæ & tonsorem monetarum, ac conficiendi Processum & cautè custodiendi, prout hujusmodi facultatem concedit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Neapolitana, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Equites S. Joannis Hierosolymitani, *sub num.* 17. 3728

1678. 3. Dec. —— Potest Novitius in renunciatione apponere quæcunque pacta & conditiones sibi benè visas etiam in præjudicium Monasterii, dummodo dicta pacta non sint turpis conditionis, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Romana Renunciationis, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 3. *circa Constitut.* 1. *Clementis IV. sect.* 2. *sub num.* 60. *pag. mihi* 387. 3729

1679. 13. Jan. —— Eandem Jurisdictionem habet Abbas sive alius Prælatus inferior super Territorio à Jurisdictione Episcopi separato, quam habebat Episcopus ante separationem & divisionem, ut tradit Spad. *consil.* 135. *sub num.* 1. *lib.* 2. Gratian. *discept. foren.* 212. *sub num.* 7. & 8. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 9. *sub num.* 17. Super Territorio igitur à Jurisdictione Episcopi separato habet Prælatus inferior assistentiam Juris pro Decimarum omnium exactione, etiamsi de his in dismembratione nulla facta fuerit expressio, ut docet Abb. *in cap. cùm contingat* 19. *num.* 8. *vers. sed remanet quar-* 3730

tus, de Decim. ac etiam *in consil.* 58. *per tot.* & præsertim *col.* 3. *in fin. vers. hanc insuper opinionem, lib.* 1. aliique quamplures citati à *Rota in Hispalen. Decimarum de Olivares coram* Bourlemont, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 498. *sub num.* 7. & 8.

1679. 16. Jan. —— Præcedentia in Processionibus debetur Fratribus Minoribus Observantibus in Oppido de Nului in Sardinia Ampurienſis Diœcesis, ex quo Observantes sunt priores in ordine qualitatis & Approbationis Apostolicæ, & Capuccini licèt priores in Fundatione per quatuor annos in eodem loco, sunt tamen filiales ex eadem Religione Observantium, & longè posteriores in Approbatione Apostolica, quo casu non intrat Bulla Gregoriana (de qua supra 1583. 15. Julii) de anterioritate Conventus in eodem loco: Hoc autem Decretum à Sacra Rituum Congregatione emanatum approbat & confirmat *Innocentius XI. in Constit. qua incipit* Nuper, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin pag. mihi* 162. ¶ Non acquiescentibus autem Capuccinis, & ideo iterum auditis, standum esse in decisis censuit *Congregatio Rit. in d. Ampurien.* 1680. 24. *Febr. ibid.* 373

1679. 23. Jan. —— Per receptionem sub Protectione Sancti Petri & Sedis Apostolicæ non censetur Episcopo sublata Jurisdictio, ad text. *in l. nec utilem* 20. *ff. ex quib. caus. maj.* Ancharan. *in cap. Postulasti, num.* 45. *vers. Tamen salva meliori sententia, de for. compet. & in cap.* 2. *num.* 10. *vers. Quod probo breviter, de Constit. in* 6. & ex eis dixit *Rota in Leodien. Jurisdictionis coram* Emerix, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 497. *sub num.* 12. ubi *sub num.* 18. *dictum etiam fuit, quod* actus in dubio præsumuntur gesti ex titulo Ordinariæ Jurisdictionis, Adden. ad Buratt. *decis.* 578. *sub num.* 20. 373

1679. 27. Jan. —— Monasterium carens jurisdictione non dicitur Persona potens ad effectum, ut intret prohibitio cessionis quoad Fideicommissum, Gloss. *in l.* 1. *verb. potentiorum, C. ut liceat potentiori,* 373

Abb.

Abb. *in cap. fin. num. 2. de alien. mutan. Judic. cauſ. fact.* & pluribus adductis Marr. *de Juriſdict. part. 4. centur. 1. caſ. 91. num. 5. & 6. cum ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 129. num. 37. verſ. contrarium verò*, Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 558. num. 21.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Interamnen. Fideicommiſſi coram* Emerix, *tom. 1. deciſ. 397. ſub num. 2.*

1679. 12. Febr. —— Moniales quotidie Sacram Communionem petentes admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis Inſtituto præſtitutis communicent: Si quæ verò puritate mentis eniteant & fervore ſpiritus ita incaluerint, ut dignæ frequentiori aut quotidiana Sanctiſſimi SACRAMENTI perceptione videri poſſint, id illis à Superioribus permittatur, prout cenſuit *Congregatio Concil. in Decreto impreſſo de Communione quotidiana apud* Paſcucc. *in Compendio ad Conſultat. Canonicas Jacobi Pignatelli, par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi 67. & referunt etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. pag. 33.* Murga *in Tract. de Benefic. Eccleſiaſt. in additam. I. pag. 751.* Clericat. *in Eroiemat. in fine Operis*, ac Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 4. circa Conſtitut. 20. Eugenii IV. ſub num. 6. pag. mihi 557.* 3734

1679. 12. Febr. —— Epiſcopi, Parochi, ſeu Confeſſarii redarguant aſſerentes Communionem quotidianam eſſe de Jure Divino, doceant in Eccleſiis ſeu Oratoriis privatis ex diſpenſatione ſeu privilegio Pontificis de manu Sacerdotis ſumendam Sanctiſſimam Euchariſtiam, nec eam ullo modo deferendam in crumena aut ſecretò ad exiſtentes Domi vel cubantes in Lecto, quàm ad Infirmos qui ad illam ſuſcipiendam ad loca prædicta accedere non valeant; & ad eos, ſi ab Eccleſia deferatur, publicè & cum pompa juxta formam Ritualis Romani; Si verò ab Oratoriis privilegiatis, cum forma decenti: Curent etiam, ut circa Communionem in Feria ſexta Paraſcevè, Miſſalis Rubricæ & Eccleſiæ 3733

Ro-

Romanæ usus serventur: Insuper admoneant, nulli tradendas plures Eucharistiæ formas seu particulas, neque grandiores, sed consuetas: Non permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo aut Ordinario: Si Parochi & Confessarii etiam Regulares, aut quicunque alii Sacerdotes secus egerint, sciant Deo Optimo Maximo rationem reddituros esse, ac rigorosam animadversionem in contrafacientes etiam Regulares etiam Societatis JESU, facultate ipsis Episcopis & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa, prout attribuit *Congregatio Concil. apud* eosdem, *ibidem*.

1679. 25. Febr. —— Theatini alienare non possunt stabilia acquisita cum perpetuo onere Missarum, ex hoc enim titulo hodie acquirunt & retinent stabilia, cùm in Capitulis generalibus celebratis anno 1641. & 1650. derogaverint Constitutioni de non acceptandis perpetuis Missarum oneribus, ut refertur in folio *Congregat. Concil. in una Theatinorum facultatis alienandi, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constit. 6. Benedicti XII. sub num. 15. pag. mihi 183.* 3756

1679. 14. Mar. —— Omnes & singulæ Missæ, quæ die Commemorationis Defunctorum per quoscunque Sacerdotes tam Sæculares quàm cujusvis Ordinis aut Congregationis vel Instituti Regulares in Hispaniarum Regnis quovis anno ad quæcunque Altaria celebrabuntur, Animabus Fidelium defunctorum, pro quibus celebratæ fuerint, perinde suffragentur ac si ad Altaria Privilegio Apostolico pro Animabus Defunctorum decorata celebratæ fuissent. *Innocentius XI. in Brevi, quod incipit* Ex commisso, *apud* Murga *in additam. ad Tract. de Benefic. Ecclesiast. additam. 2. pag. mihi 755.* 3757

1679. 2. Maii. —— Verba Pontificii Brevis concedentis Indulgentiam omnibus utriusque sexus Christifidelibus Capellam intra Claustra Regularium sitam visitantibus, non sunt ita accipienda, ut com- 3758

comprehendant Capellam in ipso Dormitorio constructam: ideoque nulla tribuitur facultas Mulieribus ingrediendi Claustra, prout declaravit *Congregatio Indulgentiar. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in Appendice, pag. mihi* 462.

1679. 13. Maii. — Monachi laici, qui tria solemnia Vota emiserunt, Castitatis scilicet & Paupertatis ac Obedientiæ in Religione Congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum à Clemente Nono (prout supra 1668. 6. Dec.) suppressa, non possunt Uxores ducere, nec testari, nec succedere Fideicommissis & Hæreditatibus, nec acquirere, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Dubio Vetor. apud* Petra *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 5. Benedicti XII. sect. 1. sub n. 29. pag. mihi* 156. 3739

1679. 30. Maii. — Regulares extractos ab eorum Conventu per Cancellarium Episcopi ob rixam sequutam inter ipsos Episcopus restituat, prout restituendos esse censuit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Fanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Regularis delinquens, *sub num. 32.* 3740

1679. 15. Jun. — Omnes & singulæ Confraternitates utriusque sexus sub titulo Ss. ROSARII ubique locorum positæ & existentes, tametsi de earum canonica Erectione & Institutione non appareat, confirmantur & validantur, ac si illæ canonicè erectæ & institutæ fuissent, & quatenus opus sit, ipsæ Confraternitates omnes & singulæ (servata tamen aliarum Constitutionum & Decretorum Sedis Apostolicæ, præsertim circa distantiam locorum in erectione Confraternitatum similis Instituti servandam, forma & dispositione) de novo eriguntur & instituuntur: Cœterùm in Erectione & Institutione similium Confraternitatum de cœtero faciendis formam Clementis Octavi (de qua supra 1604. 7. Dec.) adamussim servari vult *Innocentius XI. in Constitut. quæ incipit* Exponi Nobis nuper fecit, *apud* Mat- 3741

Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 16. num. 14. pag. mihi 165.*

1679. 16. Jun. —— Prioratus Regulares Ordinis S. 3743
Benedicti sunt exempti à Jurisdictione Ordinariorum, ut testatur Barbosa *de Jure Eccles. tom. 2. cap. 12. num. 27.* ideoque non pertinent ad eorum ordinariam collationem, ut tradit Gonzal *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 23. num. 20. & 21.* Lotther, *de re benefic. lib. 2. quæst. 24. num. 47. ad 52.* Tondut. *resolut. benefic. tom. 1. par. 2. cap. 3. §. 9. num. 24.* Ordinarius verò non potest Beneficium Regulare propria ordinaria authoritate commendare: Confessio autem propria Ordinarii probat contra eundem qualitatem Regularitatis Beneficii, nam Ordinarius præsumitur instructus qualitatis & status Ecclesiarum suæ Diœcesis, prout dixit *Rota in Mediolanen. prioratus coram* Bourlemont, *decis. recentior. par. 19. tom. 2. decis. 523. à num. 8. ad 15.*

1679. 16. Jun. —— Episcopi non habent potestatem 3744
mutandi statum Beneficii de Regulari in Sæcularem. Expressio autem Beneficiorum Regularium in Indultis conferendi intelligitur de iis, quæ exclusis reservationibus & affectionibus Apostolicis Indultarius conferre posset jure proprio Ordinario, cujusmodi sunt Regularia non exempta, in quibus Ordinarii fundatam habent de jure intentionem pro collatione facienda, ut docet Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 23. num. 20. & seqq.* Tondut. *resolut. Benefic. tom. 1. par. 2. cap. 3. §. 9. num. 28. & 29.* Lotther. *de re benefic. lib. 2. quæst. 24. num. 50. in fine*, & ex eis prosequitur *Rota in d. Mediolanen. coram* eodem, *ibid. nam. 23. & 30.*

1679. 19. Jul. —— Datur facultas Gubernatori, an- 3744
nuente Sanctissimo, procedendi etiam per alium (modò sit Clericus) contra Equitem Hierosolymitanum, & Equitem S. Stephani, qui commiserunt inter se Duellum, & cogendi pro fidejussione de se non amplius offendendo ob quietem publicam, prout hujusmodi facultatem concessit *Congregatio Im-*

mu-

munitatis Ecclesiasticæ in Fanen. apud Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Duellum, *sub num.* 3.

1679. 31. Jul. —— Summarium Indulgentiarum & Gratiarum spiritualium Confraternitatibus sub titulo Ss. ROSARII erectis & institutis concessarum, de Sedis Apostolicæ mandato confectum & à Sacra Indulgentiarum Congregatione revisum & approbatum confirmatur: Præterea moderno & pro tempore existenti Magistro Generali Ordinis Fratrum Prædicatorum, eoque à Romana Curia absente, Vicario Generali ejusdem Ordinis itidem pro tempore existenti quæcunque necessaria & opportuna Confraternitates sub titulo Ss. ROSARII hujusmodi (servata tamen Constitutione Clementina supra posita & edita anno 1604. 7. Decembris, ac dispositione Decretorum Sedis Apostolicæ, præsertim circa distantiam locorum in erectione Confraternitatum similis Instituti emanatorum) erigendi & instituendi facultas tribuitur: Ac omnibus & singulis Confraternitatibus utriusque sexus Christifidelium sub eodem titulo Ss. ROSARII ubicunque locorum erectis & tam in præfati Ordinis quàm in aliis Ecclesiis per dictum Magistrum Generalem seu Vicarium Generalem quandocunque erigendis, & illarum Confratribus & Consororibus omnes & singulas Indulgentias & Gratias spirituales in dicto Summario contentas concedit *Innocent. XI. in Constit. quæ incipit* Nuper pro parte, *in folio magno Romæ impresso typis Reverendæ Camera Apostolicæ.* 3748

1679. 2. Sept. —— Si Religioni S. Francisci de Observantia ante quadraginta annos ante Concilium à Sede Apostolica indultum fuit, ut Quartam Funeralium solvere non teneatur, non tenetur ad eam solvendam Ecclesia post Concilium acquisita, tametsi, antequàm Religioni prædictæ acquireretur, eam solvere dicta Ecclesia consuevisset, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Asculana*, & antea *in Meliten. anno* 1607. 2. *Aug.* ac etiam *in una* 3746

Nul-

Nullius de anno 1625. apud Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 17. num. 2. pag. mihi* 144.

1679. 20. Nov. —— Protestatio Capitulorum generalium Ordinis Fratrum Minorum Observantium S. Francisci de non admissa neque admittenda dispensatione in præceptis Regulæ approbatur & confirmatur, & omnes & singuli Fratres de Corpore Observantiæ dicti Ordinis tenentur in conscientia observare Regulam prædictam à Nicolao Tertio & Clemente Quinto declaratam, revocatis omninò dispensationibus contrariis: Per præmissa tamen non prohibentur in dicto Ordine Syndici Apostolici, cùm eorum usus non sit dispensatio in Regula, sed modus à Romanis Pontificibus provisus pro puriori illius observatione: Nullus recipiatur ad Habitum Regularem in eodem Ordine, nisi priùs plenè informatus sit de prædictis præceptis Regulæ obligantibus in conscientia; nec quisquam admittatur ad Professionem, nisi prius examinatus sit de intellectu Regulæ & præceptorum ejus, & deinde immediatè ante illam coram tota Communitate fiat protestatio quoad ejusdem Regulæ observantiam cum omnibus ejus præceptis. *Innocentius XI. in Constitut. quæ incipit* Sollicitudo, *inserta in Collect. Bullar. Innocen. XII. Constitut. 47. pag. mihi* 188; & refert etiam Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 19. num. 4. pag.* 189. ac Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 149. 374

¶ Vide infra 1695. 2. Jul.

1679. 20. Nov. —— Nemo eligi possit in Prælatum sive Superiorem in dicto Ordine Fratrum Minorum Observantium S. Francisci, qui vitam communem Observantiæ non sequatur, hoc est, qui frequenter equitet, seu infirmitatem habeat qua ab obligatione pedibus incedendi excusetur, qui indusiis seu camisiis aut lineis utatur apud se vel in lecto, qui calceatus incedat, qui jejunia Ecclesiæ & Regulæ non observet, qui aliquando usus sit contrectare pecunias nisi jam per triennium saltem emendatus 375

sit,

sit, qui notabiliter defectuosus sit in assistendo communitatibus Chori & Refectorii ac aliis: illius igitur electio, qui in omnibus præmissis vitam communem non sequatur, irritetur à Prælato sive Superiore Generali, capta informatione extrajudiciali pro sua conscientia, cum consilio tamen & assensu trium Fratrum qui Ministri Provinciales vel saltem Definitores Provinciæ sint vel fuerint: Omnibus denique & singulis dicti Ordinis Prælatis sive Superioribus in virtute sanctæ obedientiæ ac sub pœna privationis suorum Officiorum injungitur, ut nulli Religioso ejusdem Ordinis permittant administrationem fundorum vel reddituum aut quarumcunque aliarum rerum & bonorum mobilium vel immobilium, cujuscunque Domini illa sint, & signanter ut nulli Religiosorum Ordinis hujusmodi permittatur administratio Bonorum temporalium alicujus Monasterii Monialium sub quovis prætextu aut nomine, nempè Administratoris, Syndici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut alio quovis imaginabili. *Innocentius XI. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1695. 2. Jul.

1679. 23. Nov. —— Conventus S. Antonii de Baratoxo Provinciæ Algarbiorum de Regulari Observantia Ordinis S. Francisci erigitur in Seminarium Missionariorum ejusdem Ordinis, cum nonnullis Ordinationibus pro bono ejus regimine, quæ omnia confirmat & approbat, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & singulos juris & facti defectus (si qui desuper quomodolibet intervenerint) supplet *Innocentius XI. in Constit. quæ incipit* Ex injuncto, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pagin. mihi* 153. 3749

1679. 27. Nov. —— Omnibus & singulis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Lectoribus Jubilatis præsentibus & futuris conceditur, ut quascunque Litteras per officium Pœnitentiariæ Apostolicæ pro tempore expeditas, quæ Doctoribus 3750

bus Artium seu Magistris in Sacra Theologia directæ fuerint, recipere & aperire ac juxta illarum formam & tenorem executioni mandare, nec non quoad alias functiones Ecclesiasticas & litterarias quaslibet possint & valeant omnibus & singulis prærogativis ac præeminentiis & privilegiis atque gratiis & Indultis gaudere, quibus Fratres expressè professi aliorum Ordinum Doctores Artium & in Sacra Theologia Magistri tam de jure & usu ac consuetudine quàm aliàs quomodolibet utuntur & fruuntur: Cœterùm per præsentes Litteras non augentur ullo modo nec minuuntur Privilegia & Exemptiones ac Prærogativæ seu Gratiæ vel Indulta, quæ præfatis Lectoribus Jubilatis per Apostolicas & dicti Ordinis Constitutiones concessa sunt, sed illa in statu & terminis, in quibus de præsenti reperiuntur, remanere vult *Innocentius XI. in Constitut. quæ incipit* Exponi Nobis nuper fecit, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 10. num. 3. pag. mihi* 118. & refert etiam Julius de Venet. *in Chronolog. Historicoleg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 152.

1680. 23. Jan. —— Archiepiscopus procedat contra Regularem, qui dolosis verbis exire fecit confugitum à loco immuni, ut incideret in manus Curiæ, prout talem procedendi facultatem concessit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Bononien. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Regularis delinquens, *sub num.* 30. 3751

1680. 17. Febr. —— Equites Calatravæ in casibus violatæ Immunitatis & Libertatis Ecclesiasticæ non sunt exempti ab auctoritate Ordinarii, prout declaravit & rescripsit *Congregatio dictæ Immunitatis Ecclesiasticæ in Lycien. apud* eundem Riccium *in dicta Synopsi Decretorum ejusdem Congregationis, verbo* Equites Militiæ Christi, *sub num.* 5. 3752

1680. 20. Febr. —— Officialis actualis Abbatiæ commendatæ Eminentissimo Cardinali gaudet privilegio fori, prout censuit & resolvit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in una S. Severini, apud* Riccium 3753

cium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Officialis, *sub num.* 3.

1680. 28. Jun. —— Deficientibus Personis vocatis ad Commendam Religionis juxta præceptum Testatoris erigendam, datur Religioni Immissio ad Bona, tametsi Commenda propter culpam vel negligentiam vocatorum non fuerit erecta, prout dixit *Rota in Romana seu Florentina Commenda coram* Emerix, *tom.* 1. *decis.* 457. *sub num.* 1. ubi *num.* 4. *dictum etiam fuit, quod* contra Religionem ignorantem relictum non currit tempus præscriptionis. 3754

1680. 10. Aug. —— Regularis excommunicatus, & irregularis, scandalosè quotidie celebrans Sacrum, extrahitur ad formam Bullæ & consignatur suo Superiori ad correctionem tantùm, prout extrahi & consignari mandat *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Urbinaten. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Regularis delinquens, *sub num.* 9. 3755

1680. 19. Nov. —— Vicarius Sancti Officii Ordinis Prædicatorum ob extractionem factam à loco immuni in personam Sacerdotis ob prætensam celebrationem duarum Missarum, censetur incurrisse Excommunicationem, & datur facultas ipsum absolvendi, prout censuit & facultatem dedit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Auximana, apud* dictum Riccium *in Synopsi Decretorum ejusdem Congregationis, verbo* Vicarius S. Officii, *sub num.* 2. 3756

1681. 10. Jan. —— Rector seu Religiosus Societatis JESU non potest per se Curam Animarum exercère, obstante ei Regula suæ Religionis, sed si Parochialis sit unita Monasterio, illius Cura semper residet penes Vicarium perpetuum, qui in dicta Parochiali unita deputatur, *cap. super eo*, & ibi Gloss. *verb. annexa*, & DD. *de Præben. in* 6. Turricell. *de Union. cap.* 4. *numer.* 4. *& seqq.* & ex eis dixit *Rota in Cracovien. Unionis coram* Ursino, *decis. recentior. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 817. *sub num.* 16. *&* 17. 3757

1681. 27. Jan. —— Cathedrales duæ in una & eadem Diœceſi eſſe non debent, juxta regulam text. *in cap. quoniam, de offic. Ordin.* Cathedralitas tamen vera ſi non controvertitur, ſed ſola præeminentia Eccleſiarum, quæ quaſi Cathedralitas dicitur, non repugnat illam eſſe penes Abbatem habentem Jura quaſi Epiſcopalia: Cathedralitatis verò ſigna alicujus Eccleſiæ ſunt Tronus in ea fixus & permanens; Feſtum Dedicationis illius, quod ibi & per totam Diœceſim celebratur; Denominatio Abbatis ab ea ſumpta; & munus pulſandi Campanas ante omnes alias Eccleſias in die Sabbati Sancti, prout dixit *Rota in Montis Caſſinenſis Præeminentiarum coram* Albergato Decano, *deciſ. recentior. par. 19. tom. 1. deciſ. 407. num. 16. 20. & 24.* ubi *num. 26. & 27. dictum etiam fuit, quod* conſpicua Caſſinenſis Eccleſia fuit ſolemni ritu dedicata à Pontifice Zaccaria, & ad ipſam Dedicationis diem celebrandam illuc acceſſit Alexander Secundus cum decem Archiepiſcopis, quadraginta quatuor Epiſcopis, & Clero Romano. ¶ Vide ſupra, 741. 18. Febr. 3751

1681. 27. Jan. —— Capitulum, & Eccleſia S. Germani per Inſtrumentum acceptatum in publica Synodo declararunt, ſe eſſe ſubjecta pleno jure tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus Abbati & Monaſterio Caſſinenſi, & recognoverunt Caſſinenſem Eccleſiam Matricem & Dominam eorundem: Monaſterium autem Caſſinenſe habet ex conceſſione Sixti Quinti Seminarium, non verò Eccleſia S. Germani, ab eoque Monaſterio, ſicuti ab aliis Cathedralibus Regni quoddam ſubſidium exegit Fridericus Imperator, ut proſequitur *Rota in d. Mentis Caſſinenſis Præeminentiarum coram* eodem, *ibid. num. 34. 38. & 39.* ubi tamen *num. 42. dictum fuit, quod* Tronus ſeu Sedes Epiſcopalis in Eccleſia ad faciendas functiones, quas ibi aliquando Epiſcopus vel Abbas exercet, non denotat Cathedralitatem Eccleſiæ. ¶ Vide ſupra, 1590. 20. Mar. 3752

10. Mar.

1681. 10. Mar. —— Abbas; cujus Monasterio unita est Ecclesia Parochialis, habet intentionem fundatam in Jure super Decimis atque Primitiis, & tanquam Parochus Ecclesiæ unitæ, juxta text. *in cap. cùm contingat, cum seq.* ubi communiter Scribentes *de Decim. & cap. fin. de restitut. spoliat. in 6.* & tanquam Prælatus Ecclesiæ, ad cujus favorem est facta Unio, Caputaq. *decis. 339. num. 2. & 3. par. 3.* Mohedan. *decis. 5. de Decim. per tot.* & ex eis dixit *Rota in Pampilonen. Decimarum coram* Emerix, *tom. 1. decis. 473. sub num. 1. & 2.* 3760

1681. 5. Jul. —— Clerici Societatis JESU Sacros Ordines ab Archiepiscopo Mechlinienſi susceperi, non debent se subiicere examini, prout cœteri Regulares, nisi adsit consuetudo in contrarium: & habitantes in Diœcesi Mechlinienſi, Archiepiscopo Ordinationem habente, possunt ordinari extra Diœcesim Mechlinienſem ab alio Episcopo in propria Diœcesi, prout declaravit & resolvit *Congregatio Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13 form. 4. sub num. 32.* 3761

1681. 23. Aug. —— Abbates Cistercienſium possunt per Abbatem Generalem vel Vicarios Generales aut alios ejusdem Religionis ab eo subdelegatos benedici, etiamsi Abbates provideantur à Datariâ cum clausula, ut recipiant Benedictionem à Catholico Antistite, prout censuit *Congregatio Concil. in Causa Cistercien. muneris benedicendi, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 7. Gregorii XI. sub num. 15. pag. mihi 312.* 3762

1681. 10. Dec. —— Prælatus contrahens cum sua Ecclesia, non potest contractum authorizare, sed alter defensor Ecclesiæ est deputandus, arg. text. *in l. quod dicimus, ff. de V. O. l. omnibus, C. de test. §. si inter Inst. tit. de auct. tut.* eàque data omissione nequit dici impleta forma præscripta, nec actum subsistere, *cap. cum dilecta, de rescript. cap. exhibita, de Judic.* Gregor. *decis. 470. sub num. 2.* & ex eis dixit 3763

Rota in Lucana Bonorum coram Pauluccio, *decis. recentior. par. 19. tom. 2. decis. 593. sub num. 1.*

1682. 15. Jan. —— Confessarii Regulares, sed non Parochi, degentes in Conventibus in quibus non vivunt duodecim Religiosi, hortari quidem possunt ab Ordinariis, sed non compelli ad Conferentiam Casuum Conscientiæ, prout declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. habita in Palatio Vaticano, apud* Matthæucc. *in Officiali Curiæ Regularis, tom. 1. cap. 8. sub num. 25. pag. mihi* 81. ¶ Hoc Decretum habetur etiam in novissimis meis additionibus ad Lantusca, *Decreto 28. pag. 822.* 3764

1682. 28. Jan. —— Mansiones Conventus olim suppressi annexæ Ecclesiæ, nunc commendatæ, Laicis locatæ, præter servitium Ecclesiæ, non sunt immunes, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Recenaten. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dicta Congregationis, verbo* Domus quoad Immunitatem, *sub num. 10.* 3765

1682. 31. Jan. —— Patres Societatis JESU & alii Regulares possunt ministrare Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum Personis sæcularibus à Dominica Palmarum usque per totam Dominicam in Albis, excepto die Paschatis, ita tamen ut Sæculares sumentes Eucharistiam in Ecclesiis Regularium in aliis diebus à dicta Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis inclusivè, non satisfaciant præcepto Ecclesiastico, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Causa Mechlinien. ministrationis Ss. Eucharistiæ Sacramenti, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 20. sub num. 3. pag. mihi* 152. & refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 1. in Adnotationib. circa Commiss. quæstid. sub num. 16. pag.* 42. ubi aliæ præcedentes Decisiones in una Indiarum anno 1634. 18. Mar. & antea in alia, anno 1627. 21. Maii. 3766

1682. 24. Apr. —— Abbas Farfensis ex stylo Abbatiæ per annum & diem expectare debet proximiores 3767

aut

aut hæredes, antequàm pro suo arbitrio novam investituram concedere possit quoad Bona emphyteutica: qui sanè stylus eò est rationabilior, quò & Juri conformis, cùm ad renovationem investituræ detur annus & dies in Emphyteusi, Fulgin. *de emphyt. tit. de renovat. quæst.* 1. *sub num.* 18. & ex eo dixit & firmavit *Rota in Farsen. Bonorum coram* Pauluccio, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 621. *sub num.* 23.

1682. 8. Maii. —— Si Defunctus intestatus obiisset in aliquo Hospitali sive Sæcularium sive Regularium, putà Patrum S. Joannis de Deo, adhuc Episcopus posset pro illius Anima Testamentum condere, quia Infirmi, qui ibidem continentur, liberè disponere valent de rebus suis: & quatenus non disponant, hæreditas transit ad Conjunctos, nisi constaret de contraria consuetudine præscripta, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Pragen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 17. *sub num.* 2. 3768

1682. 8. Maii. —— Conventus S. Crucis de Queretaro Provinciæ de Mechoacam in nova Hispania Regularis Observantiæ Ordinis S. Francisci erigitur in Seminarium Missionariorum ejusdem Ordinis pro Indiis Occidentalibus, cum nonnullis Ordinationibus ad bonum ejus regimen spectantibus, quæ omnia confirmat & approbat, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & singulos juris & facti defectus (si qui desuper quomodolibet intervenerint) supplet *Innocentius XI. in Constit. quæ incipit* Sacrosancti Apostolatus Officium, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 162. ¶ Vide infra 1688. 16. Nov. 3769

1682. 12. Jun. —— Quando agitur de jurisdictione tributa inferiori in præjudicium habentis ordinariam potestatem, materia dicitur odiosa & exorbitans, cùm patiatur expressam Juris resistentiam, 3770

quæ efficit ut certis actibus tributis, illi solùm concessi intelligantur, non autem qui non sunt specificè expressi, etiamsi essent annexi & connexi, cùm aliàs admitteretur extensio in re, in qua illam explicitè jura abhorrent, Felin. *in cap. auditis, num. 9. vers. cæterum, de præscript.* Fermosin. *in cap. cùm contingat, qu. 2. num. 14. de for. comp.* & ex eis dixit *Rota apud* Petra *in Comment. ad Constit. Apostol. tom. 2. circa Constit. 6. Alex. III. sect. 1. n. 44. pag. mihi* 137.

1682. 15. Jun. —— Ordinarii consensus omninò re- 3771
quiritur, quando Juspatronatus titulo particulari transfertur in Laicum, juxta text. *in cap. Præterea, il 2. de Jurepatr.* & notant Vivian. *de Jurepatr. cap. 4. lib. 4. num. 2.* Lambert. *eod. tract. lib. 1. par. 2. quæst. 4. art. 2.* licèt enim donatio Jurispatronatus facta Ecclesiæ seu loco Religioso absque Ordinarii consensu sustineatur de Jure, per text. *in cap. unic. de Jurepatr. in 6. cap. illud, vers. licèt Loco Religioso, eod. tit.* attamen non omnia dicuntur Loca Religiosa, neque strictè Pia, nisi ea dumtaxat quæ Auctoritate Ordinaria fuerint instituta, quæque alia contineant ad hunc effectum necessaria, juxta text. *in cap. ad hæc*, cum ibi communiter per Doctores notatis *de Relig. Domib.* Abb. *consil. 31. num. 2. par. 1.* Castrens. *consil. 301. sub num. 2. vol. 2.* Paris. *consil. 34. num. 9. & plur. seqq. lib. 4.* & ex eis dixit *Rota in Romana Jurispatronatus coram* Ursino, *decis. recentior. par. 19. tom. 2. decis. 630. sub num. 8. & 9.*

1682. 22. Sept. —— Licet Regularibus in eorum 3772
Conventu sito in Loco, ubi Dominus Loci exigit unum pro quindecim ab Ecclesiasticis pro coctura panis in Furnis sibi competentibus, habere Furnum pro eorum usu & viventium sumptibus Conventus, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Materanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dicta Congreg. verb.* Regularis, *sub num. 12.*

1682. 9. Oct. —— Omnes monachandæ in quolibet 3773
Mo-

Monasterio etiam Regularibus subjecto teneantur facere Exercitia Spiritualia juxta formam promovendis ad Ordines Romæ præscriptam in Constitutione Alexandri Septimi incipiente *Apostolica sollicitudo*: Hæc autem Spiritualia Exercitia faciant dictæ Moniales per decem dies antequam recipiantur ad Habitum & admittantur ad Novitiatum: Eadem quoque repetantur per decem itidem dies antequam ad Professionem admittantur, ad quam recipi non debeant, nisi adimpleverint hanc sanctam Præparationem: Omnibus pariter possibilibus diligentiis, sed modis suavibus & discretis curetur, ut etiam omnes Moniales professæ saltem semel in anno per aliquod tempus opportunum faciant prædicta Exercitia pro spiritus renovatione tam necessaria profitenti perfectionis statum in Clausura, prout præcipit *Congregatio Concil. de mandato Innocentii XI. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in Appendice, pag. mihi 471. num. 1.* ubi *num. 7. ait, quod* Monialibus ea, quæ in tribus Votis solemnibus includuntur, solet in prædicta exercitatione proponi meditanda: nec non ea quæ Divus Bonaventura in suo pulchro Alphabeto Religiosis Viris incipientibus affert.

1682. 14. Nov. —— In casu, quo Regulares ad Quartam Funeralem præstandam non teneri substineant, Parochis & non Superioribus Conventuum probare incumbit quadragenariam consuetudinem, eosque quadraginta annis supra publicationem Concilii Tridentini eam solvere consueviſſe, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Causa Minorum de Observantia Provinciæ Poloniæ, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 17. sub num. 4. pag. mihi 145.* 3

1682. 9. Dec. —— Omnimoda Jurisdictio cum Territorio separato ut intelligatur concessa, requiritur, ut ultra exemptionem sit translata in exemptum omnimoda Jurisdictio Episcopalis in Cle- 3775

rum & Populum cum Ecclesia & Parocho atque Cura Animarum, excluso in totum Ordinario, Fagnan. *in cap. significasti, de offic. Archidiac. sub numer.* 17. *circa med. vers. illud tamen certissimum est*, juncto *num.* 19. & benè declarat Lotther. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 24. *à num.* 112. *usque ad num.* 126. Quidquid igitur per Privilegium exemptionis non adimitur, censetur Ordinario præservatum: & actus facti ab Abbatibus eo tempore, quo erant insimul Episcopi, præsumuntur potius exerciti ex titulo Ordinariæ Jurisdictionis, prout dixit *Rota in Leodien. Jurisdictionis super bono Jure coram* Albergato, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 640. *sub num.* 1. & habetur etiam apud Joseph. de Prosper. *in Tract. de Territor. separ. decis.* 1.

1683. 7. Maii. —— Juspatronatus fundatum à Laico & de Bonis prophanis, ac relictum Confraternitati Laicorum nullo Religionis signo distinctæ nec Ordinarii auctoritate erectæ, reputatur laicale, ut pluribus citatis Auctoribus dixit & firmavit *Rota in Barchinonen. Beneficii coram* Caccia, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 661. *sub num.* 4. 3776

1683. 21. Jun. —— Ubi proximiores vocati sunt per simplicem vulgarem, nunquam Religiosi censentur excluſi, ut advertunt Bald. *consil.* 396. *in fin. lib.* 3. Carill. *decis.* 266. *num.* 9. ad exclusionem igitur Religiosorum non sufficit, quod Testator desideraverit propagationem Descendentiæ seu carnale Matrimonium in vocatis, nisi absolutè rejecerit spirituale verbis expressis vel saltem æquipollentibus, Coccin. *decis.* 1379. *numer.* 8. 23. 29. *& seqq.* Dunoz. jun. *decis.* 433. *num.* 21. *& decis.* 938. *num.* 1. & ex eis dixit & firmavit *Rota in Romana Fideicommissi de Tito coram* Benincasa, *decis. recentior. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 671. *sub num.* 5. *& 9.* 3777

1683. 23. Jun. —— Plures Dispensationes à Clemente Decimo concessas transeundi ab Ordine Cassinensium ad Hospitalarios Sancti Spiritus in Saxia, & ab his ad aliquem ex Ordinibus Militaribus San- 3781

cti

cti Jacobi Alcantaræ & Calatravæ habet & refert *Rota in Cephaluden. Penſionis coram* Urſino, *apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 4. circa Conſtitut. 8. Eugenii IV. ſub numer. 26. pag. mihi* 512.

1683. 30. Jun. — Conventus Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia in Inſula Maderæ exiſtentes, à Provincia Portugalliæ ejuſdem Ordinis diſmembrantur ac in Cuſtodiam eriguntur: Hanc autem diſmembrationem à Miniſtro Generali Ordinis præfati approbatam confirmat, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & ſingulos juris & facti defectus (ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint] ſupplet *Innocentius XI. in Conſtit. qua incipit* Nuper pro parte, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Hiſtorico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 179. 3778

1683. 5. Jul. — Fratres Ordinis S. Joannis de Deo, & eorum Eccleſiæ ac Hoſpitalia per ipſos adminiſtrata, ſunt exempta & immunia ab omni ſuperioritate & juriſdictione alterius Parochiæ, ita ut intra eorum ſepta & Conventus ipſimet dicuntur Parochi Infirmorum, & exercent in illis Jura Parochialia ex Indultis Pontificiis: Superiores autem Religionum nequeunt abſque Beneplacito Apoſtolico renunciare ſive præjudicare Privilegiis & Conceſſionibus toti Ordini conceſſis, ut tradit Fagnan. *in cap. quad ſuper his, num. 17. de major. & obedien.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Palentina invaliditatis Concordiarum coram* Emerix, *tom. 2. deciſ. 606. ſub num. 2. & 6.* 3779

1683. 18. Nov. — Conventus S. Franciſci Mantuani & S. MARIÆ Gratiarum ac S. Rochi della Volta & S. MARIÆ Angelorum Terræ Hoſtiliæ ad Provinciam Venetam, ac Conventus Terrarum Viadanæ & Guaſtallæ ad Provinciam Bonienſem Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia ſpectantes, necnon Monialium Monaſteria curæ & gubernio eorundem Conventuum reſpectivè 3781

vè subjecta perpetuò separat & dismembrat, ac Provinciæ Mediolanensi dicti Ordinis unit & incorporat *Innocentius XI. in Constitut. quæ incipit* Militantis Ecclesiæ, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 233. ¶ Dictam tamen unionem & incorporationem revocavit, & prædictos Conventus & Monasteria dictis Venetæ & Bononiensi respectivè Provinciis restituit idem Pontifex *anno* 1688. 30. *Jul. ibid. Constit. quæ incipit* Ex commissæ, *pag.* 234.

1684. 21. Febr. —— Curati Ecclesiarum Parochialium, quæ sunt unitæ Mensæ Monachorum, non habent statum collativum, sed deputantur ad illas etiam Monachi ad nutum Abbatis, prout dixit & firmavit *Rota in Burgen. Juris deputandi Curatum coram* Albergato Decano, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. in fine, decis.* 12. 378

1684. 21. Febr. —— Beneficium Sæculare per Unionem Monasterio Regularium factam acquirit naturam Regularis, juxta notata per Gloss. *in Clement. unic. §. quidam etiam, verb. ad mensam, post med. & circa fin. de excess. Prælat.* Lotther. *de re benefic. lib. 1. quæst. 33. num. 93.* Hoyed. *de incompat. par. 1. cap. 15.* & ex eis dixit *Rota in Burgen. Juris deputandi Curatum, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. in Append. decis. 12. num. 3.* 379

1684. 26. Febr. —— Facultas Episcopi visitantis competit etiam in Ecclesias pertinentes ad Fratres Capellanos Religionis Hierosolymitanæ, in quibus Episcopus Visitator sive ejus Delegatus potest fundationes Beneficiorum recognoscere, & an piæ Testantium voluntates executioni mandentur, onera Missarum adimpleantur, rationem administrationis à Capellanis exigere, Decreta edere, & circa alia exquirere quæ materiam peccati concernunt, ut individualiter respondit *Congregatio Concil. in Derthusen.* & antea *in Vulturarien. anno* 1653. 17. *Maii, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 2. sub num.* 49. *pag. mihi* 82. 380

29. Febr.

1684. 29. Febr. —— Non constat, quod sit locus immunis Domus empta à Regularibus ad effectum ampliandi suam Ecclesiam & Conventum, in qua Episcopus unica vice celebravit Sacrum, sed deinde locata fuit Laicis, nec ullum habet ingressum ad Ecclesiam, prout rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Perusina, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dicta Congregationis, verbo* Domus quoad Immunitatem, *sub num.* 11. 3785

1684. 13. Mar. —— Verba, *ne præsumat aliquis quidquam facere, vel molestias inferre in Monachos, seu Clericos, eorumque Bona*, non inducunt Territorium separatum, quia tantùm indicant puram exemptionem passivam, prout dixit *Rota coram* Caccia, & *antea* 1678. 9. *Dec. coram* Albergato, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *circa Constitut.* 6. *Alexandri III. sect.* 1. *sub num.* 53. *pag. mihi* 140. ubi *etiam ait, quod* excluditur ista qualitas ex denominatione talis Diœcesis, *in Gerunden. super manutentione* 1692. 21. *Jun. coram* Molines. 3786

1684. 15. Apr. —— Qui à Conversorum statu ad illum Clericorum transeunt, Præcedentiam non metiuntur à prima Professione, sed à secunda in Statu Clericali, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in una Minimorum S. Francisci de Paula, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 8. *Eugenii IV. sub num.* 17. *pag. mihi* 509. 3787

1684. 18. Apr. —— Eques Professus Ss. Mauritii & Lazari gaudet Privilegio Fori, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Mediolanen.* & antea *in Interamnen. anno* 1683. 27. *Mar. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dicta Congregationis, verbo* Equites Ss. Mauritii & Lazari, *sub num.* 1. 3788

1684. 10 Jun. —— Facultas cognoscendi causam nullitatis Professionis conjunctim cum Episcopo, competit Superioribus etiam in casu, quo Religio se opponat & contradicat, ut censuit & respondit *Congregatio Concil. in Olomucen. apud* Monacel *in Formular.* 3789

mular. leg. pract. par. 2. in Appendice, pag. mihi 401.
¶ Vide supra, 1665. 12. Dec.

1684. 11. Jul. —— Non constat esse locum immunem Capannam spectantem ad Regulares, positam in distantia quinquaginta septem palmorum ab Ecclesia, & septem à Claustro Regularium, quæ est locata Laico, & est intra ambitum Civitatis, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Albanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Domus quoad Immunitatem, *sub num.* 12.

1684. 9. Sept. —— Fratres Capellani Religionis Hierosolymitanæ Curam Animarum habentes, tenentur accedere ad Synodum & ad Congregationes Casuum Conscientiæ præscriptas ab Episcopo, qui potest illos cogere Juris remediis, prout resolvit & respondit *Congregatio Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. sub num.* 158. *pag. mihi* 141. *in supplem. ad 3. tom.*

1684. 12. Sept. —— Colonus partiarius Abbatiæ commendatæ Fratribus Minoribus, vivens plusquàm pro medietate anni ex fructibus Coloniæ, non gaudet privilegio fori, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Assisien. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Colonus Commendæ, *sub num.* 6.

1685. 14. Apr. —— Licèt Congregationi S. Mauri Ordinis S. Benedicti in Flandria Belgica sint concessa à Gregorio Decimoquinto & ab Urbano Octavo (prout supra, 1621. 17. Maii, & 1628. 21. Jan.) omnia Privilegia Cassinensium & Mendicantium ac non Mendicantium & aliorum, non ideo Monachi dicti S. Mauri habent facultatem absolvendi in utroque foro, ac dispensandi super Censuris & Irregularitatibus Monachos suos, qui ante Religionis ingressum, homicidiis voluntariis & involuntariis ac aliis patratis facinoribus Irregularitates & Censuras incurrerint, prout censuit *Congregatio Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. form.*

2. *form.* 4. *tit.* 13. *num.* 35. *pag. mihi* 120. & iterum *par.* 4. *num.* 318. *pag.* 89. *in supplem. ad d.* 2. *par.*

1685. 14. Apr. —— Non possunt Capuccini dare Habitum Tertiariis, & admissæ ab istis non fruuntur Privilegiis, prout declaravit & censuit *Congregatio Concil. in Chien. Tertiariarum, apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 15. *Martini V. sub num.* 25. *pag. mihi* 476. 3794

1685. 4. Maii. —— In controversiis, quæ contra Monasteria diriguntur, ipsa Monasteria, non Generalis conveniuntur, & sic etiam non Magnus Magister, sed Eques Hierosolymitanus, qui possidet, debet citari, Eminentiss. de Luc. *de Judic. disc.* 9. *sub num.* 38. & ex eo dixit & firmavit *Rota in Toletana Jurisdictionis super Attentatis coram* Pauluccio, *in additam. ad Theatr.* Cardin. de Luc. *decis. vol.* 1. *decis.* 1. *de Jurisdict. sub num.* 9. *pag. mihi* 34. 3795

1685. 15. Maii. —— Quando Regulares & Moniales vendunt fraudolenter panem coctum in propriis Furnis in præjudicium Communitatis, Archiepiscopus provideat pro sua prudentia cum facultatibus Sacræ Congregationis, ne sequantur fraudes sub pœnis gravissimis, & quoad Regulares, etiam privationis vocis activæ & passivæ, non tamen Censurarum, prout rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Panormitana, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Furnus, *sub num.* 22. 3796

1685. 25. Jun. —— Amplam Jurisdictionem activam inducere non possunt verba exemptiva directa in Ecclesiis cum suis pertinentiis, ex quibus inducivaleat expressio confinium & inducatur separatio Territorii: important tamen exemptionem passivam à quocunque Ordinario non solùm principalis Ecclesiæ seu Monasterii, sed omnium dependentium, & eorum quæ sunt de ejusdem pertinentiis, ad quorum probationem non requiritur ille rigorosus modus, quo probari debet dominium principaliter, sed incidenter probatio sufficit ex adminiculis 3797

& præ-

& præsumptionibus, ut concessa dicta exemptione passiva in principali Ecclesia seu Monasterio, etiam concessa intelligatur in eorundem pertinentiis, ut benè explicando docet *Rota in Celsonen. Jurisdictionis coram* Florez, *& antea in ead.* 1666. 2. *Apr. coram* Carpineo, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *circa Constitut.* 6. *Alexandri III. sect.* 1. *sub num* 43. *pag. mihi* 137.

1685. 5. Aug. —— Religioso Professo non licet Testamentum à se conditum ante emissam Professionem moderari per viam declarationis, prout censuit & rescripsit *Congregatio Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. tom.* 4. *sub num.* 277. *pag. mihi* 82. *in supplemen. ad* 2. *tom.* 3790

1685. 16. Sept. —— Omnibus & singulis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Superioribus, Provincialibus, localibus, eorumque Subditis injungitur sub pœna privationis Officiorum Ordinis immediatè incurrenda, ne ullo unquam tempore quavis occasione vel prætextu ad instantiam & preces cujusvis indulgeant aut consentiant, suppellectiles, Vasa, Ornamenta, Vestes, atque omnis generis res spectantes aliquo modo ad eorum Ecclesias, Capellas, Altaria, Oratoria, Sacristias, extra illa ad usum vel officium cœterorum distrahi, asportari, seu aliis ab ipsis Minoribus Observantibus commodari, quin prius accesserit consensus saltem ultra duas partes totius Capituli cujuslibet respectivè Conventus per secreta suffragia singulis vicibus præstandus, nec non à Patre Ministro Provinciæ authenticè confirmandus: Hoc autem Decretum à Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione emanatum (salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis) approbat & confirmat *Innocentius XI. in Constit. quæ incipit* Aliàs, *apud* Diaz *in Director. trium Ordin. Const.* 7. *pag.* 245. & refert etiam Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 193. 3791

1685. 20. Sept. —— Omnibus & singulis Ordinis 3800

Fra-

Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Superioribus Provincialibus, Localibus, eorumque Subditis injungitur sub pœna privationis Officiorum Ordinis immediatè incurrenda, ne ullo unquam tempore, quovis prætextu vel quæsito colore permittant aut consentiant, Sæculares quoscunque ingredi septa suorum Conventuum, deferendo per Sylvas aut Hortos vel Prata Sclopos ad venandum, sive alia armorum genera, vel illa apud Fratres tam Superiores quàm Subditos deponere, pariterque ludere quomodolibet per Claustra & alia Loca publica vel privata ipsorum Conventuum, & convivere ac pernoctare in eis ultra triduum tantùm piæ hospitalitatis titulo: Hoc autem Decretum à Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione emanatum approbat & confirmat *Innocentius XI. in Constitut. quæ incipit* Emanavit aliàs, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 18. num. 29. & 30. pag. mihi* 184. ex Direct. trium Ordin. *Const. 8. pag. mihi* 249. & refert etiam Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 194. ¶ Hanc prohibitionem extendendam esse etiam ad Clericos, exceptis tamen Clericis qui exemplarem vitam ducunt, censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* eundem Matthæucc. *ibid. sub num.* 31.

1685. 16. Oct. —— Prædicatores quicunque de Corpore Observantiæ S. Francisci (sive sint Observantes sive Reformati, Discalceati, & Recollecti) eleemosynas Prædicationis prætextu oblatas penitus non recipiant, nec de illis sub quovis prætextu vel quæsito colore disponere aut quomodolibet tractare præsumant & audeant, sed si absoluta Prædicatione, vel ante, contigerit fieri à quovis genere Personarum Prædicatoribus ipsis eleemosynarum oblationem, respondeant, Syndicis Conventuum duntaxat liberè & integrè transmittendam & consignandam fore: Quod si constiterit quempiam Prædicatorum per se aut per alios pecuniam recipere vel recepisse, proprietatis pœna omninò puniatur, & 3801

acti-

actibus legitimis per sexennium privetur, quam pœnam etiam Guardiani subeant, si eorum culpa vel negligentia contrafieri contigerit. *Innocentius XI. in Constitut. quæ incipit* Exponi Nobis, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 14. num. 13. pag. mihi* 154. ex Direct. trium Ordin. *Constitut. 6. pag. mihi* 238. & refert etiam Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 194.

1686. 16. Jan. —— Vicarii Priorum particularium nullam habent facultatem erigendi Tribunal, quod soli Judici ordinario de Jure competit, ut post Cardin. *in Clem. 2. §. Notorium, de re judic.* tradit Lancellott. & Corrad. *in Templ. Judic. lib. 2. cap. 1. in verb. Consistorium, num. 2. fol.* 138. & ex eis dixit & firmavit *Rota in Toletana Jurisdictionis super excessibus coram* Ursino, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol. 1. decis. 3. de Jurisdict. sub num.* 10. *pag. mihi* 39. 380

1686. 19. Jan. —— Episcopus visitaturus Clausuram Monialium Regularibus subjectarum non tenetur ante accessum præfinire eisdem Monialibus diem & horam Visitationis: nec in Ecclesiis dictarum Monialium non curatis potest idem Episcopus seu de ejus mandato Vicarius Generalis visitare Sanctissimum Sacramentum, Olea Sacra, Confessionalia, & Sepulturas, nisi in his quæ concernunt observantiam Clausuræ, & quatenus non adsit legitima consuetudo in contrarium: In casu autem resistentiæ Monialium non potest fores Ecclesiæ frangere, Tabernaculum violenter aperire, Ecclesiam interdicere, & Eucharistiæ Sacramentum ad aliam Ecclesiam transferre, nisi in casibus spectantibus ad Clausuram: nec Episcopo Monasteriorum Clausuram visitare volenti tenentur dictæ Moniales erigere in Ecclesia exteriori vel interiori Sedem cum Baldachino, sed solummodò sufficit illi stratum præparare in utraque Ecclesia, prout respondit *Congregatio Concil. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 13. sub numer.* 18. 381

19. 20.

19. 20. & 21. *pagin. mihi* 143.

1686. 19. Jan. —— Episcopus Clausuram Monialium Regularibus subjectarum visitaturus, quoad alias Personas secum ducendas servare debet Constitutionem Gregorianam supra positam & editam anno 1581. 23. Decembris: Eundem verò Episcopum dictam Clausuram visitaturum non tenentur Moniales omnes excipere personaliter cum Cruce, & Cantico *Benedictus*: nec ipiæ Moniales tenentur in ipso Clausuræ ingressu adornare stratum, ibique genuflectenti Episcopo non debet Monialis aliqua porrigere Crucem deosculandam: Potest tamen Episcopus Clausuram ingressus pro suo libito convocare dictas Moniales omnes in Choro interiori, aut in alio loco, & ad eas sermonem habere: sed non potest absolutè & indifferenter visitare Cellas dictarum Monialium, etiam quoad non spectantia ad eandem Clausuram, prout respondit *Congregatio Concil. apud* eundem, *ibid. sub num.* 22. 23. 24. 25. & 26. 3804

1686. 19. Jan. —— Pro validitate Renunciationis faciendæ à Novitiis, isti tenentur se personaliter conferre ad Episcopum vel ejus Vicarium Generalem aut alium deputandum, qui in actu ipsius Renunciationis præstet licentiam renunciandi, nec satis est obtinere licentiam hujusmodi ante Renunciationem mediante Rescripto faciendo, supplici libello ad Episcopum vel Vicarium Generalem ad hunc effectum mittendo, prout instantibus PP. Carmelitis Reformatis Terræ S. Viti respondit *Congregatio Concil. in Praenestina Renunciationis*, *apud* Lantusca *in fine Theatri Regul. Decreto* 33. *pag. mihi* 825. 3805

1686. 25. Jan. —— Duo Decreta supra posita & edita anno 1685. 16. & 20. Septembris extendenda esse etiam ad Familiam Ultramontanam Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia sub iisdem pœnis in ipsis contentis censuit, prout præsentis Decreti tenore extendi & exequi mandat *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Diaz *in Director. trium Ordin.* 3806

din. S. Franc. par. 2. de Capit. gener. pag. ult. 80.

1686. 21. Mar. —— Ordinariis locorum injungi- 380
tur, ut Constitutiones Apostolicas Pauli Secundi & Urbani Octavi (de qua supra, 1638. 5. Oct.) ad Habitus Ordinis S. Francisci delationem spectantes, juxta earum tenorem executioni omninò demandent, prout instantibus Fratribus Minoribus de Observantia, & Reformatis, ac Capucci nis injungendum censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. stante rem ssione libelli per Innocentium XI. facta, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 3. sub num. 2. & 3. pag. mihi 21.* & refert etiam Diaz *in Director. trium Ordin. S. Franc. pag. mihi 279.* ac Julius de Vener. *in Chronol. Hist.-leg. Seraph. Ord. pag. 218.*

1686. 17. Maii. —— Exclusione Religiosorum ob 380
favorem certæ lineæ facta à Testatore, tunc non prohibetur, quin veniant Religiosi & pro eis Monasterium, evacuata tali linea contemplata, ut dixit *Rota in Bononien. Fideicommissi de Ghisellis coram* Hervault, *& antea in Romana Fideicommissi de Tito* 1683. 21. *Jun. ac* 1684. 23 *Jun. coram* Benincasa, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 1. Clementis IV. sect. 1. sub num. 14 pag. mihi* 362.

1686. 27. Maii. —— Commissario Generali Curiæ 380
pro Ultramontana Familia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia committitur, quatenus à Religiosis, qui ex Provinciis dictæ Familiæ ad Romanam Curiam ad propria seu earundem Provinciarum negotia peragenda negligunt notabiliter prætextu dictorum negotiorum Divinis Officiis interesse, vitam communem colere, debitamque observantiam & disciplinam regularem servare (nisi aliquo speciali Sedis Apostolicæ Indulto & Privilegio muniti sint) Statutorum generalium dispositionem, cæteraque laudabiles consuetudines fideliter observari faciat, contumaces verò & inobedientes juxta eorundem Statutorum formam & præscriptum corrigat & puniat: Hoc autem

tem Decretum à Cardinali Seraphici Ordinis Protectore emanatum approbat & confirmat *Innocentius XI. in Constit. quæ incipit* Religionis zelus, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 214. & refert etiam Diaz *in Director. trium Ordin. S. Franc. Constit.* 10. *pag.* 261.

1686. 30. Maii. —— Omnibus & singulis Ordinis 3810
Minorum S. Francisci de Observantia Fratribus, & aliis universis Christifidelibus ubivis locorum existentibus ac cum iisdem Fratribus ad pia opera cooperantibus circa Doctrinam Christianam, quam dicti Fratres solent Pueros & Adultos docere, amplissimas perpetuis futuris temporibus valituras Indulgentias concedit *Innocentius XI. in Constit. quæ incipit* Pietatis, *apud* Diaz *in Director. 3. Ordin. Constit. 4. pag.* 206. & refert Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 196.

1686. 19. Jun. —— Nonnulla Decreta à variis Sa- 3811
cris Congregationibus emanata super exemptione & Privilegiis Syndicorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum approbat, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur (salva tamen in præmissis auctoritate earundem respectivè Congregationum Cardinalium] adiicit *Innocentius XI. in Constitut. quæ incipit* Aliàs pro parte, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 22. sub numer. 2. pag. mihi* 156.

1686. 28. Jun. —— Decretum à Ministro Generali 3812
totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci emanatum circa Concionatores Missionarios dicti Ordinis de Observantia, & circa gubernium Collegiorum seu Seminariorum ad ipsorum institutionem in Provinciis Hispaniæ & Indiarum erectorum & erigendorum, nec non à Cardinali Ordinis præfati Protectore approbatum confirmat *Innocentius XI. in Constit. quæ incipit* Ecclesiæ Catholicæ, *apud* Diaz *in Director. trium Ordin. Constit. 2. pag.* 151. & refert etiam Julius de Venet. *in Chronolog. Hostorico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 197. ¶ Sub ampliori forma Sta-

tuta ad dictorum Seminariorum gubernium edita confirmat idem Pontifex *dicto anno 1686. 16. Oct. ibid. pag.* 207. & habet d. Diaz *pag.* 174.

1686. 24. Aug. —— In Edicto Episcopi prohibentis 3813
Regularibus administrationem Sacramentorum sine licentia, si adsit pœna Excommunicationis, delenda sunt verba *ipso facto incurrendæ*, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Miden. Decretorum*, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 1. circa Constitut. 1. Leonis IX. sect. 3. sub num* 51. *pag. mihi* 206.

1686. 24. Aug. —— Regulares Ordinandi debeant 3814
habere Dimissorias ab Episcopo vel saltem testimoniales, aliàs Ordinati remaneant suspensi ab Ordine suscepto: & hoc Synodi Decretum confirmandum esse juxta formam tantùm Decreti Clementis Octavi (de quo supra 1596. 15. Mar.) censuit & respondit *Congregatio Concil. in d. Miden. Synodi, apud* Petra *in dd. Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 3. Bonifacii IX. sub numer.* 13. *pag. mihi* 363.

1686. 10. Oct. —— In generali Indulgentiarum re- 3815
vocatione, quæ in Brevi Romani Pontificis Pauli Quinti supra posito & edito anno 1606. 23. Maii habetur, minimè comprehenduntur Personæ, quæ substantialia Religionis Vota non emittunt, intra vel extra Claustra degentes: Et hoc Responsum à Sacra Indulgentiarum Congregatione ad favorem Personarum de Tertio Ordine emanatum confirmat & approbat *Innocentius XI. in Constitut. quæ incipit* Aliàs, emanavit, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 6. quoad Indulgentias, sub numer.* 11. *pag. mihi* 74. ex Direct. trium Ordin. *Constitut. 1. pag. mihi* 148.

1686. 22. Jan. —— Indulgentiam Plenariam, quam 3 16
Gregorius Decimusquintus omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia & Reformatorum die secunda Augusti visitan-

sitantibus (per Breve de anno 1622. 4. Julii) perpetuò concessit, etiam Christifidelium Animabus Deo in charitate conjunctis per modum suffragii applicari posse etiam perpetuò concedit & indulget *Innocentius XI. in Constitut. quæ incipit* Aliàs, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 6. quoad Indulgentias, sub num. 16. pag. mihi 76.*

1687. 31. Jan. —— Judicia Matrimonialia & Criminalia inferiorum Prælatorum etiam exemptorum debent coram Ordinario pertractari, nisi in contrarium adsit Privilegium Apostolicum favore alterius concessum, prout dixit *Rota in Toletana Jurisdictionis coram* Rondinino, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol. 1. decis. 5. de Jurisdict sub numer. 1. & 2. pag. mihi 45.* 3817

1687. 1. Mar. —— Manutenendus est Abbas S. Vincentii in Vulturno in possessione vocandi Episcopum sibi benè visum, ad effectum administrandi Sacramentum Confirmationis in ejus Abbatia, salvo tamen jure Episcopi vicinioris, prout rescripsit *Congregatio Concil. in Isernien apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 14. Innocentii IV. sub num. 52. pag. mihi 141.* 3818

1687. 1. Mar. —— Fratres Conventus S. Dominici de Bononia (qui vigore Contractus onus Missarum susceperunt) restituendo libras 410. liberari non valent ab onere in posterum celebrandi Missas, nec locus est reductioni earundem Missarum juxta proportionatam quantitatem hodierni redditus dicti capitalis librarum 410. & Archiepiscopus cogat, prout respondit *Congregatio Concil. in Bononien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. sub num. 466. pag. mihi 111. in supplemen. ad 2. tom.* 3819

1687. 1. Mar. —— Sacerdos Regularis absque peculiari Sedis Apostolicæ Indulto non potest in Domo rurali Monasterii celebrare, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Dubio Oratorii, apud* Petra *in Comment. ad Constit. Apostol. tom. 2. circa Const. 8. Honorii III. sect. unic. sub n. 53. pag. mihi 498.* 3820

1687. 8. Apr. —— Simplex Affictuarius Cauponæ Conventus Regularium non gaudet privilegio fori, prout declaravit & reſcripſit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ in Arianen. apud* Riccium *in Synopſi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Affictuarius, *ſub num.* 11. 3811

1687. 8. Apr. —— Qui fecit oblationem omnium ſuorum Bonorum poſt mortem ad favorem Conventus habitans in propria Domo, non gaudet exemptione à taxa ſolvenda Locandariis, prout cenſuit & reſpondit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ in d. Arianen. apud* d. Riccium *in Synopſi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Oblatus, *ſub n.* 9. 3812

1687. 27. Maii. —— Domus Commendæ Religionis Hieroſolymitanæ habens in inferiori parte Cauponam tenentem communicationem internam media parte Domus ſuperiori cum Eccleſia, non gaudet immunitate, & claudatur aditus ad Eccleſiam, prout declaravit & reſcripſit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ in Peruſina, apud* Riccium *in Synopſi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Domus quoad Immunitatem, *ſub num.* 7. 3813

1687. 6. Jun. —— Laudemium ex melioramentis non debetur, quoties illa conſiſtant in Monaſterio, quod cedere non poteſt ſolo, prout dixit & firmavit *Rota in Romana Quindenniorum coram* Beninca ſa, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *deciſ. vol.* 1. *deciſ.* 18. *de Servitutib. &c. ſub numer.* 11. *pag. mihi* 124. 3814

1687. 14. Jun. —— Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ S. Agathæ de Cremona Canonicorum Lateranenſium non licet uti Baldachino, niſi ſimplici ad formam Decreti Alexandri Septimi ſupra poſiti & editi anno 1659. 27. Septembris: Circa candelas cùm privatim celebrat, ad mentem, & mens eſt, quod ſe abſtineat: Aſſociatio ſibi competit tantùm inter ſpetra Eccleſiæ: Tenetur cooperire Baculum Paſtoralem velo albo, ac eidem non licet eo uti in Proceſſionibus extra ſuam Eccleſiam & Juriſdictionem fa- 3815

faciendis; ita pariter de Mitra juxta tenorem Bullæ Pii Quarti: Non potest eundo per Ecclesiam Benedictionem impartiri: Potest suppellectilem suæ Ecclesiæ benedicere, non autem aliarum Ecclesiarum sibi non subditarum, nisi habeat Indultum: nec potest desumere Paramenta ex Altari, cùm privatim celebrat, prout respondit *Congregatio Rit. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in supplemen. ad 2. tom. pag. 53. num. 88.*

1687. 20. Jun. —— Episcopus in Ecclesiis Parochialibus Regularium potest inire Visitationem, & si minus idoneos Ministros exercentes Curam Animarum invenerit, potest illos amovère si ad nutum amovibiles erant, si titulares suspendere: Non tamen potest deputare Oeconomos sæculares, nisi præcedenter monitis Superioribus Religionis, ut intra brevem terminum alios deputent prius ab ipso Episcopo examinandos: sicut etiam nequit propria authoritate conferre Beneficia, quæ sunt in statu Regularitatis, vel saltem super hoc magna adest dubitatio, non expectata priùs declaratione super illorum Sæcularitate, prout dixit *Rota in Toletana Jurisdictionis coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol. 1. decis. 8. de Jurisdict. sub num. 10. & 12. pag. mihi 47.* 3826

1687. 19. Sept. —— Nec Constitutiones Apostolicæ, nec oppositiones aliorum Regularium obstant in translatione Conventus, qui fit in alio situ ejusdem Loci, prout resolvit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Causa Gerunden. inter Fratres Carmelitas Calceatos, & Patres Societatis JESU de Abrich, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. formul. 19. sub num. 4.* ubi plures aliæ Decisiones. 3827

1687. 20. Nov. —— Innocentius XI. sequentem damnavit Propositionem, videlicet: *Prapositis obediendum est in exteriore, & latitudo Voti Obedientia Religiosorum tantummodo ad exterius pertingit: in exteriore verò aliter res se habet, quò solus Deus, & Di-* 3828

rector. intrant. In Libello pluribus in locis impresso, Proposit. 65. Michaelis de Molinos.

1687. 15. Dec. —— Si Fratribus Minoribus Ordinis S. Francisci legatum fieret per modum eleemosynæ cum onere tantùm Missarum, Fratres prædicti non possunt illud exigere nec acceptare, etiamsi vellent erogare quantitatem legati in reparationem fabricæ Conventus, prout declaravit *Congregatio Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. sub num. 136. pag. mihi 16. in supplemen. ad 1. tom.* 380

1688. 28. Jan. —— Revocatis antiquis Indulgentiis, omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus, quamdiu Cruces, Coronas, aut Rosaria dumtaxat, quæ Loca Terræ Sanctæ & Sacras Reliquias ibi existentes tetigerunt, penes se habuerint, in cujuslibet eorum mortis articulo, si verè pœnitentes & confessi ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, Nomen JESU ore (si potuerint) sin minus corde devotè invocaverint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam perpetuò concedit *Innocentius XI apud* Diaz *in Director. trium Ordin. S. Franc. pag. mihi 307. sub num. 60.* 380

1688. 10. Febr. —— Litteræ Leonis Decimi supra positæ & editæ anno 1518. 1. Julii, quoad Moniales S. Claræ ac alias sub cura Fratrum Minorum S. Francisci degentes executioni demandentur, & Statuta jussu Clementis Octavi emanata ac alia in generali Capitulo de anno 1639. edita & in ultimo Capitulo generali Romæ habito renovata seu denuò intimata observentur, prout datis Executoribus observari mandat *Innocentius XI. apud* Diaz *in Director. trium Ordin. S. Franc. Constit. 9. qua incipit* Exponi Nobis nuper fecit, *pag. mihi 253. & refert etiam* Julius de Venetiis *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. 215.* 381

1688. 13. Febr. —— Communicatio Privilegiorum Equitum Melitensium indulta inclyto Ordini 383

Theu-

Theutonico à Summis Pontificibus non suffragatur quoad Beneficia & Ecclesias sæculares, nam hujusmodi exemptio non conceditur indistinctè quoad omnia Beneficia & Ecclesias etiam sæculares, quæ sitæ reperiuntur in Districtu Commendarum seu Prioratuum, sed tantummodò quoad Monasteria, Ecclesias, Beneficia, aliaque Loca Regularia: ideoque Ordo Theutonicus, qui uti vult præfatis Privilegiis, probare debet qualitatem regularem Ecclesiarum & Beneficiorum, ut dixit *Rota in Olomucen. Jurisdictionis coram* Emerix, *tom.* 2. *decis.* 811. *sub num.* 3.

1688. 21. Febr. —— Spectat ad Episcopum Benedictio pro Concionatore, qui prædicare debet in Ecclesia Conventuali Ordinis Militaris S. Stephani, ut declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Pisana Jurisdictionis ad XVIII. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *sub num.* 205. *pag. mihi* 26. *in supplemen. ad* 1. *tom.* 3838

1688. 13. Mar. —— Archiepiscopi & Episcopi Regni Neapolis intimari faciant Superioribus Ecclesiarum suæ Diœcesis tam Sæcularibus quàm Regularibus Decreta sæpius edita, prohibentia Personis Sæcularibus osculum Evangelii, usum Baldachini, & assistentiam in Presbyterio, & in casu trangressionis procedant etiam contra Regulares ad pœnam Interdicti, prout censuit *Congregatio Rituum in Neapolitana*, & postea *anno* 1690. 22. *Apr. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 2. *sub num.* 5. & 6. *pag. mihi* 52. 3839

1688. 10. Apr. —— Quamplurimas Litteras etiam in forma Brevis à nonnullis Summis Pontificibus expeditas, seu Decreta circa formam observandam in erectionibus novorum Conventuum, Hospitiorum, & Habitationum Religiosorum, & circa pœnas infligendas Religiosis quorumcunque Ordinum, qui in Hospitiis Regularibus & Domibus aut Locis Piis non Regularibus illegitimè fundatis seu erectis, & in quibus requisita ad fundationes 3839

& ere-

& erectiones prædictas in dictis Litteris præscripta non inveniuntur, permanere vel vivere seu morari aut degere ausi fuerint, observari præcipit, & Judices contra Regulares transgredientes assignat *Innocentius XI. apud* Diaz *in Director. trium Ordin. S. Franc. Constitut.* 11. *quæ incipit* Exponi Nobis nuper fecit, *pag. mihi* 266. *& refert etiam* Julius de Vener. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag.* 217.

1683. 25. Jun. —— Archivia privata Regularium non probant contra Episcopum, Verall. *decis.* 42. *sub num.* 7. *lib.* 1. & consequenter actus extracti ab Archivio Equitum Regularium Ordinis Theutonici non suffragantur, licèt Scripturæ asserventur registratæ ab Archivista in loco Residentiæ Magni Magistri, & Ordinis præfati, ut dixit *Rota in Olomucen. Jurisdictionis super manutentione coram* Emerix, *tom.* 2. *decis.* 843. *sub num.* 7. 385

1688. 25. Aug. —— Regulares Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum, requisiti ab Agrorum Dominis non possunt absque licentia Parochi benedicere Agros, & maledicere Locustas, & Brugos, & cæteros hujusmodi Vermes, & consequenter neque in hujusmodi functionibus peragendis uti Stola absque dicta licentia, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *formul.* 1. *sub num.* 79. *pag. mihi* 26. 387

1688. 16. Nov. —— Provinciæ novæ Hispaniæ Regularis Observantiæ Ordinis S. Francisci, ultra Conventum de Queretero (de quo supra 1682. 8. Maii) non teneantur nisi alium Conventum formatum præstare, ut in Collegium seu Seminarium Missionariorum erigi possit: loco tamen Conventus ipsis debeant concedere aliquas Doctrinas seu Loca Regularia, in quibus duodecim Fratres non adsint, & id præcipuè fiat in Terris novis conversionibus vicinioribus sub pœnis in Statutis præscriptis rebellibus ac contradictoribus infligendis: Provinciæ autem Peruanæ alios duos Conventus formatos

ad 388

ad hoc idem munus destinare teneantur, in reliquis verò id tantùm observent quod pro Provinciis novæ Hispaniæ sancitum est: Seminaria seu Collegia tam erecta quàm erigenda, nuncupentur Collegia illius Provinciæ intra cujus limites existunt ac sunt fundata, & cum ea commercium spirituale tam pro Vivis quàm pro Defunctis habeant: Et ne membra alterius Provinciæ separata aut independentia unquam censeantur, Superiores Generales tam Indiarum quàm Ultramontanæ Familiæ suam facultatem (quoad ea, quæ ad ipsos spectant) Ministris Provincialibus earundem Provinciarum & non aliàs delegare teneantur, nisi urgens ratio aut gravis causa aliter aliquando suadeat, quia tunc expedit, ut Superior quod justum sit decernere jubeat, prout decrevit *Congregatio de propaganda Fide*, *apud* Diaz *in Director. trium Ordin. par. 2. de Capit. gener. pag. mihi* 74.

1688. 16. Nov. —— In quoliber Seminario dictarum Provinciarum Regularis Observantiæ Ordinis S. Francisci destinentur Eleemosynarii idonei Laici seu Tertiarii, ut Missionarii nunquam à suo munere ob aliquam quæstuationem diverti possint, & nunquam de Seminario recreationis gratia egrediantur, nisi in Communitate, & quando Patri Guardiano & Discretis expediens visum fuerit: Per duas integras horas qualibet die vacent Orationi Mentali, dividendas prout Discretorium cujuslibet Seminarii magis consonum judicaverit, nisi aliquando justa de causa dimidia hora in aliud opus pium commutare ei visum fuerit: Superior Generalis cum Discretorio cujuslibet Collegii quod bonum est & in Statutis non præscriptum decernat cum debita tamen semper dependentia à Sacra Congregatione: & si aliud pro levamine aliquorum Fratrum à Choro & aliis assistentiis tam intra quàm extra Seminaria perficiendis statuere opportunum fuerit, id Superior Generalis cum Discretorio præscribere teneatur, illæsam semper relinquendo Com- 3839

mu-

munitatis strictissimam in omnibus rigiditatem & observantiam : Diffinita denique pro Ex-Diffinitoribus Generalibus & aliis Patribus Ordinis, qui in præfatis Seminariis Missionarii fuerint, sancita etiam intelligantur pro omnibus Patribus Provinciarum qui jure subrogandi in eis fruuntur, ac pro Lectoribus Jubilatis votum perpetuum habentibus qui alicujus Collegii seu Seminarii Scriptores fuerint : Et hæc omnia sub pœnis in memoratis Statutis præscriptis pro rebellibus & contradictoribus inviolabiliter observari mandat *Congregatio de propaganda Fide, apud* eundem, *ibidem*.

1688. 10. Dec. —— Prior Regularis non habet potestatem immutandi statum sæcularem Hospitalis, deputando Regulares, quia soli Papæ id est reservatum, Gloss. *in Clem. Quia contingit, verb. Apostolicæ, de Relig. Domib.* & ex ea dixit *Rota in Olomucen. Jurisdictionis coram* Caprara, *& antea eod. anno* 1688. 13. *Febr.* & 15. *Jun. coram* Emerix, *apud* Piton. *disceptat. Ecclesiasticar. par.* 1. *disceptat.* 23. *sub num.* 10.

1688. 10. Dec. —— Episcopus ex Constitutione Piana (de qua supra, 1571. 22. Sept.) nequit Visitationis jurisdictionem exercère in Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ, pendente lite super Jurisdictione, nisi tamen Episcopi in quasi possessione antiqua exercitii Jurisdictionis existerent : Judex autem Commissarius, coram quo pendet lis inter Subditum & Episcopum, non potest cognoscere absque speciali commissione, an Subdito debeatur exemptio, pendente lite, ab ordinaria Episcopi jurisdictione, Mandos. *de Inhib. qu.* 104. *numer.* 5. *vers. aut loquimur in Judice Delegato*, & ex eo dixit *Rota in Toletana Jurisdictionis coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol.* 5. *decis.* 9. *de Jurisdict. sub num.* 1. & 2. *ac* 15. *pag. mihi* 48.

1689. 10. Jan. —— Sacra Religio Hierosolymitana nequit impedire Episcopo, ejusque Vicario, aliisque Ministris, ne exerceant jurisdictionem ordina-

dinariam ſpiritualem in Populum laicum utriuſque ſexus, Eccleſias, & Perſonas omnes Eccleſiaſticas ſæculares exiſtentes in Territorio Prioratuum, ut dixit & firmavit *Rota in Toletana Juriſdictionis coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *deciſ. vol. 1. deciſ. 15. de Juriſdict. ſub num. 1. pag. mihi 60.*

1689. 10. Jan. —— Epiſcopo, ejuſque Vicario impediri non debet delegata Juriſdictio in concernentibus Curam Animarum & Adminiſtrationem Sacramentorum tam in Eccleſiis Regularibus Curatis quàm in Perſonis illam exercentibus: non tamen poteſt Epiſcopus ob delegatam juriſdictionem excludere Superiorem Regularem à cumulativè Viſitatione earundem Eccleſiarum & Parochorum, jure ordinario; ea ratione, quia juriſdictio delegata non cenſetur Ordinariis tributa privativè ad Superiores Religionis, ſed cumulativè, Fagnan. *in cap. ut Privilegia, de Privileg. num. 44 & in cap. Quanto, num. 31. de offic. Ordin.* Barbola *de Jure Eccleſ. lib. 1. cap. 14. num. 21. verſ. item viſitare*, Gratian. *diſcept. 154. num. 4.* ubi Carol. Ant. de Luc. *ſub numer. 21.* Cardin. de Luc. *diſc. 4. de Juriſdict. num. 4.* non enim implicat, Eccleſias vel Perſonas à pluribus Superioribus viſitari, ab Epiſcopo ſcilicèt jure delegato, & à Superiore Regulari jure ordinario, Trident. *ſeſſ. 24. cap. 3. de reform.* Fagnan. *in cap. nullus, de Paroch. num. 30. & 31.* Cardin. de Luc. *loco citato*, & ex eis dixit *Rota in d. Toletana Juriſdictionis coram* eodem, *ibid. ſub num. 4. 7. & 8.* 3843

1689. 10. Jan. —— Epiſcopus non poteſt impedire omnimodam Juriſdictionem Civilem & Criminalem Superiori Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ in omnes Profeſſos, & Regulares, ac etiam in illos omnes habentes copulativè tria requiſita, ſi nempè actu ſerviant Eccleſiis, aliisque locis Militum, & intra eorum ſepta & Domos reſideant, ſubque eorum obedientia vivant, Marant. *reſpon. 80. à numer. 14. ad 23. part. 5.* Azor. *Inſtit. Moral. par. 1. lib. 14. c. 4. qu.* 3844

4. quæst. 39. Cardin. de Luc. *de Jurisdict. discur.* 101. *par.* 1. *numer.* 14. Monet. *de conservat. capit.* 10. *numer.* 393. & de recenti Sacra Congregatio Concillii *in una Civitatis Plebis* 1665. 27. *Jun.* Prædicta tamen requisita sunt verificanda coram Episcopo, ex Tridentino *cap.* 11. *sess.* 21. *de reform.* ubi Barbosa *numer.* 10. *in fine*, Leo *in Thesaur. Fori Eccles. par.* 2. *cap.* 17. *numer.* 78. Zerol. *in Prax. Episc. par.* 1. *verb. Exemptio, quæst.* 3. Cocchier. *de Jurisdict. in exemptos, quæst.* 30. *numer.* 7. *par.* 1. Maceraten. *variar. resolut.* 1. *cap.* 18. *n.* 5. *vers. nec dubitandum* : Exemptus enim ab Ordinario requisitus, tenetur illi Privilegium suæ Exemptionis ostendere, *cap. cum persona* 7. *de privileg. in* 6. ubi Barbosa *à numer.* 1. *ad* 6. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 6. *sub numer.* 1. & ex eis dixit *Rota in d. Toletana Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. sub num.* 11. *&* 12.

1689. 10. Jan. —— Coloni, Factores, & Affictuarii Religionis S. Joannis Hierosolymitani gaudent exemptione, si habitent & convivant in Domibus Religionis seu Commendis quasi Collegialiter & adinstar Clausstri & sub oculis Superioris ibi præsentis, qui eos videat & corrigat, ut in his terminis tenet Cardin. de Luc. *disc.* 4. *numer.* 9. *vers. dicebatur, circa fin.* ubi *numer.* 8. secus si habitent in ipsorum propriis Domibus, sive Ruralibus Religionis, aut livellariis, vel emphyteuticis, vel aliàs dominio illius, more cœterorum laicorum, ut de mente Sacræ Congregationis Concilii in Faventina affirmant etiam Pignatell. *tom.* 2. *Consultat.* 23. Maceraten. *variar. resolut.* 18. *sub numer.* 4. *vers. secundò*, Spad. *consil.* 157. *sub numer.* 9. *vers. & comprobatur*; & ex eis dixit *Rota in d. Toletana Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. sub num.* 20. 384

1689. 25. Jan. —— Regularis extrahens dolosè Reum criminis nefandi & bestialitatis, ei dicendo, *veni, & noli timere*, & deinceps consignans Curiæ Laicæ incidit in Excommunicationem, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Eccle-* 384

clesiastica in una Nullius Orbitelli, apud Riccium *in Synopsi Decretorum dicta Congregationis, verbo* Regularis delinquens, *sub num* 23.

1689. 12. Febr. —— Novitii pro licentia Episcopi seu ejus Vicarii obtinenda in Renunciationibus, non tenentur personaliter ad Episcopos vel eorum Vicarios accedere, sed satis est, ut renunciandi voluntatem aliis legitimis documentis testatam faciant, prout censuit & respondit *Congregatio Concil. in Mantuana, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. to.* 3. *circa Constitut.* 1. *Clementis IV. sect* 2. *sub numer.* 46. *pag. mihi* 385. ubi *sub numer.* 48. *ait quod* in hujusmodi Renuntiationibus licet Novitiis adhibere Notarium quem maluerint, prout declaravit *eadem Congregatio*. 3847

1689. 13. Mar. —— Monasterium authoritate ordinaria erectum in Fundo Emphyteutico, non cedit solo, nec meliorамenta devolvuntur favore Domini directi, Calderin. *consil.* 5. *de Relig. Domib.* Gizzarel. *decis.* 37. *sub numer.* 3. & ex eis dixit & fundavit *Rota in Romana Quindenniorum coram* Benincasa, *quod* Monacel. *in Formular. leg. pract. part.* 2. *in Appendice, decis.* 13. *sub numer.* 9. *pag. mihi* 394. & habetur etiam *in additament.* ad Theatr. Card. de Luc. *decis. vol.* 1. *decis.* 18. *numer.* 11. *pag.* 124. 3848

1689. 14. Mar. —— Qualitas subjectiva probatut ex perceptione Decimarum facta Monasterio cui Parochialis fuit unita, confessione Parochianorum, & descriptione Ecclesiæ tanquam annexæ Monasterio in Libris taxationis Decimarum: Ad arguendam autem Unionem plenariam & subjectivam non est necesse, quod Ecclesia unita subjecta fuerit Monasterio tam in spiritualibus quàm temporalibus, quando Monasterium seu illius Abbas non exercet utramque Jurisdictionem, juxta vulgatum Juris principium, quod in Concessionibus metienda est potestas dantis, & capacitas recipientis, cui innititur Innocentius firmando celebrem theoricam *in cap. Pastoralis, de donat. num.* 1. & tradunt ibidem 3849

Joan.

Joan. Andr. *sub numer.* 2. Hostien. *sub numer.* 6. Zabarell. *sub numer.* 14. Ancharan. *sub numer.* 9. Butr. *sub numer.* 4. Andr. Sicul. *sub numer.* 15. & ex eis dixit *Rota in Pampilonen. Vicaria coram* Emerix, *tom.* 2. *decis.* 883. *sub num.* 5. & 11. *ac* 12.

1689. 14. Mar. —— Episcopus reservatis sibi tantùm Pontificalibus, concedendo Abbati omnimodam Jurisdictionem ac merum & mixtum spirituale dominium, dicitur se spoliasse omnibus iis quæ sunt Jurisdictionis, & quorum Prælatus inferior est capax, prout dixit *Rota in d. Pamplonen. Vicaria coram* eodem, *ibid.* & *refert etiam* Piton. *disceptat. Ecclesiasticar. part.* 1. *disceptat.* 20. *sub num.* 3. 383

1689. 16. Mar. —— Abbates, qui præsunt Monasteriis ære alieno censuario nomine gravatis, tenentur dictos census redimere, quamvis tempore antecessorum factos: & negligentes incidunt in pœnas contentas in Decreto *de reb. Regular. non alienan.* supra posito & edito anno 1624. 7. Septembris: nec ad effectum incidendi in dictas pœnas opus est præcedenti declaratione: Superiores autem Regulares non possunt mutuò pecunias accipere absque Monachorum consensu capitulariter requisito, prout censuit & respondit *Congregatio Concil. in Romana Cistercien sium*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. prac. part.* 2. *tit.* 14. *form.* 4. *numer.* 16. *pag. mihi* 174. ¶ Hæc est confirmatio Decreti superius positi & editi anno 1657. 1. Sept. 384

1689. 1. Jun. —— Monasterium succedit loco Filii, & facit deficere conditionem *si sine Filiis*, Authen. *nisi rogati, ff. ad Trabellian.* hoc autem procedit, ubi Filius sit verè in Religione professus, & vivat in Monasterio, non verò si deferat tantùm Habitum Religionis, Maresc ott. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 21. *numer.* 32. Monasterium igitur ipso jure succedit in omnibus Bonis & Juribus Professi, *l. Deo nobis*, §. *hoc etiam*, *C. de Episc. & Cleric.* & Monachus nequit donare, Authen. *ingressi*, *C. de Sacros. Eccles. cap. cùm Monasterium*, *de stat. Monach. Can.* 385

non

non dicatis 12. *quæst.* 1. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *disputat.* 22. *quæsito* 9. *per tot.* & ex eis dixit *Rota in Taurinen. Fideicommissi coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol.* 3. *decis.* 3. *de Donationibus, sub num.* 2. 3. 4. *&* 5.

1689. 6. Jun. —— Ex negativa non Visitationis factæ ab Episcopis justificatur Ecclesiarum Regularitas: Ad probandam autem Ecclesiarum Regularitatem plurimùm enunciativæ ab Episcopis attenduntur: Sicuti etiam ex tolerantia Episcopi, quod Ecclesia habeatur pro Regulari, magnum argumentum desumitur pro veritate Regularitatis: Non dato tamen de contrario statu antiquo Sæcularitatis, sat est, quod Regulares per quadraginta annos reperiantur in possessione, ad hoc ut Regularitas Ecclesiæ probari valeat, *cap. cum de Beneficio* 5. §. *Quando*, juxtà Gloss. *in verb. de legitima, de Præben. in* 6. Clem. 1. *de supplen. neglig. Prælator.* ac plures DD. citati à *Rota in Tolerana Jurisdictionis super pertinentia Ecclesiarum coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol.* 1. *decis.* 11. *de Jurisdict. sub num.* 9. 12. 13. *&* 15. *pag. mihi* 52. ubi plura signa Regularitatis. 3853

1689. 16. Jun. —— Quemadmodum Magno Priori Religionis Hierosolymitanæ competit jurisdictio ordinaria in foro contentioso, exercenda per se vel suum Vicarium Generalem in Personas & loca exempta, præsertim ex Bulla Pii Quarti (la 9. in Bullar. Rom. tom. 2.) & ex Stabilimentis Religionis, nempe Statuto 5. & 9. *tit. de Prioribus*, ita illi licitum est retinere Tribunal, quod nihil aliud est, nisi locus ubi Jus dicitur & ubi Judex sedet audiendo & judicando, *l.* 1. *ff. de Judic. l. jus pluribus modis* 11. §. *alia significatione, ff. de justitia, & jure, &* competit cuicumque habenti jurisdictionem ordinariam in foro contentioso, quam etiam habent Priores particulares ejusdem Religionis, quando sunt soliti illam in eorum Prioratibus exercere, ut Salamantinus, Zamorensis, & Messanensis: Pro retentio- 3854

ne tamen Tribunalis non exigitur, quod jurisdictionem exercens habeat Territorium separatum subjectivè, cùm sufficiat circumscriptivè, ut sciatur intra quos limites & super quibus Personis jurisdictio exerceri valeat, Fagnan. *in cap. 3. de probat. numer. 4. & in cap. accedentibus, numer. 38. ac in cap. cùm contingat, de foro competent. numer. 26.* & ex eo dixit *Rota in Toletana Jurisdictionis super Tribunali, coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol. 1. decis. 14. de Jurisdict. sub num. 4. 5. 6. & 7. pag. mihi* 58.

1689. 16. Jun. —— Superiores Religionis Hierosolymitanæ in Causis Civilibus & Criminalibus Professorum, eorumque qui copulativè potiuntur tribus requisitis dispositis à Sacro Concilio Tridentino *sess. 24. de reform. cap. 11. vers. Exceptis*, & Constitutione Gregoriana suprà posita & edità ãno 1580. 25. Novembris, omnimodam & privativam habent jurisdictionem : in aliis verò Personis, in quibus non concurrunt dicta tria requisita, sed sunt addictæ servitio Sacræ Religionis, habent Superiores cumulativam jurisdictionem quoad Causas Criminales, quò verò ad Civiles retinent privativam : Concilium tamen & Constitutio Gregoriana non adimunt à Superioribus Regularibus jurisdictionem ordinariam virtute suorum Privilegiorum, Fagnan. *in cap. quanto, de offic. Ordin. à numer. 26. & 42. & in cap. ut Privilegia, numer. 38. cum duob. seqq. de Privileg.* & ex eo prosequitur *Rota in d. Toletana Jurisdictionis coram* eodem, ibid. *sub numer. 9. 10. & 12.* 3855

1689. 17. Jun. —— Prælatus inferior limitatam jurisdictionem habens ad aliquos actus & Personas, non dicitur Ordinarius, *cap. si Papa 10. vers. his enim, de Privileg. in 6. cap. cum Venerabilis 7. vers. quia agitur, de Relig. Domib.* Lotther. *de re beneficiar. lib. 1. quæst. 24. à numer. 100. ad 104.* Fagnan. *in cap. cùm contingat, sub num. 23. & 26. de foro compet.* Tamen secundùm quid, & ad certos effectus, ac in ma- 3856

materia adaptabili dicitur Ordinarius, *cap. ab Ecclesiarum 3. de offic. Ordin.* ibique Gloss. *verb. locorum*, Fagnan. *in cap. post cessionem, de probat. num. 3.* ibique etiam Abb. & Felin. Cocchier. *de Jurisdict. in Exempt. part. 1. quæst. 1. numer. 9. & 10.* aliique citati à *Rota in Toletana Jurisdictionis coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol. 1. decis. 13. de Jurisdict. sub numer. 12. & 13. pag. mihi 56.* ¶ Vide etiam Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 6. Alexandri III. sect. 1. sub num. 14. pag. mihi 131.*

1689. 25. Jun. —— In materia Decimarum, quando agitur de fundatione Monasterii cum pacto solvendi Decimas, non obstantibus Privilegiis, admittitur à Sacra Congregatione Concilii, quam adire solent Partes pro firmitate pacti, & approbavit *eadem Congregatio Concil. in Arboren. fundationis Collegii PP. Scholarum Piarum, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 6. Honorii III. sub num. 108. pag. mihi 487.* 3857

1689. 26. Nov. —— Regulares Monialium Confessarii, etiam Extraordinarii, debent habere ætatem quadraginta annorum, prout pro Reformatis declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Cusentina, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. capit. 15. quoad Confessarios* Monialium, *sub num. 9. pag. mihi 157.* 3858

1689. 17. Dec. —— In Ecclesiis Parochialibus Monasteriis unitis etiam extra Claustra, quoties vel jure speciali post Concilium Tridentinum concesso vel ex tolerantia & approbatione Ordinariorum locorum, ad nutum Superiorum amovibiles deputantur Religiosi ad exercitium Curæ, non possunt, quatenus ab eis removeantur, reclamare, prout censuit & respondit *Congregatio Concil. in Romana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 1. in Appendice, pag. mihi 445. sub numer. 13.* ubi *etiam ait, quod* neque Congruam pro Curato Sæculari taxatam a Monasterio possunt petere, nisi quantum in- 3859

digent ad propriam & onerum Ecclesiæ sustentationem, nam totum id, quod supereſt de Congruà, deductis alimentis & Ecclesiæ oneribus, est superfluum pro quo Curatus Regularis nec agere nec suo arbitrio de eo disponere valet, & ideo acquiritur Monasterio, ut rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Mediolanen. Congruæ anno* 1693. 4. *Sept.* & iterum *anno* 1694. 4. *Mar.*

1690. 1. Mar. —— Tunc constat de bono jure Episcopi ad effectum manutentionis circa pertinentiam & exercitium Jurisdictionis Ecclesiasticæ & Spiritualis in aliquo Loco, quando pro se habet Juris assistentiam resultantem ex situatione Monasterii & Villæ intra limites suæ Diœcesis, nec non circa exercitium Actuum Jurisdictionalium in eodem Loco à sæculo & ultra continuatum etiam cum scientia & patientia Abbatis, quibus simul junctis Ordinarius semper est manutenendus, non verò Prælatus inferior, ad text. *in cap. cum persona, in fin. de Privil. in 6. & in cap. retinendæ Instit. de Interdict.* Posthius *de manuten. observat.* 45. *numer.* 38. Episcopus autem potest de jure communi visitare omnes Ecclesias & Monasteria suæ Diœceſis, etiam resistentibus Regularibus, ut latè tradit Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. allegat.* 74. *numer.* 21. *& seqq.* Royas *dec.* 218. *sub numer.* 9. 26. *& sequent.* Regulares verò post Concilium nequeunt publicare Indulgentias sine licentia Episcopi, & contravenientes remanent subjecti ipsius jurisdictioni, Fagnan. *in cap. grave, nu.* 45. *de offic. Ordin.* Barbosa *allegat.* 105. *sub numer.* 69. Tamburin. *de Jure Abbat. disputat.* 15. *numer.* 7. *&* 35. *tom.* 1. & ex eis dixit *Rota in Gerunden. Jurisdictionis coram* Benincasa, *apud* Joseph. de Prosper. *post. tract. de Territor. separ. decis.* 3. *num.* 6. 7. *&* 8. *pag. mihi* 162. 3860

1690. 1. Mar. —— Privilegium Apostolicum circa Territorium separatum non suffragatur, si non est clarum & extractum citata Parte, ad text. *in cap. cùm personæ, §. penult. de Privileg. in* 6. & benè adver- 3861

vertit Royas *decis.* 211. *numer.* 9. *usque ad* 13. & usu non receptum non probat, non enim sufficit pro rerardanda manutentione Ordinario sola exhibitio Privilegii, quando non adest ulterius illius observantia seu quasi possessio Exemptionis vel Jurisdictionis in eo concessa, ut communiter notant DD. *in d. cap. cum persona, de Privileg. in 6.* in hac autem quasi possessione Inferior dici non potest constitutus ex eo solùm quod aliquando non appareat Superiorem exercuisse Jurisdictionem, nisi probetur etiam, quod venerit Casus eam exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit, vel aliàs habuerit se pro spoliato, ut egregiè Duran. *decis.* 491. *numer.* 6. *& seq. par.* 1. *recent.* prout prosequitur *Rota in d. Gerunden. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. sub num.* 11. 12. *&* 13.

1690. 1. Mar. —— Concilium Tridentinum quoad Jus visitandi derogavit omni Privilegio ante illud concesso Prælato inferiori, *decis.* 68. *sub num. apud* Tamburin. *de Jure Abbat.* nec non *decis.* 501. *sub num.* 5. *par.* 2. *recent.* nec refert, quod Abbatia provideri consueverit in Consistorio, & Abbas aliquando evocari ad Concilium Provinciale, quasi utrumque conveniat Abbatibus solum habentibus Territorium separatum cum Jurisdictione quasi Episcopali, ut de primo notat Lap. *allegat.* 84. *sub num.* 11. & de secundo Flor. de Mena *var. resolut. lib.* 3. *quæst.* 24. *nu.* 28. quoniam tales actus practicari solent in honorem Ecclesiarum, non verò in amplitudinem Officii, ut inquit Jo: Andr. *in cap. ut Apostolica, de Privileg. in 6.* collationes autem factæ à Prælato inferiori dicuntur clandestinæ, non docto de scientia Episcopi, quem non afficiunt, Abb. *in cap. olim, il* 3. *numer.* 8. *&* 12. *de restit. spoliat.* Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 34 Libri denique privati Monasterii non probant, & Partitæ ab illis extrahi debent citata Parte, ut prosequitur *Rota in d. Gerunden. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. sub num.* 14. 15. 17. *&* 20.

1690. 3. Mar. —— Professio emissa ante legitimam 3863
ætatem à Concilio Tridentino *sess.* 25. *de Regular. cap.* 15. præscriptam, est irrita & nulla, ut etiam habent Barbosa *in d. loc. Concil. sub numer.* 1. & iterum *de potest. Epis. allegat.* 100. *numer.* 3. *& seqq.* Navarr. *concil.* 23. *numer.* 1. *de Regular. lib.* 3. Adden. ad Pamphil. *decis.* 552. *numer.* 8. nec obstat, quod Monachus per annalem gestationem Habitus indistincti, & exercitium actuum ad Professos spectantium cēseatur emisisse novam tacitam Professionem seu ratificationem productivam novæ obligationis permanendi in Religione, tametsi aliàs ignoraverit nullitatem præcedentis Professionis expressæ, ut latissimè tradit Fagnan. *in cap. significatum, ex numer.* 19. *usque ad fin. de Regular.* & tenent Spad. *consil.* 94. *lib.* 3. Antonell. *de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 63. *numer.* 3. Diana *resolut. moral. par.* 6. *tract.* 7. *resolut.* 56. *in fin.* Hurtad. *de Resid. tom.* 2. *lib.* 2. *ref.* 8. *subref.* 5. *num.* 43. Pignatell. *lib.* 1. *consultat.* 88. *numer.* 3. siquidem quoties ex parte Monachi concurrit justa & probabilis ignorantia nullitatis præcedentis ejus Professionis, non datur hæc tacita Professio seu ratificatio, prout etiam magis communiter firmant Doctores tam Theologi, inter quos Cajetan. *in D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 189. *art.* 5. Sanchez *de Matrim. lib.* 1. *disputat.* 16. *numer.* 7. Bonac. *quæst.* 2. *de Claus. part.* 10. *difficult.* 1. *numer.* 3. Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 1. *numer.* 3. Layman *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 5. *numer.* 9. Castropal. *tom.* 3. *tract.* 16. *disputat.* 2. *punct.* 5. *numer.* 3 quàm etiam Juristæ, inter quos Navarr. *consil.* 23. *numer.* 2. Spad. *consil.* 93. *numer.* 13. *lib.* 3. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *disput.* 6. *quæsito* 17. *numer.* 5. Sperell. *decis.* 8 *numer.* 30. *tom.* 1. Cardin. de Luca, *de Regular. disc.* 40. *numer.* 19. aliique plures citati à *Rota in Mediolanen. Nullitatis Professionis coram* Emerix, *tom.* 2. *decis.* 952. *& refert etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *in Appendice, decis.* 14 *pag. mihi* 394.

1690. 3. Mar. —— Prædicta sententia, quod scilicet 3864
non detur tacita Professio in casu suprapositō, resultat

sultat ex tribus potissimùm fundamentis : Primò, quia omnes textus de materia Professionis agentes, in casu præexistentis Professionis expressæ nullæ, loquuntur de illius ratihabitione seu ratificatione, non autem de nova tacita Professione seu ratificatione independenti à Professione expressa, ut videre est *in cap. significatum* 11. *de Regular.* & plenè ac magistraliter *in cap. de Regul. in 6.* Secundò, quia ad inducendam hujusmodi tacitam Professionem seu ratificationem requiritur consensus Profitentis, *cap. significatum, cap. sicut tenor, & cap. consulti, de Regular.* isque debet esse omninò certus & liber, nam agitur de subijciendo Professum novæ obligationi, contra quam in dubio fieri semper debet interpretatio, *l. Arrianus, ff. de obligat. & act. l. quidquid astringendæ, ff. de verbor. obligat.* unde cùm Professus ignoret nullitatem suæ Professionis, nullo pacto dici potest præbere consensum alteri Professioni tacitæ, nam voluntas non fertur in incognitum, ut inquit Aristoteles *lib. 3. de anim. comment. 39.* nec quidquam magis contrarium est consensui, quàm ignorantia vel error, *l. si per errorem, ff. de jurisdict. omn. jud. l. non idcircò, Cod. de Jur. Fact. Ignor.* Tertiò, quia si præcedens expressa Professio substineretur de Jure, nemo planè diceret, gestationem Habitus Professorum & alios hujusmodi subsequentes actus fuisse ex parte Professi directos & ordinatos ad effectum emittendi novam tacitam Professionem seu ratificationem; siquidem frustrà inducitur tacitum, ubi reperitur expressum, ut tradit Bald. *in l. cum multa, C. de donat. ant. nupt.* Aretin. *in l. 3. ff. de legat. 1.* & in his terminis Navarr. *consil. 89. numer. 4. de Regular.* & ex eis dixit & prosequitur *Rota in d. Mediolanen. Nullitatis Professionis coram* eodem, *apud eosdem, ibidem.*

1690. 3. Mar. —— Quemadmodum post peractam 3865
Professionem expressam licèt irritam & nullam, dari non potest casus, quod emittatur nova Professio expressa, saltem juxta sensum & opinionem Profes-

si, qui divinare non potuit nullitatem præcedentis ejus Professionis, simili modo nec dari potest casus tacitæ Professionis seu ratificationis, ne contingat plus per tacitam mentis operationem fieri, quàm potest fieri per expressam, contra regulam text. *in cap. scienti, de regul. jur. in 6.* nec relevat, quod duo reperiantur in Jure distincti modi profitendi, expressè scilicet & tacitè, quodque Professus in actu suæ oblationis seu promissionis factæ coram DEO, censeatur utrique sese alligasse, juxta regulam præsumptæ conformationis Agentis cum Juribus loquentibus de eo quod agit; quoniam id locum habet in suis terminis habilibus, nempè in casu quo non præcessit expressa Professio nulla, aut si præcessit, Professus novit ejus nullitatem: secus autem in casu, quo Monachus fuit expressè professus & ignarus nullitatis suæ Professionis, nam cùm ex præfatis nullo Jure cautum sit quod in his terminis detur tacita Professio seu ratificatio, quodque plus est, illa ex defectu voluntatis sive consensus dari non possit, nihil desuper operari valet præsumptio conformationis, quæ non procedit ultra terminos sive casus, de quibus Jura loquuntur, ut in terminis Statuti tradit Andreol. *controver. 248. sub numer. 8.* & ex eo dixit *Rota in d. Mediolanen. Nullitatis Professionis coram* eodem, *apud* eosdem, *ibidem*.

1690. 3. Mar. —— Non officit, quod non omnis ignorantia faciat involuntarium, sed dumtaxat ignorantia illius rei, quam homo nollet si sciret, quæ à Theologis dicitur ignorantia antecedens, non autem ignorantia ejus rei, quam quis vellet etiamsi sciret, quæ dicitur ignorantia concomitans, quasi quod Monachus postquam per actum Professionis explicavit propositum inserviendi DEO in Religione, censeatur in illo perseverare, cùm voluntatis mutatio non præsumatur, præsertim quoties agitur de meliori bono Profitentis; quoniam ad effectum supradictæ tacitæ Professionis seu ratificationis non sufficit tollere involuntarium, sed necesse

est

est ponere voluntarium, ut inquit Passerin. *de stat. homin. tom. 3. quæst. 189. artic. 10. inspect. 8. numer. 375.* Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 1. numer. 21.* aliud enim est credere Professionem validam & illam exequi tanquam talem, aliud verò ipsas emittere seu ratificare de novo; nam actus credendi pertinet ad intellectum, & actus exequendi licèt admixtam habeat voluntatem, hæc tamen non respicit Professionem, sed ejus sequelam: actus autem profitendi seu ratificandi de novo omninò pertinet ad voluntatem, & dicit novum propositum sive consensum, quo quis nunc ex integro vult vel denuò vult quod olim voluit, ut egregiè distinguit Cajetan. *in D Thom. 2. 2. quæst. 89. artic. 5.* unde cùm pro hac tacita Professione seu ratificatione requiratur novus consensus & nova voluntas, in nihilo suffragatur præsumptio continuationis veteris voluntatis, ut tradit Suarez *loc. citat. sub num. 3.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disputat. 6. quæsito 17. num. 1.* & ex eis dixit *Rota in d. Mediolanen. Nullitatis Professionis coram* eodem, *apud* eosdem, *ibidem.*

1690. 5. Maii. —— Vicaria etiam perpetuò collata in titulum, non excludit, quin Cura per modum cujusdam Juris & in habitu sit apud Priorem seu Abbatem, Cardin. *in Clem. 1. sub num. 10. de offic. Vicar.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Gerunden. Hebdomadaria coram* Ursino, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol. 1. decis. 27. de Beneficiis, &c. pag. mihi 211.* 3867

1690. 2. Jun. —— Episcopus differens Jura Sæcularitatis Ecclesiæ proponere, præsumitur agnovisse illius Regularitatem, prout dixit *Rota in Toletana Jurisdictionis super pertinentia Ecclesiarum coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum. 1. decis. 12. de Jurisdictione, sub numer. 5. pag. mihi 54.* 3868

1690. 3. Jun. —— Episcopo assentiente, possunt Confratres Statuta condere, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Ulyssiponen. apud* Monacel. 3869

nacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *formul.* 11. *sub num.* 11. *pag. mihi* 212. ubi *etiam ait, quod* hoc illis expresè conceditur in Bulla Clementis Octavi, de qua supra 1604. 7. Dec. ¶ Hoc etiam habet Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 3. *tract.* 8. *quæst.* 16. *sub num.* 1. & 4. ¶ Si autem Confratres statuerent, quod in eorum Sepulchro extranei non Confratres non possint sepeliri, nisi solvant aliquam summam pecuniæ aut certam quantitatem ceræ, illicita esset Constitutio & simoniaca per text. *in cap. Audivimus, de Simon.* Zecch. *de Republ. Eccles. tit. de Paroch. cap.* 28. *num.* 19. *vers. caveat etiam,* Samuel. *de Sepult. tract.* 2. *disput.* 1. *controver.* 13. *conclus.* 7. *num.* 14. & ex eis prosequitur Monacel. *loc. citat. sub num.* 14.

1690. 12. Jun. —— Cùm Theatini ex eorum Constitutionibus voluntariè abstineant à possessione stabilium, sequitur ipsos esse capaces acquirendi ad effectum vendendi, tum titulo hæreditatis & legati ac alio contractu oneroso vel lucrativo, tum titulo successionis ex persona Professorum, ut firmavit *Rota in Romana Legati coram* Priolo, *& postea in Neapolitana Prælationis* 1708. 11. *Maii coram* Molines Decano, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 3. *circa Constitut.* 1. *Clementis IV. sect.* 1. *sub num.* 4. *pag. mihi* 359. & iterùm *tom.* 4. *circa Constitut.* 6. *Benedicti XII. sub numer.* 12. *pag. mihi* 182. 3870

1690. 23. Jun. —— In materia exemptionis debent in specialibus casibus perpendi verba Privilegii, & actus concessi seu exerciti: si enim appareat concessio Jurisdictionis ad quoscunque effectus etiam erga Populum & Clerum, ita ut sit incompatibile eorum exercitium, vel cumulativè cum innato Ordinario, vel subjectivè, tunc ne dentur duo capita in eodem corpore, censetur concessa separatio Territorii, secus è contra, quia hoc secundo casu remanet quidem Prælatus exemptus cum præeminentia actuum concessorum, sed Episcopus in suæ universa- 3871

versalitate Jurisdictionis, ut dixit Rota *in Burgen. Juris instituendi seu conferendi coram* Molines, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 6. Alexandri III. sect. 1. sub num. 55. pag. mihi* 140.

1690. 23. Jun. —— Per legitimam præscriptionem potest à Prælato inferiori acquiri Jurisdictio in certa parte Diœcesis, privando Episcopum tota Jurisdictione, & sic constituere Territorium separatum, ut dixit *Rota in d. Burgen. Juris instituendi seu conferendi coram* eodem, *& antea in Juvenacen. Jurisdictionis* 1686. 11. *Jan. coram* Emerix jun. *ac in ead.* 1683. 17. *Jun. coram* eodem, *nec non* 1678. 22. *Apr. coram* Bourlemont, *apud* d. Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. d. tom. 2. circa Constitut. 6. Alexandri III. sect. 1. sub num. 63. pag. mihi* 142. ubi DD. quamplures citantur contra Hostien. *ibid. citat.* 3872

1690. 8. Jul. —— Percutientes, vulnerantes, vel occidentes Oblatos in aliqua Religione, in qua sese & omnia Bona sua cum effectu obtulerunt, incurrunt Excommunicationem contentam *in Can. si quis suadente Diabolo*, & in Bulla Cœnæ Domini, & contra eos per Censuras procedi potest, dummodò dicti Oblati ultra alia requisita, Habitum gestent & in Conventu vivant sub obedientia Superioris, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Anglonen. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 3. Gregorii IX. sub num. 40. pag. mihi* 518. 3873

1690. 21. Jul. —— Regulares non possunt uti Livellis, nisi servata forma Constitutionis Urbanæ suprapositæ & editæ anno 1640. 16. Octobris declaratoriæ largitionis munerum, prout censuit & ad relationem Cardinalis Petrucci respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Florentina, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in Appendice, pag. mihi* 409. *sub num.* 7. ubi *num.* 8. *etiam ait*, quod in Terris autem Infidelium & Hæreticorum datur Indultum etiam Religiosis Minoris Observantiæ retinen- 3874

tinendi Bona stabilia donata, nomine Sedis Apostolicæ, prout facto verbo cum Sanctissimo concessit Conventui S. Mariæ Sempronienſi in Pannonia *eadem Congregatio anno* 1615. 13. *Jun.*

1690. 4. Aug. —— Si Statutum seu Constitutio alicujus Religionis loquatur de Religiosis Graduatis, sub nomine Graduatorum non veniunt Lectores, Magistri, Regentes, sed hi qui habent Dignitatem, prout sunt Provinciales, Rectores Provinciæ, Visitatores, & alii hujusmodi habentes jurisdictionem delegatam, nam prima Officia sunt potius oneris quàm honoris, Pignatel. *tom. 6. consultat.* 85. *sub n.* 258. & declaravit ac rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Gaditana Præcedentiæ*, in qua cùm vigore Constitutionum Ordinis S. Augustini Religiosi inter se præcedere deberent juxta antianitatem *exceptis PP. Graduatis*, & Lectores sub nomine Graduatorum venire contenderent, ac favorabile Decretum P. Generalis obtinuissent, Causa addictam Sacram Congregationem per viam recursus delata, sub dicta die responsum fuit, *Decretum P. Generalis non sustineri*, ut habet Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag. mihi* 442. *num.* 3. 3879

1690. 18. Aug. —— Cùm Homines Villarum Pontis Trabis, Contractu jurato pro seipsis & Filiis ac Hæredibus & Successoribus, Sepulturam elegissent in Ecclesia Fratrum Minorum Conventualium dicti Loci, recurrentibus Parochis ad Sacram Congregationem pro declaratione, An dictus Contractus teneat? Contractum non subsistineri, & Parochos non esse molestandos respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Camerinen. electionis Sepulturæ*, *apud* Lantusca *in fine Theatri Regular. Decreto* 39. *pag. mihi* 828. 3880

1690. 1. Sept. —— In Monasteriis Monialium Regularibus subjectis, obtenta licentia Sacræ Congregationis, recipi & admitti possunt Educandæ absque consensu Episcopi, & cum sola licentia Superio- 3881

perioris Regularis, prout declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Cremonen. Terræ Soncini, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 11. formul. 11. sub num. 16. pag. mihi* 327. ubi *tamen etiam ait, quod* aliquando eadem Sacra Congregatio etiam in Monasteriis Regularium curæ subjectis executionem licentiæ soleat Episcopo committere.

1690. 15. Sept. —— Patribus Basilianis conceditur manutentio in elevatione Crucis, occasione associationis Cadaverum in eorum Ecclesia tumulandorum, etiam interveniente Capitulo Cathedralis, prout concedit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Nucerina Paganorum, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. form. 7. sub numer. 40. pag. mihi* 157. ubi *etiam ait, quod* hoc evenit virtute antiquæ transactionis initæ inter eosdem & Capitulum Nuceriæ, quæ unà cum consuetudine exinde introducta afferebatur: ideoque vide infra 1697. 13. Jul. 3878

1690. 15. Sept. —— Patres Carmelitæ Discalceati possunt continuare in Hospitio, vel potius ipsum reducere ad Hospitium sæculare, cum Habitatione quæ tantummodo deserviat pro recipiendis Religiosis itinerantibus: In illo nulla servetur forma regularis, nec erigatur Ecclesia seu Oratorium formale cum Janua in publica via, sed tantùm Oratorium internum ad effectum inibi Missas & Orationes privatas pro eorum spirituali usu tantùm celebrandi: Sacramenta in eo non administrentur, nec fiant publicæ Conciones, nec Divina & aliæ Functiones peragantur: Non tumulentur Cadavera, nec retineatur Campana, nec aliquod signum quod vero Conventui adaptetur, & transcendat naturam & conditionem meri & simplicis Hospitii sæcularis, addita prohibitione quæstuandi: Regulares ad illud se transferentes non assumant titulum Præsidentis vel alterius Officialitatis, subiiciendo ulterius in casu contraventionis ipso facto pœnis contra Religiosos degentes extra Claustra, non obstante quacunque exemptione, aliisque arbitrio Sacræ 3879

cræ Congregationis: Super obſervantia autem præmiſſorum, Provincialis & Diffinitorium ſe validè obligent coram Epiſcopo, qui Inſtrumentum dictæ obligationis tranſmittat ad eandem Sacram *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Cauſa Calaguritana de Bilbao*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 7. form. 19. num. 15. pag. mihi* 228. ubi *num. 16. ait*, *quod* hanc Hoſpitii legem à Patribus Diſcalceatis S. Auguſtini ſervari mandavit eadem Congregatio *in Atrien. Hoſpitii anno* 1691. 31. *Aug.* ac etiam à Carmelitis Diſcalceatis *in Veliterna anno* 1692. 5. *Dec.*

1690. 15. Sept. —— Dum Superior Regularis recipit Monialium ſuffragia ad effectum admittendi Educandam in Monaſteriis ſibi ſubjectis, cum eo non aſſiſtit Vicarius Generalis, aliuſve ab eodem deputatus, prout declaravit & reſcripſit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. in Cremonen. Terræ Soncini pro Monaſterio S. Pauli ſubjecto Ordini Prædicatorum*, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 11. quoad Moniales*, *ſub num. 6. pag. mihi* 120.

1690. 23. Sept. —— Confraternitates Laicorum in Eccleſiis Regularium exemptorum inſtitutæ ſubſunt juriſdictioni & viſitationi Epiſcopi, illæque ab eo viſitari poſſunt, nec non illarum Capellæ in eiſdem Regularium Eccleſiis exiſtentes, in his tamen quæ Confraternitatum adminiſtrationem reſpiciunt: & ſi Confraternitatibus incumbit onus manutenendi Altare & illius cultum, Epiſcopus poteſt viſitare circa ea quæ reſpiciunt ipſam manutentionem & cultum ac ornamenta Altaris ſeu Capellæ, & circa onera Miſſarum atque Divinorum Officiorum ibidem celebrandorum, ac etiam circa ea omnia quæ ad obligationem eorundem Confratrum relationem habent, prout reſpondit *Congregatio Concil. in Urbanien.* juxta ea quæ antea decreverat *in Nucerina Paganorum* 1629. 23. *Jun.* ac poſtea ſic reſcripſit Congregatio Epiſcoporum & Regularium *in Fanen.* 1693. 10. *Apr. apud* Monacel. *in Formular.*

mular. leg. pract. par. 1. tit. 5. form. 2. nu. 8. pag. mihi 128. ubi *sub num.* 9. ampliatur etiam in casu, quo Confraternitas esset erecta in Solo & Territorio Religionis Hierosolymitanæ, prout Partibus contradicentibus decisum fuit à *Congregat. Concil. in Novarien. Oratorii* 1696. 17. *Nov.* in qua declaratur & firmatur, quod Ordinarius potest visitare Oratorium & Confraternitatem, & cogere Officiales ad reddendam rationem absque interventu alicujus Personæ à Religione Hierosolymitana deputandæ, & prohibere Confessariis, ne Confessiones Confratrum & aliorum audiant in Oratorio absque Episcopi facultate.

1690. 23. Sept. —— Licèt Concilium Tridentinum 3882
cap. 18. *sess.* 25. *de Regular.* loquatur tantùm de cogentibus vel retrahentibus Mulieres, quibus tanquàm debilioribus succurrit, & non comprehendat cogentes aut retrahentes Viros circa susceptionem Habitus Religionis, ut de communi tradunt Barbosa *in d. loc. Concil. sub num.* 6. Bonac. *tom.* 1. *de Excom. disput.* 2. *quæst.* 6. *punct.* 2. *num.* 15. Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 2. *par.* 2. *tract.* 1. *de recip. ad Habit. quæst.* 12. *num.* 4. Passerin. *de stat. homin. tom.* 3. *quæst.* 189. *art.* 9. *numer.* 24. nihilominus, quia etiam hi, qui Viros cogunt, graviter peccant, Passerin. *ibid. sub numer.* 12. & ratio finalis & intrinseca Concilii etiam in istis militat ad promovendum & servandum bonum Religionis, ideo eos primis parificat, & coerceri ac puniri remedio Juris, quod est Censurarum, mandat *Congregatio Concil. in Hispalen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *tit.* 1. *form.* 36. *sub num.* 9. *pag. mihi* 134.

1690. 27. Oct. —— Sanctum Laurentium Justinianum, Primum Venetorum Patriarcham, unum ex primis Fundatoribus Congregationis S. Georgii in Alga, in Sanctorum Confessorum Pontificum refert, ejusque Festum die octava Januarii, qua ad Cœlestem Gloriam transivit, celebrari mandat *Alexander VIII.* ¶ Quia verò Dies octava Januarii 3883

rii occurrit infra Octavam privilegiatam Epiphaniæ, infra quam non potest fieri, nisi de Officiis duplicibus primæ classis occurrentibus, ideo dictum Festum ad diem quintam Septempris, quia dictus Sanctus ordinatus fuit Episcopus, cum Officio semiduplici ad libitum pro Ecclesia Universali transfert idem Pontifex.

1690. 27. Oct. —— Sanctum Joannem de DEO, Ordinis Fratrum Hospitalitatis Fundatorem in Sanctorum Confessorum numerum refert, ejusque Festum die octava Martii, qua migravit ad Cœlum, celebrari mandat *Alexander VIII.* ¶ Hujus Sancti Officium in Ecclesia Universali sub ritu semiduplici de præcepto eadem die octava celebrandum concedit Clemens XI. anno 1714. 4. Maii. 3

1690. 27. Oct. —— Sanctum Paschalem Baylon, Ordinis Minorum S. Francisci Professorem in Sanctorum Confessorum numerum refert, ejusque Festum die decimaseptima Maii celebrari mandat *Alexander VIII.* 3

1690. 27. Oct. —— Sanctum Joannem à S. Facundo, Ordinis Eremitarum S. Augustini Professorem in Sanctorum Confessorum numerum refert, ejusque Festum die duodecima Junii celebrari mandat *Alexander VIII.* 3

1690. 27. Oct. —— Sanctum Joannem à Capistrano, Ordinis Minorum S. Francisci Professorem in Sanctorum Confessorum numerum refert, ejusque Festum die vigesima tertia Octobris celebrari mandat *Alexander VIII.* 3

1690. 4. Nov. —— Non excusantur Regulares, quod ab Episcopo Diœcesano malè tractentur in Examine pro audiendis Sæcularium Confessionibus, ad hoc, ut possint se exponere coram alio Episcopo vel Provinciæ Archiepiscopo, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Pisauren. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 9. *form.* 7. *sub num.* 1. *pag. mihi* 285. ubi refert, quod cùm de hoc conquesti fuissent Superiores 3

Con-

Conventuum Civitatis Pisauri, & petiissent ipsis facultatem concedi, ut examini exponere possent suos Religiosos coram Archiepiscopo Urbinatensi, relata per D. Secretarium eorum instantia, omnium votis fuit rejecta cum rescripto *lectum*, & meritò, quia nullus Episcopus approbat Confessarios pro Diœcesi alterius, sed tantùm sua, cujus sunt oves propriæ, & oportet illas in Caulam Domini adducere, *Joan.* 10.

1690. 19. Nov. —— Omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcunque Conventuum vel Monasteriorum aut Domorum Regularium Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini die duodecima Junii in Festo S. Joannis à S. Facundo à primis Vesperis ejusdem Festi usque ad occasum Solis ejusdem diei devotè visitaverint, Indulgentiam omnium suorum peccatorum & remissionem misericorditer in Domino concedit *Alexand. VIII. in Folio Romæ impresso*. 3889

1690. 24. Nov. —— Episcopus per seipsum vel per suum Delegatum potest intervenire & assistere Congregationibus Confratrum, etiamsi fiant in Ecclesiis & Oratoriis Regularium, in quibus reperiuntur Societates erectæ, absque eo quod possit excludi, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Cæsenaten. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 11. *sub numrr.* 21. *pag. mihi* 214. ubi alia advertit Decreta anteriora ab eadem Congregatione emanata & relata à Nicol. *in Flosc. verb.* Confraternitas, *sub num.* 7. nempe *in Ragusina* 1596. 1. *Apr. & in Cusentina* 1600. 24. *Jul.* 3890

1690. 24. Nov. —— Electio Abbatissæ tunc de jure communi dicitur canonica & valida, quando major pars Capituli Monialium concurrit, ut declaravit & rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Balneoregien.* & est juxta *cap. Quia propter, de elect.* Pasqual. ad Laur. de Franch. *par.* 1. *sub numer.* 686. Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 4. *tract.* 6. *de elect.* 3891

Abbatiſſ. quæſt. 7. num. 2. & ſeqq. Paſſerin. *de elect. cap. 4. num.* 5. niſi ageretur de electione Abbatiſſæ Ordinis Caſſinenſium, in quo ut canonica dicatur electio, duæ ex tribus partibus ſuffragiorum debent concurrere, ut declaravit dicta Congregatio *in Januen. anno* 1698. 6. *Mar. & in Capuana* 20. *Jun. ejuſd. anni, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 22. *num.* 5. *& 6. pag. mihi* 343.

1690. 7. Dec. —— Omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus & confeſſis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis erectis & erigendis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, & Reformatorum, nec non Monialium dicti Ordinis in Feſtis Ss. Joannis à Capiſtrano, & Paſchalis Baylon devotè viſitaverint, Plenariam omnium ſuorum peccatorum Indulgentiam & Remiſſionem perpetuò concedit *Alexander VIII. in Conſtitut. quæ incipit* Redemptoris, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 6. *quoad Indulgentias, ſub num.* 20. *pag. mihi* 78. 3893

1690. 7. Dec. —— Congregatio Inquiſitionis coram Alexandro VIII. ſequentes damnavit Propoſitiones, quarum Prima, cæteris omiſſis: *Confeſſiones apud Religioſos factæ, pleraque vel ſacrilegæ ſunt, vel invalidæ*: -- Secunda: *Parochianus poteſt ſuſpicari de Mendicantibus, qui eleemoſinis communibus vivunt, de imponenda nimis levi & incongrua pœnitentia, ſeu ſatisfactione, ob quæſtum ſeu lucrum ſubſidii temporalis*: -- Tertia: *Ubi quis invenerit doctrinam in Auguſtino clarè fundatam, illam abſolutè poteſt tenère & docère, non reſpiciendo ad ullam Pontificis Bullam.* Apud Reinfeſtuel *in Theolog. Moral. in principio Operis*, & referunt etiam Matthæucc. *in Cautel. Confeſſar. lib.* 3. Viva *in Trutin Theolog. par.* 3. ac Clericat *in Eroteмat. in fine Operis*, Propoſit. 20. 21. & 30. 3894

1690. 10. Dec. —— Negligentia Prælati anteceſſoris non præjudicat Eccleſiæ vel ſucceſſori, prout dixit & firmavit *Rota in Cæſarauguſtana Juriſdictionis*

nis coram Emerix, *decis. tom. 2. decis.* 1021. *sub num.* 5. ex alia ejusdem Rotæ decisione 144. *sub numer.* 5. *coram* Coccino, *nec non* ex altera decisione 341. *sub num. itid.* 5. *coram* Cardinali Cerro.

1690. 11. Dec. —— Ordinarius suam delegatam jurisdictionem potest liberè exercère absque ulla licentia & approbatione Prælati inferioris in Ecclesiis Curatis Regularibus, Felin. *in cap. fin. de foro compet. num.* 2. Januen. *in Prax. cap.* 70. *num.* 15. *vers. nec in Civitate*, Rosa *de Executorib. Litterar. Apostolicar. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. *in fine*, Pax-Jord. *de re judic. lib.* 13. *tit.* 6. *numer.* 84. eo quia Episcopus uti Delegatus Apostolicus in concernentibus Curam Animarum, & suam delegatam jurisdictionem in Ecclesiis Curatis Regularium dignior & major est Ordinario, *cap. Pastoralis* 10. §. *Præterea, de offic. Judic. ordin. cap. sanè* 11. ubi Gonzal. *num.* 3. & 9. *de offic. Judic. deleg.* Rosa *d. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. & in dubio, an Delictum concernat, necne Curam Animarum, ad Episcopum spectat id definire, salva in casu gravaminis appellatione ad Sedem Apostolicam, ut tradunt Innoc. *in cap. Pastoralis, num.* 7. *de rescript.* Anguiran. *de legib. lib.* 3. *controver.* 33. *num.* 51. aliique citati à *Rota in Toletana Jurisdictionis coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum.* 1. *decis.* 17. *de Jurisdict. sub num.* 21. & *seqq. pag. mihi* 65. 3895

1691. 19. Jan. —— Regulares in suis Processionibus non possunt, nec debent ducere Puellas habitu fictitio Angelorum, neque Pizzocheras, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Ebredunen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *titul.* 5. *formul.* 7. *sub n.* 33. *pag. mihi* 155. 3896

1691. 27. Jan. —— Abbates & Superiores Regulares tenentur residère intra Claustra Monasterii, non autem in privatis Domibus, non obstante prætextu majoris commoditatis negotia Religionis peragendi, & consuetudine non residendi, ut censuit & rescripsit *Congregatio Concil. in Barchinonen. Resi-* 3897

dentiæ, in qua fuit injunctum Episcopo, ut Abbatem S. Cucuphatis cogeret nomine ejusdem Sacræ Congregationis, prout habet Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. formul. 20. sub num. 37. pag. mihi 237.*

1691. 28. Jul. —— Dieta intermedia Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti de cœtero duobus annis post celebrationem cujuscunque Capituli Generalis, nempè tertia Dominica post Pascha Dominicæ Resurrectionis perpetuis futuris temporibus, & non aliter haberi debeat, prout statuit *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 2. quæ incipit* Aliàs, *pag. mihi* 11. 389

1691. 1. Aug. —— Episcopus cum facultate Sanctissimi procedit ad examinandum Religiosos super qualitate Cœmeterii positi in eorum Claustro, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Fanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Cœmeterium, *sub num.* 1. ubi *num.* 2. *ait, quod* non constat, qualitatem Cœmeterii competere Claustro Regularium per hoc, quod Testis de visu dicat annos viginti antea in ipso Claustro fuisse Sepulturas, quæ tunc temporis obturatæ & repletæ sunt, & Ossa Cadaverum asportata in Ecclesia, ut censuit *eadem Congregatio in d. Fanen. anno 1692. 22. Apr.* 389

1691. 28. Aug. —— Omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcunque Conventuum & Domorum Regularium Ordinis Fratrum S. Joannis de DEO hactenus erectis & in posterum quandocunque erigendis ac ubicunque locorum existentibus diei octava Martii in Festo ejusdem S. Joannis de DEO à primis Vesperis usque ad occasum Solis Festi hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem misericorditer in Domino perpetuò concedit *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus* 390

Pon-

Pontific. Constitut. 4. quæ incipit Cœlestium, *pagin. mihi* 13.

1691. 1. Dec. —— Exempti, qui ratione Ecclesiarum subjectarum Episcopo, ad Synodum accedere tenentur, mittendo Capellanos vel eos per quos Curam gerunt earundem Ecclesiarum, satisfaciunt, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Lauden. Jurisdictionis, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. form. 3. sub num. 8.* & ideo non exempti, impedimento cessante, comparère debent in Synodo ipsimet obligati, alioquin maxima pars fructus Synodalis actionis amitteretur, si per Substitutos possent hi vices supplere, ut benè observat Pax Jord. *lucubrat. tom. 2. lib. 8. tit. 2. sub n. 77.* 3901

1691. 1. Dec. —— Regulares exercentes Curam Animarum in Ecclesiis Monasteriis unitis, in his, quæ pertinent ad Sacramentorum administrationem; illorumque ac Sacramentalium custodiam & cultum, Episcopo Diœcesano subiiciuntur (dummodo Ecclesia Parochialis non sit illius Conventus, in quo residentiam ordinariam habeat Generalis Ordinis) vigore Bullæ Gregorianæ supra positæ & editæ anno 1622. 5. Februarii, ut declaravit & respondit *Congregatio Concil. in d. Lauden. Jurisdictionis*, in qua plenè articulo discusso & partibus informantibus, fuit resolutum, Bullam præfatam non derogasse Privilegio *cap. 11. sess. 25. de Regular.* favore Generalium Ordinum concesso, ut refert Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. formul. 20. sub num. 14. pag. mihi* 234. 3902

1691. 1. Dec. —— Curati seu Vicarii dictarum Ecclesiarum Parochialium Monasteriis unitarum, renuentes accedere & intervenire Synodo Diœcesanæ, & Congregationibus Casuum Conscientiæ, Juris remediis ab Episcopo compelluntur, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in d. Lauden. Jurisdictionis*, & postea *in ead. anno* 1692. 20. *Sept.* nec non antea *in Forosempronien. anno* 1650. 3. *Sept.* & etiam *in Comen. anno* 1645. 16. *Dec.* ac deni- 3903

que *in Justinopolitana anno* 1639. 24. *Sept. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. d. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *sub num.* 15. *pag. mihi* 235.

1691. 3. Dec. —— Monachus non reiicitur à testimonio ob legatum, quod fuit favore Monasterii scriptum, maximè si sit ab aliis Testibus adminiculatus, prout dixit & firmavit *Rota in Romana Testamenti coram* Caprara, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum.* 1. *decis.* 6. *de Testamentis, &c. sub num.* 12. *&* 13. *pag. mihi* 407. 3904

1691. 7. Dec. —— Regulares Ordinis S. Francisci, scilicet Minores Observantes, Reformati, & Capuccini, non possunt facere Contractus, quia nihil habent, quod in alium transferre valeant, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Senogallien. Recollectionis Nivis* juxta *Clem. exivi, de verb. signific.* Polit. *in Expos. Dub. Regular. cap.* 6. *sub num.* 25. §. *Quare inhærendo, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag. mihi* 442. *sub num.* 1. 3905

1691. 22. Dec. —— Religiosi professi non possunt eiici à Religione sub prætextu quod ante illorum receptionem occultè laborarent Morbo Gallico, Lepra, vel alia Lue contagiosa, quam tacuerint: quia de jure communi nulla est ægritudo etiam morbifera, quæ annihilet Professionem: & proinde horum ejectiones esse nullas declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Cameracen. Ejectionis*, & antea *in Syracusana itidem Ejectionis* 1. *Sept. ejusd. anni* 1691. & probat Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 4. *par.* 2. *tract.* 3. *de qualit. recipiend. qu.* 25. *num.* 6. *& seqq.* nisi tamen adesset speciale Statutum Religionis à Papa confirmatum, quod asserunt habere Capuccini, Passerin. *de stat. homin. tom.* 3. *quæst.* 189. *artic.* 10. *insp.* 4. *sub num.* 155. *& trib. seqq. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag. mihi* 480. *sub num.* 4. 3906

1692. 11. Jan. —— Alienationem Terrularum, quæ fit vigore *cap. Terrulas*, facere non valent Regulares 3907

res absque licentia & Decreto Ordinarii, prout declaravit atque rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Tropien. Alienationis, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. formul. 15. sub num. 28. pag. mihi* 181.

1692. 11. Jan. —— Deputatio Vicariorum pro exercitio Curæ actualis, locatio Decimarum, & exactio Fructuum, factæ ab Abbate Monasterii, cui Unio facta fuit, sunt signum dictæ Unionis, Tondut. *quæst. beneficial. par. 3. cap. 141. sub numer. 10. & seq.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Calaguritana Quartæ Funeralis de Naxera coram* Emerix, *decis. tom. 2. decis. 1023. sub num. 6.* 3908

1692. 17. Jan. —— Regulares indigent licentia Episcopi pro quæstu, quem velint facere per Personas sæculares pro utilitate Conventus alicujus Loci, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Senogallien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. formul. 20. sub num. 8. pag. mihi* 234. ubi etiam plures referuntur indigentiæ hujusmodi licentiarum pro Regularibus, nonnullæque eorum subjectiones jurisdictioni Ordinariorum locorum. 3909

1692. 23. Jan. —— Præcedentia inter duas Provincias debetur antiquiori in erectione Conventuum, ad tradita per Cruf. *de Præeminen. cap. 6. sub num. 29.* Novarr. *in Sum. Bullar. comment. 96. sub num.* 11. Cardin. de Luca *de Præeminen. discur. 25. sub num. 5.* & prius descriptæ seu denominatæ in Actis Capitularibus, *l. 1. ff. de alb. scriben. l. decernimus*, ubi Gloss. *in cap. benè quidem, in verb. Mediolanenses 96. dist.* aliique plures citati à *Rota in Valentina Provinciarum Ordinis B. M. V. de Mercede Juris præcedendi coram* Emerix, *decis. tom. 2. decis. 1025. sub num. 1. & 2.* confirmata anno 1693. 26. Januarii coram eodem, *tom. 3. decis. 1094.* 3910

1692. 26. Jan. —— Facultas concedendi Personis sæcularibus licentiam alloquendi Moniales Regularibus subjectas spectat quidem in Civitate ad Episcopum sive ejus Vicarium Generalem, ac Superiorem 3911

rem Regularem cui Moniales ipsæ subjectæ sunt, conjunctim, ita ut idem Episcopus seu ejus Vicarius primo loco subscribat: Per Diœcesim verò non ad Vicarium Foraneum, seu ad alium ab eodem Episcopo ad id deputandum, nec non ad Superiorem Regularem, qui priori loco subscribat, conjunctim pariter spectat: idemque servandum est quoad licentiam eorum quibus ordinariè septa Monasteriorum earundem Monialium ingredi necesse est, repentinis tamen casibus extremæ necessitatis exceptis, in quibus licentia unius eorum subscriptione roborata sufficiat: Edicta verò, quibus Personis sæcularibus ad eadem Monasteria Monialium accessus prohibetur, ab Episcopo dumtaxat subscribenda & publicanda esse decrevit *Congregatio Concil. in Hieracen. Visitationis*, juxta Decretum à Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione emanatum in Camerinensi (de quo supra 1617. 7. Martii) ut refert Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 11. form. 19. sub num. 8. pag. mihi* 337.

1692. 26. Jan. —— Presbyteri Sæculares, qui advocantur pro celebratione Missarum in Ecclesiis Monialium, possunt ab Episcopo prohiberi, ne accedant, quamvis Moniales exemptæ sint aut Regularibus subiiciantur, quia talis accessus pertinet ad custodiam Clausuræ, super qua Episcopus invigilat & jurisdictionem indiscriminatim exercet, prout respondit *Congregatio Concil. in Hieracen. Visitationis*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 11. form. 23. sub num.* 4. 3912

1692. 8. Febr. —— Privilegium Exemptionis concessum Ecclesiæ intuitu status Regularis, caducatur per illius erectionem in Cathedralem, prout dixit & firmavit *Rota in Cæsaraugustana Jurisdictionis coram* Emerix, *decis. tom. 2. decis. 1029. sub num.* 4. confirmata sub die 13. Jun. ejusdem anni 1692. coram eodem, *decis. tom. 3. decis. 1057. sub num.* 10. 3913

1629. 29. Febr. —— Equites Lauretani sunt Pensionum capaces, ut in his terminis loquitur Cardin. de 3914

de Luca, de Pensionib. *discur.* 46. *sub nu.* 10. etiamsi non deferant signum Crucis, prout dixit & firmavit *Rota in Romana Pensionis coram* Caprara, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum.* 4. *decis.* 76. *sub num.* 16. & 17. *pag. mihi* 152.

1692. 5. Mar. —— Juxta Canonicas Sanctiones ad Synodum Diœcesanam proprii Episcopi, & non alterius potest compelli Regularis ad accedendum, *cap. quod super his* 9. *de major. & obedien. cap. ex ore, de Privileg. cap. ut Apostolica* 6. *eod. tit. in* 6. *cap. Abbates* 18. *quæst.* 2. Episcopus autem pro exercenda jurisdictiune, debet probare situationem, *cap. cùm Venerabilis* 7. *de Relig. Domib. cap. cum olim* 19. *de cens.* ubi Abb. *sub num.* 2. Cardin. de Luca, *de Jurisdict. disc.* 1. *num.* 14. Fagnan. *in cap. cum dilectus, de Relig. Domib. num.* 5. Pignatel. *tom.* 2. *consultat.* 26. *num.* 11. Non est tamen necesse, Episcopum probare actus Jurisdictionis factos fuisse cum scientia & patientia Prælati inferioris ad acquirendam manutentionem, nam ob assistentiam Juris, quam habet Episcopus, magis sunt attendendi actus Jurisdictionis deducti ab ipso, quàm ab alio Prælato inferiori: Visitationes autem factæ ab Episcopo antecessore suffragantur Episcopo successori ad consequendam manutentionem, ut dixit *Rota in Toletana Jurisdictionis super manutentione coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum.* 1. *decis.* 19. *de Jurisdict. sub nu.* 3. 4. 9. & 10. *pag. mihi* 68. 3915

1692. 5. Mar. —— Abbates & inferiores Prælati Territorium separatum contra Episcopum habere non possunt, nisi ex Privilegio Papæ, ad quem spectat Diœceses & Territoria dividere ac constituere, vel ex legitima præscriptione quæ faciat præsumere Privilegium Papæ, Cardin. de Luca, *de Jurisdict. disc.* 1. *sub numer.* 12. Fagnan. *in cap. accedentibus, numer.* 2. *vers. rerum, de excess. Prælat.* Pignatell. *tom.* 2. *consultat.* 26. *numer.* 20. & 21. Gratian. *discept.* 212. *numer.* 13. 17. & 19. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disputat.* 15. *quæsito* 9. *à numer.* 3916

7. ad

7. *ad* 17. & taliter, ut Privilegium Apostolicum debeat esse clarum & expressum, aliàs illis non suffragatur contra Episcopum habentem pro se assistentiam Juris, Cardin. de Luca *loc. citat. sub num.* 12. & ex eo dixit *Rota in Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Card. de Luca, *dec. volum.* 1. *dec.* 20. *de Jurisdict. sub num.* 2 & 3. *pag. mihi* 70.

1692. 6. Mar. —— Regulares tenentur præstare Episcopo accedenti ad eorum Ecclesiam omnes actus reverentiales, ut respondit *Congregatio Rit. in una Camaldulensium, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part.* 4. *in supplemen. ad* 2. *tom. sub numer.* 366. *pag. mihi* 97. *ubi, quod* dicti Camaldulenses noluerunt Episcopum ad eorum Ecclesiam accedentem tempore Expositionis Sanctissimi Sacramenti, nec in ingressu, nec in egressu associare, nec Naviculam Incensi, ut moris erat (licèt à Magistro Cæremoniarum moniti, ut thurificare posset Sanctissimum) porrigere: & ideo mens Sacræ Congregationis fuit, quod Pater Abbas accederet ad Episcopum, & exprimeret obsequia, tam suo quàm Religiosorum suorum nomine. 3917

1692. 17. Mar. —— Facultas testandi data Religioso super Bonis quæsitis ex fructibus perceptis ex re Religionis, strictè est interpretanda, *dec.* 118. *par.* 9. *recent.* facultas autem testandi de Bonis propriis, in benignum & amplum sensum est recipienda: & quæ concessa Equiti Hierosolymitano, dicitur æqua, non verò à Jure aberrans, ut dixit & firmavit *Rota in Romana Successionis & Legitimæ coram* Hervault, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum.* 1. *decis.* 8. *de Regularibus, sub num* 17. 18. & 19. *pag. mihi* 27. 3918

1692. 27. Mar. —— Regulares offendentes Ministros & officiales Episcopi, possunt ab eodem carcerari, quia qui offendunt Judicis Familiam, prorogant jurisdictionem illius, cujus Majestas in Officiali est læsa, & efficiuntur ejus Fori, prout ad re- 3919

latio-

lationem Cardinalis Caraffæ, laudando mandatum Archiepiscopi Theatini declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Theatina* juxta Sperell. *dec.* 160. *sub numer.* 41. *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 5. *formular.* 9. *sub numer.* 36. *pag. mihi* 170.

1692. 26. Apr. —— Regulares in Processionibus deferre non debent Galerum sive Pileum, non obstante prætenso solito, & Episcopus eos cogat ad deponendum, etiam per Censuras, prout declaravit & respondit *Congregatio Rit. in Aquipendii contra PP. Augustinianos & Minores Conventuales*, juxta præced. Decretum ab eadem Congregatione emanatum *anno* 1664. 30. *Augusti*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in supplemen. ad* 1. *tom. pag. mihi* 9. *sub num.* 81. & 82. 3920

1692. 13. Jun. —— Ex situatione, quam ante omnia debet Episcopus probare in Controversiis Jurisdictionalibus cum Prælatis inferioribus, tanquam fundamentum suæ intentionis, *cap. cum venerabilis* 7. *de relig. domib. cap. cùm olim* 19. *de censib.* ubi Abb. *sub numer.* 2. Fagnan. *in cap. cum dilectus, de relig. domib. sub numer.* 15. resultat bonum jus illius super adjudicatione Jurisdictionis Ordinariæ Ecclesiasticæ, tam quoad Personas quàm quoad Ecclesias & Loca, *cap. constitutus* 6. *cap. cum venerabilis* 7. *de relig. domib. cap. conquerenti* 16. *de offic. Ordin.* nec Abbas Territorium separatum deducere valet ex Privilegio Apostolico, nisi in illo contineantur verba clara dismembrativa & separativa Locorum, à Diœcesi Episcopi, prout requiruntur, ut ex verbis Privilegii Apostolici inducatur separatio Territorii, *decis.* 304. *numer.* 8. *part.* 11. *cum plurib. aliis citat.* nam præter exemptionem à Jurisdictione Episcopi debet esse in Abbatem translata omnimoda & plena Jurisdictio Ecclesiastica & Spiritualis, non solùm in Ecclesias & Loca, sed etiam in Clerum & Populum ac Parochum cum Cura Animarum, excluso in totum Episcopo, ut opus est ad hoc, ut 3921

Præ-

Prælati inferiores habeant Territorium ſeparatum à Diœceſi Epiſcopi, prout pluribus citatis Doctoribus dixit *Rota in Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono Jure coram* Molines, *apud* Joſeph. de Proſper. *in Tract. de Territor. ſepar. deciſ. 5. à numer. 2. ad 5. pag. mihi 171.*

1692. 13. Jun. —— Si Bulla Pontificia nihil aliud importet niſi ſimplicem exemptionem Monaſterii & contentorum in illa, tunc non intelligitur ſeparatio Territorii, pro quo non ſufficit ſolum Privilegium exemptivum, Fagnan. *in cap. cum contingat, de for. comper. num. 39.* imo exemptio tanquam odioſa, eſt ſtrictè interpretanda, ut minus lædatur Jus Epiſcopi fundatum in jure communi, Cokier. *de Juriſdict. Ordin. in exemptos, part. 1. quæſt. 2. numer. 7.* Lotther. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 23. num. 24.* adeo ut quidquid per Privilegium Apoſtolicum clarè non conceditur Prælato inferiori, cenſeatur Epiſcopo præſervatum, Ancaran. *in cap. Poſtulaſti, num. 45. de for. comper.* Fagnan. *in cap. ſignificaſti, num. 96. de offic. Archid.* nec conceſſionem omnimodæ Juriſdictionis Eccleſiaſticæ & quaſi Epiſcopalis in Clerum & Populum cum Territorio ſeparato deducere poteſt Abbas ex verbis Bullæ Papalis, *in ſupradictis verò Eccleſiis vobis & ſucceſſoribus veſtris omnia Eccleaſtica Jura habere decernimus, & Capellanias ſine vinculo & dominatione Epiſcopi ſive alicujus Perſonæ liberè ſemper habeatis*, quia hæc verba important Monaſterii & Eccleſiarum ab eo dependentium paſſivam exemptionem à vinculo & dominatione Epiſcopi, & dum determinant quod Eccleſiaſtica Jura habeant Abbates, hoc intelligitur, ut in ipſos ſit translata Juriſdictio Eccleſiſtica in Monaſterium & alia membra ab eo dependentia, ut pluribus citatis Doctoribus proſequitur *Rota in d. Gerunden. Juriſdictionis coram* eod. *ibid. à num. 6. ad 10.* 392

1692. 13. Jun. —— Pro ſeparatione Territorii non ſuffragantur verba Bullæ Pontificiæ, ſcilicet, *nulli omnino hominum tam Jure Parochiali quàm Jure Domi-* 393

minii, nisi vobis & Monasterio vestro respondeant, quia ex suppositione quod Cura Parochialis sit penes Monasterium, hocque habeat dominium temporale, verba prædicta referuntur ad Curam Parochialem & dominium temporale Bonorum ad Monasterium pertinentium, non autem important, ut Abbati translata sit plena Jurisdictio Ecclesiastica Ordinaria in Populum & Clerum, Parochialitas enim seu Cura Animarum nihil commune habet cum illa, sed solùm continet potestatem Fori Pœnitentialis, hoc est ligandi & solvendi in foro interiori, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 6. *numer.* 35. Barbosa *de potest. Parochi, part.* 1. *cap.* 1. *numer.* 27. neque ex donationibus Regum & aliorum Principum, neque per Privilegia Apostolica dictas donationes confirmantia censetur Abbatibus concessa Jurisdictio Ecclesiastica, & multò minus Territorium separatum, etiamsi in dictis Privilegiis Apostolicis Monasteria cum eorum membris recipiantur sub protectione Beati Petri, ad text. *in cap. recepimus* 8. §. *si verò, cap. si ex part.* 18. *de Privileg.* prout prosequitur *Rota in d. Gerunden. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. num.* 11. 12. 13. & 14.

1692. 13. Jun. —— Exemptio concessa Abbati à Decimis & Primitiis, & jus eas percipiendi, facultas sumendi Chrisma & Oleum Sanctum, Altarium Consecrationes & Ordinationes Monachorum à quocunque Episcopo, & liberatio accedendi ad Synodum Diœcesanam nisi ex spontanea voluntate, sonant in puram & simplicem exemptionem seu liberationem ab obligationibus, ad quas Abbas teneretur, si non esset exemptus, non verò apta sunt inducere separationem Territorii à Diœcesi, & translationem Jurisdictionis ordinariæ Ecclesiasticæ in Abbatem quoad Populum & Clerum, *decisio in Vicen. Jurisdictionis:* Exemptio enim quoad certos & determinatos actus est compatibilis in reliquis cum ordinaria Jurisdictione Episcopi, cui per illam non derogatur in sua universalitate Jurisdictionis, sicuti 3924

cuti Prælatus inferior habens Jurisdictionem ad aliquos actus particulares non dicitur Ordinarius, & habere Territorium separatum à Diœcesi Episcopi, *cap. si Papa 10. de Privileg. in 6. cap. cum venerabilis 7. de Relig. Domib. cap. cum olim, de præscript.* Fagnan. *in cap. cum contingat, num. 23. & 26. de for. compet.* Lotther. *de re benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 100.* & ex eis prosequitur *Rota in d. Gerunden. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. num. 15.*

1692. 13. Jun. —— Prohibitio contenta in Bulla Pontificia, scilicet, *ut nullus Monasterium vestrum interdicere, vel in Abbatem aut Monachos sive Clericos aut Conversos vestros, Interdicti vel Excommunicat. sententiam (nisi de mandato Romani Pontificis vel Legati à latere) audeat promulgare*, sonat in simplicem exemptionem, *cap. 1. §. in eos, & cap. ne aliqui 5. de Privileg. in 6.* Lotther. *de re benefic. lib. 1. quæst. 24. numer. 98.* Cokier, *de Jurisdict. in exempt. par. 4. quæst. 14. num. 8* & in fortioribus terminis prohibitionis, quod nemo præsumat aliquid facere vel molestias inferre in Monasterium & ejus Monachos ac Bona, quod nempe ex ea non inferatur Territorium separatum, sed nuda & simplex exemptio, dixit *decisio triplex in Leodien. Jurisdictionis*: & nihil refert, quod Abbatia provideri soleat in Consistorio Papæ, quod Abbas interveniat Concilio Provinciali, quod habeat usum Mitræ & alias Prærogativas, quia ex his inferri non potest ad Jurisdictionem quasi Episcopalem, cùm passim hæc concedantur in honorem Ecclesiarum & Dignitatum, non autem in amplitudinem Officii, *cap. ut Apostolicæ 6. de Privileg. in 6.* & ibi Joan. Andr. Tamburin. *de Jure Abbat. disput. 15. quæsito 6. numer. 21.* & ex eis prosequitur *Rota in d. Gerunden. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. sub numer. 16.*

1692. 4. Jul. —— Regulares, qui possessione bonorum & annuorum reddituum capaces sunt (quamvis Ordinum Mendicantium sint) possunt ad novas Conventuum fundationes admitti, recepta eorundem

dem obligatione non quæstuandi, prout admisit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Tortonen. pro PP. Scholarum Piarum*, in qua rescripsit *Annuendum fundationi cum strictissima obligatione non quæstuandi*, ut habet Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. tit. 7 formul. 19. sub num. 28. pag. mihi* 231.

1692. 4. Jul. —— Licèt Innocentius Tertius adversus Lateranensis Concilii sanctionem vetantis Monachos Ecclesiarum Parochialium regimini præponi posse, indulserit Canonicis Regularibus tanquàm laxiori regulæ inservientibus, ut Curam Animarum regere valerent, eosdemque retinendi Parochiales Ecclesias capaces effecerit per Decretum insertum *in cap. quod Dei timore*, §. *scilicet, de stat. Monach.* attamen id eis etiam cum licentia Generalis absque speciali Sedis Apostolicæ Indulto hodie interdicitur ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii facta de mandato Gregorii Decimitertii, quemadmodum uno ore referunt Nicol. *in Floscul. verb. Regulares, num.* 25. Sanchez *ad precept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 29. num.* 71. Quaranta *in Sum. Bullar. verb. Canonicus Regularis*, Gavant. *in Manuali Episcopor. verb. Canonici Regulares, num.* 3. Corrad. *in Prax. dispensat. lib. 2. cap. 1. numer.* 18. *vers. Et ego verò*, Barbosa *in Collect. ad Concil. sess.* 14. *de reform. cap.* 11. *num.* 5. *& seqq.* & iterum *de Jure Ecclesiast. lib. 3. cap. 4. num.* 79. *vers. Quare hodie*, ubi allegat aliam resolutionem Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium, quam etiam advertit Tondut. *quæst. benefic. to.* 1. *c.* 80. *per tot.* Marant *respons. Jur. tom. 4. cap.* 86. *numer.* 35. *& seqq.* Cardin. de Luca *de Donat. disc.* 25. *num.* 6. & ex eis dixit & firmavit *Rota in Leodien. Parochialis coram*, Pio, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 2. in Appendice, decis.* 27. *num. 2. pag. mihi* 434. 3927

1692. 20. Aug. —— Romæ in nulla Ecclesia cujusvis Colegii seu Conventus aut Congregationis Regularium cantetur à Musicis Mottectum seu Compositio aliqua in Missis, sed solùm Introitus & Graduale, 3928

duale aut Offertorium occurrens, & in Vesperis Antiphonæ occurrentes ante & post Psalmum cantandum & cantatum, absque minima alteratione, adeo ut Musici sese totaliter conforment Choro: Ad elevationem autem in Missa, & ad Expositionem Venerabilis cantari permittitur (ad excitandam Fidelium devotionem) aliquod Mottectum sumptum ex Hymnis Divi Thomæ Aquinatis vel ex Antiphonis Breviarii & Missalis Romani pro Officio & Missa de Solemnitate Sanctissimi Sacramenti, absque ulla tamen verborum mutatione. *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 76. quæ incipit Italicè* La Santità di Nostro Signore, *pag. mihi* 247.

1692. 25. Aug. —— Regulares Religionis suppressæ, non remanent liberati à Votis, sed adhuc his obstricti sunt, adeo ut nec Matrimonium, nec Testamentum facere, nec in Fideicommissis & Hæreditatibus succedere, nec acquirere possint, ut declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Bononien.* & est juxta Passerin. *de stat. homin. tom. 1. quæst. 185. artic. 8. sub num. 167. & 168. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. formul. 20. sub numer. 29. pag. mihi* 236. ¶ Similem responsionem vide supra 1679. 13. Maii. 3[illegible]

1692. 3. Sept. —— Munera à Regularibus contra Clementis Octavi Constitutione (de qua supra 1594. 19. Jun.) ultra valorem decem scutorum monetæ recipientes, exceptis rerum medicinalium seu devotionis muneribus; ante factam restitutionem non absolvat Major Urbis Pœnitentiarius, nec mandet absolvi: intra verò prædictum valorem, nonnisi facta arbitrio ipsius Majoris Pœnitentiarii, seu per eum eligendi Confessarii eleemosyna, quæ in beneficium Religionis seu Conventus, cui de jure facienda esset restitutio (si cautè fieri potest) erogetur, absolvat vel mandet absolvi: Confessarios Monialibus nullatenus concedat: & Capuccinos in illis Religionibus, in quibus iidem Confessioni-

sionibus audiendis operam dare non solent, in Confessarios non deputet. *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constit.* 12. *quæ incipit* Romanus, *pag. mihi* 61. & habetur etiam *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum.* 2. *pag. mihi* 386.

1692. 3. Sept. —— Cum Regularibus super Irregularitate quorumcunque criminum quandocunque perpetratorum, vel incursus in Censuras occasione, vel quia iidem sic ligati suos Ordines (non tamen in contemptum Clavium) exercuerunt aut illis se immiscuerunt, seu aliter quomodolibet contracta, ut eadem Irregularitate & quibuscunque aliis defectibus non obstantibus, susceptis Ordinibus & eorum Privilegiis uti, ac in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, nec non quæcunque & quotcunque ac qualiacunque suorum Ordinum & Congregationum alioquin canonicè obtenta Officia, Beneficia Regularia, munia, Præeminentias, Dignitates, & Prælaturas etiam majores & principales retinère & exercère, necnon eadem seu easdem (non tamen Generalatum) ad quæ seu quas in futurum canonicè & juxta eorundem Ordinum & Congregationum Regularia Instituta eligentur vel aliter assumentur, recipere & assequi ac gerere & liberè exercère licitè valeant, dispensare, eosque in pristinum & ad eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum & ad vocem activam & passivam restituere & reponere ac plenariè reintegrare, & pœnas illis gratiosè remittere & condonare, nec non pro majori absolutionum & dispensationum præfatarum firmitate, quibusvis Constitutionibus & Ordinationibus ac Statutis & Privilegiis quomodolibet obstantibus sufficienter derogare possit & valeat dictus Major Urbis Pœnitentiarius. *Innocentius XII. apud* eosdem, *ibidem*. 3931

1692. 3. Sept. —— In prædictis tamen casibus occultis in foro Conscientiæ tantùm, in publicis verò casibus in utroque foro, auditis tamen & supplicantibus Superioribus ac bonum testimonium de ipsis 3932

Regularibus ferentibus, gravata in iis eorundem Superiorum conscientia, matura circumspectione adhibitâ, cum iisdem Regularibus dictus Major Urbis Pœnitentiarius dispensare & dispensari mandare valeat: Cum Homicidis verò & Bannitis ac aliis delinquentibus, qui Sixti Quinti Litteris (de quibus supra 1587. 26. Nov.) Religionem ingredi & in ea Professionem emittere inhabilitantur, si expedire videbitur, habilitare & habilitari mandare, ac cum iis, qui homicidia voluntaria commiserint, ut etiam uti Clerici aliquam ex approbatis Religionibus ingredi & ibi profiteri, in utroque foro (quando sic expedire videbitur) dispensare & dispensari mandare valeat dictus Major Urbis Pœnitentiarius, ea tamen lege, ut sic habilitandi seu dispensandi Fiscum & partem prius concordaverint, Professionem emittant, nec ante Professionem hujusmodi in susceptis Ordinibus ministrare, nec ad Superiores Ordines ascendere possint. *Innocentius XII. apud* eosdem, *ibidem*.

1692. 11. Oct. —— Regularis Sacerdos de ordine 3[illegible]
Prioris Conventus, & Commissarii Causæ Criminalis extractus ab Ecclesia Conventus, ad quam confugerat è Carceribus ipsius Conventus, restituendus est: & ut mandet restitui, Archiepiscopo injungit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Neapolitana, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Regularis delinquens, *sub num.* 5.

1692. 28. Nov. —— Erectio Societatis facta in cer- 3[illegible]
to & determinato loco, non inducit necessitatem ut ibi perpetuò Confratres permaneant seu ut opera Instituti exerceantur: nam cùm non sit Collegium naturale reale necessarium, quod habeat aliquam conjunctionem cum Ecclesia in qua erigitur, sed personale, potest ad libitum à loco recedere vel dimitti, etiamsi reperiatur erectum in Ecclesiis Regularium, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Venafrana*, & antea respondit

Con-

Congregatio Concilii *in Pisana* 23. *Aug. ejusd anni* 1692. juxta Tondut. *quæst. beneficial. tom.* 1. *cap.* 43. *sub num.* 8. Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 3. *tract.* 8. *quæst.* 3. *sub numer.* 1. *in fin.* ac Rota *coram* Coccino *decis.* 472. *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *formul.* 11. *sub nu.* 9. *pag. mihi* 212.

1692. 9. Dec. —— Ad munus Agentis seu Negotiorum Gestoris, quem Provinciæ de Natione Gallica Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia quàm Recollectorum in Romana Curia habere consueverunt, quoties illud vacare contigerit, is tantummodò assumatur, quem pro tempore existens Minister Generalis dicti Ordinis ex tribus Religiosis sibi ad id per Superiores pro tempore existentes earundem Provinciarum præsentandis idoneitate & meritis præstantiorem esse judicaverit: Et quia dictarum Provinciarum Fratres ob prætensam & sibi denegatam Alternativam ad Generalatum & alia Ordinis præfati Officia generalia, in Capitulo Generali Romæ celebrato anno 1688. interesse recusarunt, & hac de causa à dicto Capitulo recesserunt, à quo non fuerunt electi tres Definitores Generales pro prædicta Natione eligi soliti, sicque dictæ Provinciæ nullam Ministro Generali obedientiam præstiterunt: nunc tamen præstita ab eis obedientia, omnes & singulos tam Capitulares quàm Definitoriales, & alios quoslibet tam judiciales quàm extrajudiciales actus in statu inobedientiæ per quoscunque Superiores & Fratres ac Personas dicti Ordinis in memoratis Provinciis, & earum ac aliis quorumcunque locorum Regi Christianissimo subjectorum Conventibus & Monasteriis ac Domibus Regularibus tam Virorum quàm Mulierum ejusdem Ordinis hactenus factos, cum omnibus inde secutis, validat & confirmat *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut.* 15. *quæ incipit* Injuncti, *pag. mihi* 82. 3935

1693. 12. Jan. —— Comparitiones atque actus si fuerint expleti non à simplici Procuratore, sed ab 3936

Oeconomo sive à Rectore Collegii Societatis JESU, ejus facto dictum Collegium stare tenetur, ex adduct. per Posth. de Subhast. *inspect.* 58. *sub numer.* 122. *& seq.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Turritana Census super manutentione coram* Emerix, *decis. tom.* 3. *decis.* 1089. *sub numer.* 5. ex alia ejusdem Rotæ decisione 123. *sub num.* 1. *coram* Dunozetto Jun. & in Romana seu Portunen. Tenutarum 1687. 5. Maii *coram* d. Emerix.

1693. 16. Jan. —— Monasteria Monialium non erigatur prope Monasteria Virorum, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Brundusina*, & etiam antea *in Asculana anno* 1690. 5. *Maii*, & est juxta dispositionem *Can. Monasteria Puellarum* 18. *qu.* 2. prout habet Monacel. *in form. leg. pract. par.* 1. *tit.* 7. *Formul.* 19. *sub n.* 24. *pag. mihi* 229. 389

1693. 17. Jan. —— Ex Congregatione Fuliensium prohibitus est transitus ad Cistercienses etiam quoad ea Monasteria quæ in Gallia sunt arctioris observantiæ, adeo ut invalidum sit Votum factum ab aliquo ex dicta Congregatione Fuliensium transeundi ad aliquod Monasterium dictorum Cisterciensium, quamvis sit strictioris observantiæ, prout resolvit & respondit *Congregatio Concil. in Dubio validitatis Voti*, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 1. *Benedicti XII. sect. unic. sub num.* 3. *pag. mihi* 120. & iterum *ibid. circa Constitut.* 8. *Eugenii IV. sub nnm.* 7. *pag.* 507. & refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 16. *form.* 3. *sub num.* 8 *pag. mihi* 310. ubi ait, quod Votum non obligaret, Superiore licentiam dare rationabiliter reluctante, quia, sicuti Monachus rem Monasterii sine licentia sui Prælati non potest alienare, ita à fortiori non poterit se alteri dare; major enim est alienatio Personæ quàm rei, ut inquit Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 2. *pa.* 2. *tract.* 5. *quæst.* 9. *per tot.* Religiosus tamen professus (quisquis ille sit) nec ad parem nec ad strictiorem hodie transire debet, nisi consulta Sacra Congregatione Concilii, ut advertit 389

vertit dictus Donat. *loc. citat. quæst.* 12. *numer.* 11. 3939

1693. 30. Jan. —— Archiepiscopi & Episcopi ac Prælati inferiores Regni Neapolitani etiam ex Ordinibus Regularibus assumpti, ab omni jure, quod ad Cameram Apostolicam quomodolibet hactenus spectare dignoscitur, percipiendi, exigendi, habendi, & assequendi omnes, singulas, & quascunque pecunias, res, effectus, jura, iemoventia, & bona etiam stabilia cujuscunque valoris & qualitatis per memoratos Antistites dicti Regni ex fructibus suarum Ecclesiarum quomodocunque verè & propriè acquisita, Spolia nuncupata, nec non fructus naturales à solo separatos, & civiles tempore mortis perceptos seu exactos ex redditibus præfatarum Ecclesiarum etiam inconsumptos & incommixtos, non tamen pendentes seu inexactos, perpetuis futuris temporibus omninò eximuntur & liberantur: Ad effectum tamen, & non aliàs nec alio modo, ut præmissa omnia & singula ad eorum Prælatorum Metropolitanas & alias Cathedrales & reliquas quibus dicti Antistites præsederint, illisque non indigentibus, ad Parochiales Ecclesias eorum regimini commissas spectare & ad earundem favorem & utilitatem cedere & erogari debeant. *Innocentius XII. in Constitut. quæ incipit* Inscrutabili, *apud* Antonell. *in Tract. posthum. de jurib. & onerib. Clericor. in addit. final. pag. mihi* 313. & habetur etiam *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca *decis. Roral. volum.* 2. *Constitut.* 10. *ad Relat. Cur. Rom. pag. mihi* 409.

1693. 13. Febr. —— Quando aliunde constat de Unione, perceptio alicujus partis emolumentorum Parochialium facta per Clericos Beneficiatos, referri debet ad permissionem Abbatis ratione auxilii sibi præstiti per dictos Clericos in exercitio Curæ, prout dixit & firmavit *Rota in Calaguritana Quarta Funeralis de Naxera coram* Emerix, *decis. tom* 3. *decis.* 1098. *sub num.* 9. 3940

1693. 13. Febr. —— Licet Abbatibus sive Prioribus 3941

tanquam ordinaria jurisdictione pollentibus, saltem de generali consuetudine Curiarum Ecclesiasticarum, judicare in Causis eorum Ecclesiæ Monasterialis, ut in terminis Episcoporum ait Bald. *in l. 1. in fin. C. ne quis in sua causa, &c.* & plenè firmat Sperell. *decis. 93. sub num. 1. & seqq. & 27. ferè per tot.* & ex eis prosequitur *Rota in d. Calaguritana Quarta Funeralis coram* eodem, *ibid. sub num. 16.*

1693. 16. Febr. —— Constitutio Gregorii Undecimi de authoritate Cardinalis pro tempore Protectoris Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci, & alia Sixti Quarti dictam Constitutionem approbantis & declarantis (de quibus supra 1373. 27. Maii) nec non & Julii Secundi utramque Constitutionem prædictam confirmantis innovantur, & ad primævum statum & pristinum usum reducuntur & reintegrantur, illisque in omnibus & per omnia perpetuum & inviolabilis firmitatis robur adiicitur: Insuper, ut in omnibus & singulis quorumcunque Regularium Ordinibus hujusmodi Protectorum curæ commissis una & eadem pariformis talium Protectionum sit & perpetuò esse debeat regula & disciplina, omnia & quæcunque tam in præfatorum Pontificum quàm in præsentibus Litteris contenta, in omnibus & singulis sive S. Francisci, sive cujuscunque alterius Regulæ vel Instituti, ac quomodocunque erectis ac erigendis Ordinibus & Regionibus ac Congregationibus vel Reformationibus tam Virorum quàm Mulierum observentur ac omnimodæ executioni demandentur: Plura denique hujusmodi Protectoribus adimit & revocat *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 25. quæ incipit* Christifidelium, *& refert etiam* Antonell. *in Tract. posthum. de jurib. & onerib. Clericor. in addit. final. pag. mihi* 321. & habetur quoque *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca *decis. volum. 2. pag. mihi* 414. nec non apud Julium de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 247. 394

1693. 26. Febr. —— Juspatronatus non potest re-

servari auctoritate Ordinarii super Ecclesiis Regularium, ad text. *in cap. nobis, de Jurepatr.* hoc tamen procedit in reservatione Jurispatronatus super ipsa Ecclesia Regulari, non autem super aliqua illius Capella, ut benè explicat ipse text. ibi: *secus tamen in Capella unus Presbyter à Patrono eligitur, & pro institutione habenda Loci Episcopo præsentatur*: prout ex dicto textu firmavit *Rota in Romana Capellaniarum coram* Emerix, *decis. tom. 3. decis. 1100. sub num. 14. & 15.*

1693. 27. Febr. —— Ubi viget consuetudo, quod Regulares in Processionibus inter se præcedant ratione Originis & Institutionis Religionis, servanda est, prout articulo plenè examinato, ad relationem Cardinalis Petrucci respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Forolivien. pro controversia inter Monachos Camaldulenses & Vallumbrosanos, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. formul. 7. sub num. 28. pag. mihi 155.* licèt inter Regulares, sive Mendicantes sint sive non, Præcedentia regulanda sit juxta dispositionem Bullæ Gregorianæ (de qua supra 1583. 15. Julii) quod scilicet illa Religio in Processionibus præcedat, quæ prius in Civitate seu Loco ubi residet, fundavit & habuit Monasterium, prout approbante Paulo Quinto respondit *Congregatio Rit. anno 1618. 29. Nov.* 3944

1693. 27. Febr. —— Advertat Episcopus, quod nullo modo debet permitti, quod in fundatione Monasterii, nec postea, Moniales habeant prospectum vel retineant Crates correspondentes in Ecclesia Præsbyterorum Sæcularium vel Regularium pro audienda Missa, sub prætextu quod non possint ob illarum paupertatem manutenère Capellanum: sed ubi inveniat adesse & retineri, omninò removeri mandet, prout fieri jussit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Trojana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. formul. 19. sub num. 35. pag. mihi 232.* 3945

1693. 4. Apr. —— Confirmatio Decreti Congre- 3946

gationis Sacrorum Rituum super approbatione sententiæ Ordinarii Colymbriensis de cultu immemorabili exhibito Beatæ Joannæ Filiæ Alphonsi Quinti Lusitaniæ Regis, ac Religiosæ Ordinis S. Dominici cognomento Sanctæ Principissæ, & super casu excepto à Decretis Urbani Octavi. *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 26. quæ incipit* Sacrosancti, *pag. mihi* 116.

1693. 6. Apr. —— Ecclesia existens in Diœcesi Episcopi, fit etiam Nullius, si subdatur Prælato habenti Territorium separatum in statu Nullius: quando enim subduntur Ecclesiæ omnimoda subjectione alicui subjecto capaci exercendi Jurisdictionem veram Nullius in proprio Territorio materiali censetur etiam eidem fuisse attributam eandem Jurisdictionem quoad dictas Ecclesias, quæ virtute dictorum Privilegiorum, quæ habet Præsul, tanquam membra ejus Territorii separati debent eodem jure censeri, prout dixit *Rota in Capuana seu Montis Cassinensis Parochialium coram* Ursino, *& antea in eadem* 1679. 10. *Mar. coram* Bourlemont, *ac etiam itidem in eadem* 1686. 17. *Jun. coram* Matthæjo, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 6. Alexandri III. sect.* 1. *sub numer. 9. pag. mihi* 129. 3947

1693. 8. Apr. —— Non est permittendum, Colonos Bonorum Religionis Hierosolymitanæ arctari ad solum molendinum Civitatis, prout declaravit atque respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Recinaten. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Colonus Commendæ, *sub num.* 5. 3948

1693. 18. Apr. —— Si Regulares Censuram Canonis *si quis suadente* 17. *quæst.* 4. vel aliam à Jure latam incurrerint, ubi factum est certum & habet speciem notorii, poterunt per Episcopum publicè denunciari, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Neapolitana*, & est juxta Cardin. de Luca *de Jurisdict. disc.* 29. *sub num.* 2. & iterum *disc.* 47. *sub nu.* 3. *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. 3949

tit.

sit. 6. formul. 20. sub numer. 25. pag. mihi 236. ubi etiam quod notorium factum tunc dicitur, si evenit in loco publico, in quo solent homines communiter versari, unde quod fit Domi non potest dici notorium: si coram decem Personis committatur: si fiat de die, quia de nocte non possunt homines benè videre, ut docet Raynald. *Observat. crimin. supplem. ad cap. 32. supplem. 4. sub numer. 115.* ubi dat concordantes. ¶ Vide etiam quoad hoc Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 11. Alexandri IV. sect. unic. sub numer. 13. pag. mihi 132.*

1693. 29. Apr. —— Milites Lauretani habent facultatem, non verò necessitatem deferendi Crucem, prout dixit & firmavit *Rota in Romana seu Nonantulana Pensionis coram* Emerix, *decis. tom. 3. dec. 1117. sub num. 14.* 3950

1693. 4. Maii. —— Electio Vicarii Generalis in Examinatorem cum adjuncto *pro tempore*, vel Superioris Conventus qui sit Magister seu Lector Theologiæ, dicitur valida, quia hoc casu Personæ prædictæ reputandæ sunt pro Examinationibus Synodalibus legitimè deputatis, ex quo ista electio facta per Synodum non respiciat Personas incertas de incertis & cum omnimoda incertitudine qualitatum à Concilio requisitarum, sed Personas incertas de certis cum certitudine & concludente qualitates scientiæ & idoneitatis requisitas ab eodem Concilio, ut in Vicario Generali *pro tempore* & in SuperioribusConventuum Magistris seu Lectoribus Sacræ Theologiæ qui aliquando eam legerint, validè esse deputatos defendunt Gavant. *in Prax. Synod. Diœcesan. par. 1. cap. 31. de Examinatorib. §. 5. vers. fortassè valeret*, & iterum *part. 4. cap. 9. numer. 16. in fine*, Tancred. *de Religion. tract. 2. lib. 4. disput. 7. quæst. 12.* Diana *oper. moral. tom. 3. tract. 3. resolut. 96. per tot.* & etiam *in Sum. Theolog. & mor. tract. 8. post difficult. 5. de Examinat. Synod. nu. 3.* Urtad. *resolut. moral. tract. 12. resolut. 5.* & ex eis dixit & firma- 3951

mavit *Rota in Hortana Parochialis coram* Molines : *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. in Appendice , decis. 29. sub numer 3. pag. mihi* 437.

1693. 16. Maii —— Procurator constitutus ab aliquo Conventu ad faciendum Erèmum , validè obligavit Conventum pro debito cum usuris necessario pro dicta fundatione , prout dixit & firmavit *Rota in Romana Census coram* Manuel , *& antea in eadem* 1689. 9. *Maii coram* Caccia , *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 7. Joannis XXII. sect. unic. sub numer. 11. pag. mihi* 58.

1693. 20. Maii. —— Omnibus & singulis Ordinis S. Joannis de DEO Superioribus & Fratribus ac Personis pro tempore existentibus conceditur , ut de cætero Processionibus etiam solemnissimis quacunque ex causa de more vel consuetudine aut aliàs pro tempore faciendis aut à quovis loci Ordinario indicendis interesse minimè teneantur , nec ad id ubique locorum per Ordinarios hujusmodi seu alias quascunque Personas inviti seu nolentes cogi vel compelli possint . *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 29. quæ incipit* Injuncti , *pag. mihi* 133. 395

1693. 15. Jun. —— Potest Monachus de consensu & licentia sui Superioris contrahere, & ex contractu non solùm naturaliter , verùm etiam civiliter obligatur , ut in specie tradit Bald. *in cap. ex rescripto , numer. 3. de jurejur.* ibique Alex. de Nevo , & Felin. *sub numer. 1.* Monald. *consil 30. numer. 1. & sequentibus* & etiam *numer. 14. lib. 2.* nec in præjudicium Juris ex hac ejus obligatione Tertio acquisiti potest idem Superior , aut ejus successor vel alius etiam majori pollens auctoritate contractum & obligationem ejus infirmare , Sanchez *ad precept. Decalog. lib. 7. cap. 31. sub numer. 40. & 41.* quem sequuntur plures citati à *Rota in Bonon. Legitimationis coram* Emerix , *decis. tom. 3. decis. 1122. sub numer. 13. & 14.* 395

15. Jun.

1693. 15. Jun. —— Concordia inita per Monachos & Monasteria super annuis præstationibus non valet sine Beneplacito Apostolico, *ex decis.* 508. *sub numer.* 1. *& 2. coram Bichio, & in Bononien. Pradii coram Carpineo* : & Superiores Monasteriorum, etiam Generales, non possunt per contractus læsivos Monasterio seu Religioni præjudicare, ad tradita per Barbos. *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 93. *sub numer.* 54. Donat. *quæst. regular. tom.* 1. *tit. de reb. Eccles. non alien. tract.* 14. *quæst.* 10. *ex numer.* 9. Monachus verò potest remittere annuas præstationes & præsertim præteritas, sibi debitas à Consanguineis etiam sine solemnitatibus, Diana, Quaranta, Sanchez, & Cardin. de Luca citati à *Rota in d. Bononien. Legitimationis coram* eodem, *ibid. sub numer.* 15. 16. *&* 17. 3955

1693. 15. Jun. —— Perpetua & enixa prohibitio cujuscunque alienationis Bonorum facta pro conservatione Familiæ & Descendentiæ Testatoris præfert exclusionem Professorum in Religione, qui Familiam conservare non possunt, ut firmatum fuit *in decis.* 32. *sub numer.* 3. *&* 4. *coram Mantica*, & conferunt tradita per Altograd. *consil.* 69. *sub numer.* 17. *& sequentibus, lib.* 1. Gratian. *disceptat. forens.* 986. *sub numer.* 8. Cardin. de Luca *de Fideicomis. disc.* 63. *sub numer.* 14. *&* 15. & ex eis dixit & firmavit *Rota in d. Bononien. Legitimationis coram eodem, ibid. sub num.* 36. 3955

1693. 15. Jun. —— Canonicus Regularis assumi nequit in Coadjutorem Canonicatus, prout dixit & firmavit *Rota in Novarien. Præbenda coram* Manuel, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *circa Constitut.* 1. *Anastasii IV. sect.* 1. *sub numer.* 35. ubi *etiam ait, quod* hoc quoque in terminis Archidiaconatus dixit Amyden. *de Stylo Dataria, lib.* 1. *cap.* 15. §. 7. *sub numer.* 110. *vers. Quod dixi.* 3956

1693. 15. Jun. —— Eques Hierosolymitanus, remota per Indultum incapacitates à Religionis Stabili- 3957

bilimentis inducta, potest favore suorum Consanguineorum disponere : Religio enim S. Joannis Hierosolymitani quoad paupertatem ab aliis differt, in iis etenim Professio radicitùs facultatem testandi perimit, in illa verò operatur dumtaxat quandam extinctionem per dictæ facultatis modificativam, & revisentem impetrationem Indulti à Magno Magistro habente facultatem illud concedendi, Berret. *consil. 96. sub numer. 1. Natt. consil. 308. sub numer. 25.* Castropal. *oper. moral. tom. 3. disput. 3 punct. 12. sub numer. 8.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Romana Successionis & Legitimæ coram* Pio, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum. 1 decis. 9. de Regularibus, sub numer. 1. & 2. pag. mihi 28.*

1693. 20. Jun. —— Censuris Clausuræ non afficiuntur Cooperantes seu Assistentes ingressui, sed Superior & Moniales quę sine necessitate Personas cujusvis ætatis & sexus in Clausuram recipiunt & introducunt, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Monopolitana Censurarum, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in Appendice, pag. mihi 387. sub numer. 6.* ubi hoc advertit ex numero præcedenti, ubi dixerat, quod violat Clausuram & Censuras incurrit qui introducit infantes cujusvis sexus & ætatis, ut sic pluries declaratum fuisse à Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium referunt Nicol. *in Flosc. verb. Clausura, sub numer. 29.* Pignatell. *consultat. 85 sub numer. 243. tom. 6.* & Gavant. *in Manuali Episcopor. verb. Monialium Clausura, sub numer. 31.* quod est contra Donatum & alios ab eo relatos *in tom. 4. de Regularib. tract. 5. quæst. 11.* sed hos Episcopus sequi non debet, sed oraculum Sacræ Congregationis, quæ majori auctoritate hoc decidendi pollet, quàm Authores Regulares. 3958

1693. 22. Jun. Si —— Prælatus inferior obtinens Territoriũ omninò separatum & consequenter plenam Jurisdictionem in Clerum & Populum, etiam habeat 3959

beat facultatem convocandi Synodum & sibi Examinatores Synodales constituendi, potest approbationem ad Beneficia Curata facere per proprios Examinatores, absque eo quod requiratur approbatio Episcopi vicinioris, prout dixit & firmavit *Rota in Nonantulana Jurisdictionis coram* Caprara, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 7. Urbani IV. sub numer. 39. pag. mihi* 348.

1693. 3. Jul. —— Si in Litteris Patentibus nominationis Concionatoris, Universitas sive alius qui jus habet præsentandi, uteretur hisce verbis, scilicet, *eligimus, constituimus, & electum præsentamus*, possent reijci, donec aliæ Litteræ reformatæ expediantur, in quibus solùm dici debet, *N. nominamus, & præsentamus* : & hæc regula procedit, quamvis nominatio Concionatoris ad Generalem alicujus Religionis pertineret, quotiescunque non pro Religione, sed pro commoditate Universitatis, quæ eleemosynam solvat, in Ecclesia Regulari Concio habenda sit, prout proponente Cardinali de Judice censuit & rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regul. in Alatrina, apud* Monacell. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 12. formul. 7. sub num. 4. pag. mihi* 362. 3960

1693. 23. Jul. —— Sub Constitutione Urbana supra posita & adita anno 1640. 16. Octobris, in qua munerum largitio interdicitur, comprehenduntur etiam Novitii utriusque sexus, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una S. Severini, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in Appendice, pag. mihi* 409. *sub numer. 6.* ubi ait, quod hoc Decretum ex Secretaria per se extractum refert quoque simile Nicol. *in Lucubrationib. lib. 2. Civil. tit. de donat. post numer. 13. vers. Secundò notandum, in fine*, & est contra Cherubin. & alios ab eo allegatos *in Compend. Bullar. ad d. Constitut. schol. 1.* 3961

1693. 21. Aug. —— Legatum relictum Sacristiæ 3962

aut

aut Valetudinario vel Ecclesiæ pro Cera & Oleo, Monasterii Bonorum incapacis, non dicitur irritum, sed debet per Syndicum investiri pro adimplenda Testatoris voluntate, prout censuit & rescripsit *Congregatio Concil. in Forosempronien.* & antea *in Congregatione deputata apud* Fagnan. *in capit. nimis prava, sub numer. 52. de excess. Prælator.* prout habet Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 2. tit. 14. formul. 1. sub nuuer. 17. pag. mihi 162.* ubi etiam ait, quod imo si gravetur hæres, illud subministrare tenetur, prout resolvit & respondit *Congregatio Concil. in Faventina, anno 1697. 2. Mar:* 3961

1693. 4. Sept. —— Regularibus paratis & deferentibus in Processione Reliquias debetur Præcedentia (non tamen cæteris non paratis) supra Clerum Sæcularem, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. ad relationem Cardinalis Petrucci in Saonen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 1. tit. 5. formul. 7. sub nu. 32. pag. mihi 155.*

1693. 16. Sept. —— Bona Commendarum spectantium ad Religionem Equitum S. Stephani, tanquam Bona Ecclesiastica tuenda sunt, prout censuit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Reghien. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dicta Congregationis, verbo* Equites S. Stephani, *sub numer. 2.*

1693. 18. Nov. —— Monachi non tenentur ad Gabellam pro suis rebus, quæ in Dohanam afferuntur, adeoque injungitur Episcopo, ut illos tueatur contra molestias Dohanerii, prout injungit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dicta Congregationis, verbo* Gabella & Gabellarius, *sub nu. 10.* 3963

1693. 11. Dec. —— Velle & nolle Monachi non transeunt in Abbatem quoad ea, quæ tangunt illius personam, & sunt diversificativa seu immutativa ejus status, prout dixit & firmavit *Rota in Bononien. Legitimationis coram* Emerix, *dec. tom. 3. decis. 1142. sub num. 4.* 3964

14. Dec.

1693. 14. Dec. —— Indulta ſuſcipiendi Ordines extra tempore à Jure ſtatuta concedi poſſunt ob penuriam Sacerdotum in Monaſterio pro Regularibus, prout concedi poſſe cenſuit Congregatio ſpecialiter deputata, cujus Decretum approbavit, ac tam in Dataria & Secretaria Brevium quàm à cæteris omnibus Miniſtris & Officialibus Curiæ, ad quos pertinet, perpetuò & inviolabiliter ſervari mandavit *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Conſtitut. 91. quæ incipit* Sanctiſſimus, *pag. mihi 264. & referunt etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in Appendice, pag. 477.* ac Petra *in Comentar. ad Conſtitut. Apoſtolic.* nec non Antonell. *in Tract. poſthum. de jurib. & onerib. Clericor. lib. 2. in addit. final.* 3965

1694. 16. Jan. —— Patres Conventuales, non obſtante Exemptionis Privilegio, tenentur Parochis ſolvere Decimas prædiales ex Bonis titulo ſive oneroſo ſive lucrativo quæſitis, prout declaravit & reſcripſit *Congregatio Concil. in Feretrana, apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 4. circa Conſtitut. 8. Martini V. ſub numer. 18. pag. mihi 442.* 3966

1694. 28. Jan. —— Ad præcavendas omnes diſſidiorum cauſas, quæ Chriſtianam pacem dilacerant tam verbis quàm ſcriptis ſuper interpretatione ſeu declaratione Formularii Alexandri Septimi in condemnationem quinque Propoſitionum ex Libro Cornelii Janſenii, cui titulus eſt *Auguſtinus*, excerptarum & damnatarum, quoſcunque alios ſenſus Formularii prædicti, præter eum quem in ſenſu obvio ipſius verba exhibent, afferri & uſurpari aut de his diſputari interdicitur: ac ſuper ejuſdem Formularii interpretatione ſicuti & prædictarum Propoſitionum in alios ſenſus, præter eum quem ipſa verba per ſe exhibent, omnibus & ſingulis cujuſvis Religionis & Ordinis ac Congregationis ſive Inſtituti vel Societatis Regularibus & aliis quibuſcunque perpetuum ſilentium imponitur: Omnes 3967

verò

verò Libri & Tractatus ex professo vel incidenter in lucem editi super hujusmodi materia prohibentur; & iisdem Personis supra enumeratis injungitur, ne in posterum Compositiones de hac materia tractantes in lucem edere audeant: Ut autem hujusmodi Decretum inviolabiliter super omnibus in eo contentis observetur, Contrafacientes pœnas privationis Dignitatum & Officiorum suorum, vocis activæ & passivæ, facultatis concionandi & publicè legendi ac docendi & interpretandi ipso facto incurrant, & aliis etiam pœnis arbitrio Papæ subjaceant *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontificis, Constitut. 113. qua incipit* Sanctissimus, *pag. mihi 265.*

1694. 12. Febr. —— Si agatur de fundatione Monasterii Minoritarum Observantium, concensu Diffinitorii non exhibito, non erit locus erectioni, quamvis cætera requisita concurrant, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Aquinaten. pro Loco Arcis, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 1. tit. 6. formular. 19. sub num. 1. pag. mihi 226.* ubi ideo ait, quod apud istos Minoritas nova Monasteria non eriguntur, neque jam erecta deseruntur sine consensu Diffinitorii Provincialis, ut testatur Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Conventus, *sub num 6.* 3969

1694. 26. Mar. —— Magnus Magister Religionis S. Joannis Hierosolymitani nequit suam authoritatem in futuris exercere, Barbat. *in cap. constitutus, col. 2. de rescript.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Romana Officii coram* Caprara, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum. 2. de Regalibus, sub numer. 6. pag. mihi 17.* 3970

1694. 29. Mar. —— Equiti Hierosolymitano uti verè Religioso prohibitum est de suis Bonis testari, tam ex dispositione Stabilimentorum Religionis quàm Juris communis, Sperell. *decis. 21. sub numer. 41.* hujusmodi tamen inhabilitas provenit à 3971

Pro-

Professione, nonverò ex eo quod quis sit Religiosus: ex ingressu enim in Religionem non infertur ad Professionem, Abbas *in cap. nuper. 51. sub num. 4. de testib.* Bordon. *de Profess. cap. 18. sub numer. 112.* Fontanell. *decis. 431. sub numer. 3. 13. & 14.* & ideo Habitus non facit Monachum, sed benè ipsa Professio, *cap. porrectum, de regul.* Gloss. *in cap. Vidua, eod. tit.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Firmana Pradii della Parapinæ, coram* Caprara, *in additam. ad Theatr.* Card. de Luca, *dec. volum. 3. decis. 3. de Testamen. sub num. 6. & sequent. pag. mihi* 285.

1694. 7. Apr. —— Procurator Generalis Provinciarum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia & Reformatorum seu Strictioris Observantiæ in Romana Curia residens, de sexennio in sexennium in Capitulo generali ejusdem Ordinis eligatur, in ejusque electione votum sive suffragium Fratres Vocales Provinciarum Reformatarum Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis tantùm ibidem unà cum Ministro Generali pro tempore existente Ordinis supradicti congregati habeant & ferant ac habere & ferre liberè & licitè possint & valeant: Quod si Procuratoris Generalis sic electi officium ante expletum sexennium quomodolibet vacare contigerit, ad pro tempore existentem Romanum Pontificem pro opportuna desuper provisione obtinenda recurratur. *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 41. qua incipit* Cùm Nos nuper, *pag. mihi 174. & refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 22. sub num. 35. pag. mihi 233.* ac Julius de Venet. *in Chronolog. Historico leg. seraph. Ordin pag. 252.* 3971

1694. 10. Apr. —— Procurator Generalis, & Commissarius Generalis Curiæ Romanæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, in Capitulo Generali ejusdem Ordinis de sexennio in sexennium eligantur, in eorumque respectivè electione votum sive suffragium Fratres Vocales illius Fa- 3972

miliæ tantùm, Cismontanæ scilicet, seu Ultramontanæ, ex qua nimirùm cæteroquin juxta Regularia Ordinis prædicti Instituta per Sedem Apostolicam approbata Procurator Generalis seu Commissarius Generalis Curiæ hujusmodi respectivè assumendi erunt, unà cum Ministro Generali ibidem insimul congregati habeant & ferant ac habere & ferre liberè & licitè possint & valeant: Quod si Procurator Generalis, ac Commissarii Generalis sic electorum officia, sive eorum alterum vacare contigerit, ad pro tempore existentem Romanum Pontificem pro opportuna desuper provisione obtinenda recurratur. *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 42. quæ incipit* Sacrosancti, *pag. mihi 176. & refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 2. sub numer. 34. pag. mihi 231.* ac Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. 253.*

1694. 26. Apr. —— Si Abbati vel alteri Prælato inferiori fuerit datum in Privilegio, quod Curiam in spiritualibus de per se regere valeat, nec non interdicere & suspendere Clericos ab Officiis & Beneficiis, & Laicos excommunicare culpis exigentibus eorum, & alia jurisdictionalia exercere, & licèt fuerit additum *sine aliqua contradictione & molestia Ordinarii sive Episcopi*, non per hoc censetur concessa jurisdictio privativè quoad ordinariam, cùm solùm dicta verba dent assistentiam pro jurisdictione, ut optimè fundat *Rota in Baren. Jurisdictionis coram* Ursino, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 6. Alexandri III. sect. 1. sub num. 45. pag. mihi 137.*

1694. 30. Apr. —— Abbas Generalis habet assistentiam Juris pro omnimoda ordinaria jurisdictione super omnibus ejusdem Ordinis Monasteriis ac Religiosis, *cap. cum ab Ecclesiarum Prælatis, de offic. Ordin.* cum aliis adductis per modern. Donat. *in Prax. Rer. Regular. tract. 13. quæst. 66. sub numer. 1. tom. 1.* Abbas ergo, qui jurisdictionem ex alterius man-

mandato suscipit & exercet, fatetur non habere propriam, juxta text. *in l.* 1. §. *qui mandat jurisdict. suscept. &c. ff. de offic. ejus, cui mand est jurisdict. cap. ut officium, de hæres. in* 6. Ansal. *de Jurisdict. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 30. *sub num.* 35. & ex eis dixit *Rota in Nullius Provinciæ Tarraconen. Jurisdictionis super bono Jure, coram* Emerix, *decis. tom.* 3. *decis.* 1167. *sub numer.* 5. & 6.

1694. 5. Jul. —— Pacta inita cum Parocho occa- 3975
sione erectionis Conventus sunt servanda, etiamsi fuerint inita per Guardianos seu Priores sine licentia Generalis aut Provincialis, ut expressè cavetur *in cap. fin.* ibique notant Gemin. *sub numer.* 5. & 6. Butr. *sub num.* 1. *vers. solve, de pact. in* 6. Moron. *respons.* 52. *sub num.* 17. *vers. ad hoc, ut teneantur,* alique citati à *Rota in Majoricen. Quartæ Funeralis & erectionis Crucis coram* Emerix, *decis. tom* 3. *decis.* 1206. *sub num.* 2. ubi *num.* 8. *dictum etiam fuit, quod* Parochus potest se opponere novæ fundationi Monasterii, & eo dissentiente Episcopus debet abstinere, ad tradita per Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 26. *sub num.* 5. *par.* 2.

1694. 24. Jul. —— Quotquot de Regularibus A- 397
postatis & Fugitivis quorumcunque Ordinum à propria Religione apostaverint, etiamsi à Fide Catholica delapsi fuerint, si citra montes intra tres menses, ultra montes infra annum, extra Europam ad tres annos à die publicationis præsentium resipuerint, & ad propriam Religionem vel ad aliam etiam laxiorem claustralis & regularis observantiæ transire & respectivè ad Fidem Catholicam reverti voluerint, seque præsentaverint alicui sive Nuncio Apostolico sive Episcopo sive Inquisitori sive (si facilis ad illos non sit accessus) Vicario Apostolico aut Præfecto Missionum quem ipsi elegerint, & veniam coram eo petierint ac omnes errores abjuraverint in forma solita, ab eodem per ipsos electo à quibusvis Censuris & pœnis Ecclesiasticis (salvo tamen Jure Partium & Fisci) absolvi

& in Communionem Catholicam recipi ac super Irregularitate quoad exercitium Ordinum per eos ratione Apostasiæ & lapsus à Catholica Fide in hæresim vel ex violatione Censurarum dumtaxat contracta dispensari possint & valeant, suspenso tamen prædicto Ordinum exercitio dum extra Claustra permanserint, ac præmissa pœnitentia salutari excessibus congrua, condonationem & remissionem ac impunitatem omnium delictorum (salvo semper Jure Tertii) tam ante quàm post Apostasiam commissorum consequantur, litterasque testimoniales gratis concedendas obtentæ absolutionis & dispensationis ac condonationis atque remissionis & impunitatis habere procurent. *Congregatio specialiter deputata ab Innoc. XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Const.* 100. *quæ incipit* Congregat *pag. mihi* 285.

1694. 24. Jul. —— Dictis Apostatis & Fugitivis ut supra resipientibus, qui ad aliam Religionem transire voluerint, competens terminus quatuor mensium à die obtentæ absolutionis inchoandus ad inveniendos benevolos Receptores concedatur ab eo à quo reconciliati fuerint, quo termino durante remanère debeant (ne vagi discurrant) sub obedientia illius Ordinarii sive alterius ex prædictis Superioribus cui se præsentaverint, eoque elapso, nec alio benevolo Receptore invento, statim ad propriam Religionem redire teneantur, aliàs habeantur pro Apostatis recidivis, & subjecti sint eisdem pœnis contra Apostatas per Sacros Canones & Constitutiones Apostolicas inflictis: Irregulares autem ex aliis delictis præter expressa, iisdem Irregularitatibus remaneant obnoxii, nisi postea ab Apostolica Sede ob correctos & emendatos maximè mores fuerint secundùm Ordinariorum & proprii cujusque Ordinis Superiorum attestationes dispensati: Sic autem reconciliatos, si ad propriam Religionem revertantur, illorum Superiores benignè recipiant, ac nisi alia crimina præter supra expressa patraverint, juxta eorum pœnitentiæ fru-

ctus

ctus & merita, etiam ad honores & locum ac voces restituant, eisdem à nemine objurgata anteactæ vitæ memoria: Quoad illos verò qui ad aliam Religionem etiam laxiorem transire voluerint, hortantur in Domino Superiores Ordinum habentes facultatem recipiendi ad Habitum & Professionem, ut eos recipiant, & post peractum Probationis annum admittant ad Professionem. *Congreg. specialiter deputata ab Inn. XII. in d. Coll. Bull. hujus Pontifi. loc. cit.*

1694. 24. Jul. —— Firmis ac in suo robore semper manentibus Decretis de Apostatis à Sacra Congregatione Concilii editis & ab Urbano Octavo (prout supra 1624. 21. Sept.) confirmatis, etiam secundùm eam partem ubi agitur de Ejectis & Eiiciendis, quoad Ejectos eadem serventur quæ in alio simili Decreto (superiùs immediatè posito) hac præsenti die emanato de Apostatis & Fugitivis statuta sunt & indulta, & ad præscriptam legem Gregorii Noni *in cap. fin. de Regular.* annuatim Fugitivi requirantur & respectivè cogantur ad Claustra reverti: Annus integer, qui in prædictis Decretis de anno 1624. præscribitur, in pœnitentia & jejunio ad eiiciendos Incorrigibiles, ad sex tantùm menses continuos in posterum coarctetur & restringatur: Facultas Generalibus Ordinum de consilio & assensu sex ex gravioribus Religiosis in singulis Capitulis & Congregationibus generalibus ad Causas Eiiciendorum eligendis attributa, extendatur etiam ad quoscunque Provinciales qui electis pariter in Congregationibus Provincialibus sex gravibus ex propria Provincia Religiosis à Generali confirmandis, de illorum consilio & assensu Causas hujusmodi cognoscant, & ad effectum eiiciendi Incorrigibiles suæ Provinciæ & ejectionem pronunciandi, accedente approbatione Generalis, definiant, salva semper Sanctæ Sedis & Sacræ Congregationis Concilii in casu recursus & appellationis auctoritate. *Congregatio specialiter deputata ab Innocentio XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 101. quæ incipit* 3978

cipit Instantibus, *pag. mihi* 287. *& referunt etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag. mihi* 478. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 5. *sub num.* 8. *pag. mihi* 55.

1694. 24. Jul. — Processus circa dictos Ejectos & 397
Eiiciendos conficiantur in posterum juxta Regulas & Constitutiones sive Ordinationes & stylum cujusque Ordinis & Religionis, donec aliter fuerit à Sacra Congregatione provisum: At quia nimia sine delectu facilitas recipiendi quoscunque Religionis ingressum petentes & à Religione forsan alienos, duram satis tractu temporis necessitatem parit eosdem è Claustris eiiciendi, ne hujusmodi semina quæ à principio ad fructum faciendum cadunt in terram bonam paulatim contaminata inordinatis moribus usque ad incorrigibilitatem succrescant in paleas, ideo (annuente Sanctissimo) sub intermination Divini Judicii nec non privationis vocis activæ & passivæ ac Dignitatum & Officiorum obtentorum cum inhabilitate ad eadem in posterum obtinenda præcipitur quibuscunque prædictorum Ordinum Superioribus, ut omnia & singula Decreta Clementis Octavi incipientia *Regularis, Sanctissimus, & Nullus* (de quibus supra, 1599. 21. Mar. & 20. ac 25. Jun.) unà cum aliis subsequentibus Decretis & provisionibus ac ordinationibus & respectivè moderationibus, bis in anno legantur & ad unguem serventur, ac pœnæ in eisdem contentæ innoventur & Capitibus Ordinum intimentur. *Congregatio specialiter deputata ab Innocentio XII. in d. Collect. Bullar. hujus Pontific. loc. citat.* & referunt etiam Monacel. & Matthæucc. *ibidem.*

1694. 31. Jul. — Parochi Sæculares non possunt 398
prætendere majorem quantitatem emolumentorum funeralium, quando Cadavera sepeliuntur in Ecclesiis Regularium, quàm accipiunt, quando tumulantur in Ecclesiis Sæcularibus, prout declaravit & censuit *Congregatio Concilii, apud* Piton. *discept. Ecclesiastic. par.* 2. *discept.* 50. *sub num.* 48.

21. Aug.

1694. 21. Aug. —— Abbas non potest absque justa causa expellere è suo Monasterio Confugitum, prout declaravit atque rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Neapolitana*, *apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregat. verbo* Abbas, *sub n.* 4. 3981

1694. 11. Sept. —— Quamvis Canonici possint eligere Sepulturam in Ecclesia Regulari, electione tamen non facta, si habitabant in Canonica & non extra, debent sepeliri in Cathedrali, præsertim si habeant Sepulturam propriam Canonicorum distinctam, nam in ipsa & non in illa Majorum est Canonicus sepeliendus, prout censuit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Tudertina*, *apud* Petra *in Comment. ad Const. Apostol. tom. 2. circa pag. 395. ca Constitut. 2. Honorii III. sect. unic. sub numer.* 39. 3982

1694. 13. Nov. —— Regulares, præcedente generali indictione, tenentur accedere ad Processiones publicas Corporis Christi, & similium, prout resolvit *Congregatio Concil. in Insularum Canariæ Jurisdictionis*, & antea idem declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Eugubina anno* 1649. 1. *Maii*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *sub num.* 443. *pag. mihi* 108. *in supplemen. ad* 2. *tom.* ex Pasqualig. *ad Lauret. de Franch. controver. par.* 1. *sub n.* 71. & est juxta Card. de Luc. *de Jurisd. dis.* 100. *subn.* 9. & 10. 3983

1694. 20. Nov. —— Translato Festo S. Francisci de Paula post Octavam Paschatis, non censetur translata Indulgentia, ut respondit *Congregatio Rituum in una dicti Ordinis*, juxta alias Declarationes relatas in Rubrica Breviarii Fratrum Minorum *sub titul.* 10. & editas anno 1679. 30. Sept. ac anno 1690. 10. Jun. apud Monacel. *in Formular. leg pract. par.* 2. *tit.* 16. *formul.* 6. *sub num.* 9. *pag. mihi* 332. ubi etiam ait, quod circa hoc requiritur expresè concessio Papæ, prout concessit Innocentius Undecimus Monachis Cassinensibus pro Festo S. Benedicti, indulgendo, quod si inciderit in Hebdomada majori, tunc Indulgentia sit affixa illi diei, in quem contigerit dictum Festum esse transferendum, ut refert 3984

Bissus *in Hierurg. litt. I. verb.* Indulgētia, *sub n. 3. in fin.*

1694. 23. Nov. —— Syndici Apostolici Religionis Fratrum Minorum de Observantia non sunt comprehensi in revocatione Litterarum Patentium sive declarationis Patentatorum, & sunt tantùm subjecti Conservatoribus dictæ Religionis, & exempti respectivè à Jurisdictione Episcoporum, prout declaravit *Auditor Innocentii XII. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 22. quoad Syndicos, sub num. 7. pag. mihi* 160. 3585

1694. 27. Nov. —— Decretum Synodale, in quo dicitur, quod ubi casus ferat, ut Regulares propter eorum delicta extra Conventus & Monasteria incurrant Censuras à Sede Apostolica latas, declarentur per Curiam Episcopalem, confirmatur, si tamen notoria sint delicta, prout confirmat *Congregatio Concil. in Mileten. Synodi, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 11. Alexandri IV. sect. unic. sub num. 13. pag. mihi* 232. 3586

1694. 27. Nov. —— Superiores & Prælati Regulares non possunt publicare Censuras, & affigere Cedulones ad Valvas suarum Ecclesiarum, nisi petita venia ab Ordinario, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in d. Mileten. Synodi, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. sub num. 141. pag. mihi* 17. *in supplemen. ad 1. tom.* 3587

1694. 27. Nov. —— Decretum Synodale, quo prohibebatur Regularibus, ne in Ecclesiis Sæcularibus ex legato celebrarent, delet *Congregatio Concilii in dicta Mileten. Synodi, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 6. Gregorii XI. sub num. 19. pag. mihi* 308. ubi etiam ait, quod eadem Congregatio stetit in decisis anno 1695 11. Julii, & iterùm anno 1696. 1. Decembris. 3588

1695. 10. Jan. —— Licèt Fratres Minores ex Regula S. Francisci & Constitutionibus Nicolai Tertii & Clementis Quinti *in cap. Exiit, & in cap. Exivi de Paradiso, de verb. signific.* incapaces sint cujuscunque juris & proprietatis tam in communi 3589

ni quàm in proprio, hujusmodi tamen incapacitas procedit quoad ea, quæ concernunt utilitates & commoda ipsorum Fratrum pro quotidiano victu & vestitu, non autem quoad ea, quæ concernunt decorem eorum Ecclesiarum ac certum usum Cultus Divini, ut in terminis similium legatorum Vini pro Sacrificiis, Frumenti pro Hostiis, Pecuniæ pro Luminaribus tradunt Ancharan. *in d. Clem. Exivi, vers. cumque annui redditus, numer.* 13. Abb. *consil.* 63. *num.* 4. *lib.* 2. Sanchez *ad præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 42. Rodriq. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 126. *art.* 5. & in puncto legati pro Oleo Lampadis tenent Menoch. *consil.* 1014. *numer.* 37. Barbosa *in Jus Canonic. tom.* 4. *lib.* 5. *Clemen. tit.* 11. *num.* 19. & ex eis dixit *Rota in Turritana Eleemosynarum seu legatorum coram* Emerix Decano, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum.* 2. *decis.* 1. *de Successionib. sub num.* 1. *& seqq. pag. mihi* 212. & refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *in Appendice, dec.* 32. *pag.* 443. ¶ Vide infra, 1696. 6. Apr.

1695. 11. Jan. —— Theatini sunt exempti à Contributionibus præstandis per Ecclesiasticos causa Belli, & etiam à solutione Decimarum Apostolicarum, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Mediolanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Contributio causa Belli, *sub num.* 8. ac etiam *in eadem, verbo* Decima, *sub num.* 3. 3990

1695. 15. Jan. —— Parocho Oppidi Petræ Acutæ debentur Decimæ prædiales Bonorum, quæ possidet Conventus Patrum Prædicatorum intra Parochiæ limites, prout resolvit & rescripsit *Congregatio Concil. in Feretrana Decimarum, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 8. *Martini V. sub num.* 18. *pag. mihi* 442. 3991

1695. 5. Febr. —— Regulares sunt exempti ab oneribus & collectis, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Aquen.* & antea *in Cremonen.* 11. *Januar. ejusdem anni* 1695. *apud* 3992

Ric-

Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Regularis, *sub num.* 1.

1695. 26. Febr. —— Statutum Synodi Diœcesanæ, in quo habetur, quod Alumni Seminarii, qui Religionem aliquam aut Congregationem ingredi voluerint vel ad statum laicalem redire, sumptus Seminario refundant, delendum est quoad ingressum in Religionem, quia in hoc casu Alumni prædicti non deserunt statum Clericalem, sed strictiori vinculo illi se alligant, prout quoad hanc partem delendum esse censuit & respondit *Congregatio Concil. in Cesenaten. reclamante Civitate adversus Decreta Synodi, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. sub num.* 108. *pag. mihi* 59. *in supplemen. ad* 2. *tom.* 3995

1695. 30. Apr. —— Tertiarii S. Augustini, & S. Francisci, dummodò habeant requisita Bullæ Leonis Decimi, gaudent privilegio fori: & ubi asseretur consuetudo contraria, nihil innovetur, donec cognitum sit de tali consuetudine, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Soanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Tertiarii, *sub num.* 5. & 6. 3996

1695. 10. Jun. —— Regulares possidentes Bona stabilia in communi, tenentur solvere procurationem Visitatori Apostolico, quia à tali onere nemo est exemptus, licèt non esset expressum in facultatibus, dummodò non habeant Privilegium peculiare, prout resolvit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in S. Severini, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *formul.* 20. *sub num.* 35. ubi etiam ait, quod ex pluribus præcedentibus Decretis idem probat Nicol. *in Floscul. verb.* Visitatio Apostolica, *à num.* 15. *ad* 25. & iterum *in Lucubrationib. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 39. *sub num.* 23. & 34. 3997

1695. 11. Jun. —— Milites Hierosolymitani, sicuti cæteri Regulares & exempti, tenentur & obligati sunt in eorum Ecclesiis ad observantiam Interdicti per Episcopum publicati, non obstante consuetudine immemorabili in contrarium, prout de- 3998

cla-

claravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Caesaraugustana Interdicti*, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 2. Anastasii IV. sect. 3. sub num. 3. pag. mihi 64.* & refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. formul. 20. sub num. 12.* ubi etiam ait, quod non servantes, subiiciuntur jurisdictioni Ordinariorum, juxta *Clem. 1. de sent. Excommun.* innovatam à Concilio Tridentino *sess. 25. de Regular. cap. 12.* & hoc iterum dicit *par. 3. tit. 1. formul. 45. sub numer. 7. pag. mihi 162.*

1695. 13. Jun. —— Confessiones Abbatum circa solitum renovandi Emphyteusim, enunciativè factæ, probant ad effectum concludendi immemorabilem, cùm loco famæ succedant; & talis probatio importat etiam probationem tituli coactivè renovandi, licèt Ecclesia renovare contenderet, & vellet pro se retinere, prout dixit & firmavit *Rota in Nullius, seu Senogallien. Bonorum super manutentione coram* Muto, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum. 1. decis. 9. de Servit. Emphyt. &c. sub num. 11. pag. mihi 109.* 399

1695. 14. Jun. —— Conventus S. Sabinæ de Urbe, & S. Dominici Ravennatensis, ac itidem S. Dominici Ferrarien sis, & S. Dominici Civitatis S. Severini; atque S. Crucis, & omnium Sanctorum Oppidi Boschi Dertonensis, ac S. Catharinæ Oppidi seu Loci Tridini Casalensis respectivè Diœcesum, in unam novam Provinciam Ordinis Fratrum Prædicatorum sub S. Sabinæ utriusque Lombardiæ titulo nuncupandam: nec non Conventus S. Marci Florentini, & S. Dominici Fesulani, ac itidem S. Dominici Civitatis S. Miniatis, & Hospitium Liburni de Pisana Diœcesi in alteram novam ejusdem Ordinis Provinciam Romanam sub titulo S. Marci eriguntur: Dictæ duæ novæ Provinciæ pro tempore existenti Magistro Generali, sive ejus loco in Romana Curia pro tempore residenti Vicario Generali Ordinis hujusmodi immediatè subjacère debeant, ita ut in illas nulli alii ipsius Ordinis 399*

Su-

Superiores potestatem aliquam valeant exercère, præterquàm earum Vicarii & cæteri earundem Prælati juxta morem deputari soliti: In omnibus autem Conventibus præsentibus & futuris ad easdem novas Provincias seu Congregationes spectantibus Fratres omnes ad Regulæ præscriptum exactè vitam instituere & componere, atque illa quæ Communem Vitam & Victum ac Vestitum concernunt, juxta Concilii Tridentini & Clementis Octavi Decretorum tenorem fideliter ac inviolabiliter observare debeant & omninò teneantur. *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 46. quæ incipit* Ad Pastoralis, *pag. mihi* 185.

1695. 14. Jun. —— Utrique supradictæ novæ Provinciæ, scilicet S. Sabinæ de Lombardia & Romanæ S. Marci de dicto Ordine Fratrum Prædicatorum, de idoneo Vicario Generali ex Fratribus alicujus ex Conventibus ejus Provinciæ seu Congregationis, cui is præficiendus erit, qui illam adjuvante Domino salubriter dirigere valeat & qui in Conventibus prædictis saltem per septennium exactæ Regularis Observantiæ specimen dederit ac quantum fieri potest alicui ex illis laudabiliter præfuerit, à Magistro Generali Ordinis præfati de biennio in biennium provideatur: Quod si Vicarium sic institutum ante completum sui Vicariatus tempus ab humanis decedere contigerit, is qui Vicarii officio novissimè functus fuerit (quatenus adsit) sin minus, Prior antiquioris Conventus ejus Provinciæ seu Congregationis quæ suo Vicario destituta remanserit, in omnibus & per omnia deficientis Vicarii vices gerat, donec alter Vicarius à Magistro Generali supradicto fuerit institutus: teneatur autem hic Pro-Vicarius statim de secuta hujusmodi Officii vacatione eundem Magistrum Generalem admonère & ab eo novum Vicarium exposcere. *Innocentius XII. in d. Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 46.*

1695. 14. Jun. —— Vicarius tam Provinciæ seu Congre-

gregationis S. Sabinæ de Lombardia quàm Romanæ S. Marci de præfato Ordine Fratrum Prædicatorum pro tempore existens, eandem prorsus jurisdictionem & authoritatem habeat in Conventus & Fratres suæ Provinciæ seu Congregationis, quam juxta Apostolicas & dicti Ordinis Constitutiones habent Priores Provinciales in suis Provinciis: Possit quoque idem Vicarius quoscunque Fratres Ordinis supradicti undecunque venientes suscipere & eisdem de Conventibus præfatæ suæ Provinciæ seu Congregationis per deputationem vel assignationem providère (quod tamen criminatis, juxta Clementis Octavi Decreta, nullatenus prodesse poterit) non autem intelligantur iidem Fratres Provinciæ seu Congregationi hujusmodi incorporati, nec in Priores aut Magistros Novitiorum instituti valeant nisi post quadriennium, eoque durante, si ad suos Conventus vel Provincias redire voluerint, licentia eis abeundi liberè concedatur: Nulli præterea ex Fratribus dictarum Provinciarum seu Congregationum (sive intra eas Habitum susceperit, sive aliunde per quadriennium incorporatus fuerit) permittatur transire ad Conventus extra suam Congregationem, nisi de licentia Vicarii unà cum consilio sex graviorum Patrum ejusdem Congregationis, quæ tamen licentia non facilè detur, sed omnimoda diligentia & charitatis officia adhibeantur, ut abire volentes in suscepto Vitæ instituto confirmentur, & si adhuc in discedendi voluntate permanserint, tandem dimittantur, ne aliis impedimento sint. *Innocentius XII. in d. Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut.* 46.

1695. 17. Jun. —— Monasterium ex persona Professi succedit in Fideicommissis agnatitiis, etiamsi Testator dixerit, quod velit ejus Bona omninò & cum effectu, semper & perpetuò esse in ejus Familia & agnatione, prout dixit & firmavit *Rota in Faventina Fideicommissi coram* Ursino, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 3. *circa Constitut.* 1. Cle- 4001

1. *Clementis IV. sect.* 1. *sub num.* 34. *pag. mihi* 365.

1695. 17. Jun. —— Si Bona sint laicalia, & his sit inter Executores & Commissarios laicos, non intrat Ægidiana, etsi ea fuerint relicta pro erigendo Monasterio, nisi tamen fuerint facta erectio, quia potuerat evenire casus, ut non erigatur, & sic remanerent Bona in statu laicali, ut dixit & firmavit *Rota in Asculana Fideicommissi coram* Scotto, *apud* d. Petra *in dd. Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constit.* 1. *Innocentii VI. sub n.* 63. *pag. mihi* 240.

1695. 20. Jun. —— Non potest Hæres mittere alios Sacerdotes ad celebrandum in aliena Ecclesia, illisque dare eleemosynam manualem, quando hujus eleemosynæ capaces sunt ipsi Fratres Minores de Observantia, & veniunt præferendi omnibus extraneis tum ratione præcepti Testatoris, tum ratione loci in quo existunt, ut juxta text. *in Can. quia Sacerdotes* 10. *quæst.* 1. dixit & firmavit *Rota in Placentina prætensa Collegialitatis, apud* Piton. *disceptat. Ecclesiasticar. tom.* 1. *discept.* 2. *sub num.* 12. ¶ Vide supra, 1674. 3. Aug.

1695. 1. Jul. —— Exceptis Capuccinis & Minoritis, omnes Regulares declarantur Bonorum capaces per Sacrum Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de Regular. cap.* 3. Constitutio verò Clementis Decimi quoad Teatinos, uti procedens per viam declarationis comprehendit etiam legata & dispositiones præcedenter factas, Felin. *in cap. fin. num.* 4. *de Constit.* & ibi Dec. *sub num.* 13. Menoch. *consil.* 792. *nu.* 8. Cyriac. *controv.* 220. *num.* 7. *& seqq.* Federic. de Sen. *consil.* 112. *num.* 2. Legatum autem relictum non intuitu Religionis, sed Professi, per istius discessum à Religione, ipsi Religioni minimè debetur; secus tamen contemplata Religione, Innoc. III. *in cap. requisisti*, ibi: *Secus, si exprimat, quod velit esse illud tantùm Ecclesiæ, de Testam.* & hoc casu cùm Testator expresè declaravit, legatum omninò debere esse Regularium, non est quærendum quibus verbis illud conceperit, nec recurrendum

ad

ad conjecturas, sed ipsa expressa voluntas & dispositio Testatoris attendi debet, & subdit text. *in d. cap. requisisti*, ibi: *in quo casu servanda est dispositio Testatoris, de Testam.* & plenè exornat Mantic. *de conjectur. ultimar. volunt. lib. 12. tit. 17. num. 2. & 3.* & magis in specie *num. 30. vers. sed intelligendum est*, & ex eis dixit *Rota in Romana Legati coram* Caprara, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum. 2. decis. 1. de Regularibus, à num. 1. ad 6. pag. mihi 336.*

1695. 1. Jul. —— Legatum relicto Professo intuitu Religionis, si Professus ex propria culpa transitum fecerit ad aliam Religionem, debetur primo Monasterio quod per dictum transitum non remanet de legato privatum, Covar. *in cap. 1. de Testamen. sub numer. 19. & 20. ac 21.* Fontan. *decis. 227. sub num. 1. & 2. ac per tot.* Capon. *disc. 22. sub num. 28.* Gobb. *consultat. 12. sub num. 28.* quidquid quoad Bona Patrimonialia dixerit Cardinalis de Luca *disc. 38. de Regular.* cùm contra ipsum stent Resolutiones Sacræ Congregationis Concilii, & Episcoporum & Regularium cum approbatione Pontificis relatæ per modern. Salentin. *Consultat. Canonic. 432. sub numer. 8. & 11. per tot. juxta impress. Venet.* & sic prosequitur *Rota in d. Romana Legati coram* eodem, *ibid. sub numer. 7. & 8.* & refert etiam Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 11. Clementis IV. sub numer. 27. pag. mihi 441.* & iterum *tom. 4. circa Constitut. 16. Eugenii IV. sect. unic. sub num. 21. pag. mihi 539.* 4005

1695. 2. Jul. —— Religiosi omnes Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia & Reformati, qui Vitam Communem Observantiæ in Litteris Innocentii Undecimi (de quibus supra 1679. 20. Nov.) præscriptam verè & cum effectu sequi non solent (etiamsi id ex infirmitate seu alia quavis necessitate & absque ipsorum culpa accidat) in Prælatos seu Superiores ejusdem Ordinis eligi non possunt, eorumque electio (si quando fiat, tametsi aliàs 4006

aliàs canonica foret) à Prælato sive Superiore Generali dicti Ordinis, servata quoad hoc earundem Litterarum forma, irritanda est : Illi verò, qui in prædictis Observantiæ Communis exercitiis seu in eorum aliquo culpabiliter deficere consueverunt, non modò ineligibiles sint, sed insuper pœnis Constitutionum ipsius Ordinis subjaceant *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 47. quæ incipit* Alias, *pag. mihi* 188. *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 19. quoad Declarationem Regulæ S. Francisci, sub numer. 5. pag.* 191. ac Julius de Venet. *in Chronolog. Historico leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 280.

1695. 18. Jul. —— Omnium & singulorum Ordinum Regularium (iis dumtaxat exceptis, qui in Decretis Clementis Octavi excipiuntur) Superioribus tam Generalibus quàm Provincialibus & aliis denunciatur, ut in unaquaque Provincia per Italiam & Insulas adjacentes deputent aliquos Conventus vel unum saltem in quo servetur Vita Communis, in eoque recipientur Novitii : in dictis Conventibus collocent tantùm Religiosos graves & exemplares ac Regularis Observantiæ & puritatis Regulæ studiosos, & qui consentiant exactè servare Vitam Communem : Præficiantur etiam Viri disciplinæ zelo & charitate ac morum suavitate præditi, quorum regimini libenter alii se submittant : Dictis Religiosis nihil desit, & ideo is numerus constituatur, cui sufficiant redditus : Amplectentes Vitam Communem non transferantur inviti ad alium Conventum, ubi similis Observantia non vigeat : Tenuitati Conventus pro Vita Communi vel Superiores prospiciant per annuam aliorum Conventuum contributionem, vel ab Apostolica Sede per suppressionem remedium postulent : Superioribus negligentibus aut contumacibus imponuntur graves pœnę pro modo culpæ, & etiam privationis Officiorum ac perpetuæ inhabilitatis ad ea, aut alia obtinenda : Nulla denique

in

in posterum Monasteria vel Collegia aut Domus & Conventus erigantur, nisi sub expressa obligatione exactæ Vitæ Communis ab omnibus Religiosis ibi commorantibus perpetuò & inviolate servandæ. *Congregatio super Disciplina Regulari specialiter deputata ab Innocentio XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 95. quæ incipit Sanctissimus, pag. mihi 267.*

1695. 25. Jul. —— Quarta Mortuariorum, quæ ex generali consuetudine solvitur Parocho, & non Episcopo, juxta *Clem. dudum, de Sepult. in 6.* & juxta Concilii Tridentini dispositionem *cap. 13. sess. 25. de reform.* solvenda est in quantitate per consuetudinem regionis & locorum solita & præscripta etiam à Regularibus qui non sunt specialiter privilegiati, sed tantùm per communicationem Privilegiorum hanc Quartam retinere prætenderent, quia talium Privilegiorum communicatio non suffragatur in Tertii præjudicium, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Ebredunen. ad XII.* juxta Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. par. 1. tract. 7. de communic. Privileg. quæst. 14. sub num. 10.* & sic tenent Decisiones Rotæ *in Casalen. Quartæ Funeralis 1665. 1. Jul.* (de qua supra, sub hoc anno) & *1666. 18. Jun. coram* Carpineo, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 14. form. 1. sub numer. 14. pag. mihi 161.* 4008

1695. 17. Aug. —— Decretum circa Indulta suscipiendi Ordines extra tempora à Jure statuta (de quo supra 1693. 14. Dec. non comprehendit Clericos Regulares Societatis JESU, sed in illorum Ordinationes servanda est Constitutio Gregorii Decimitertii supra posita & edita anno 1582. 21. Septembris, prout instante P. Thyrso Gonzalez dictæ Societatis Generali, & referente Cardinali Sperellio Vicegerente declaravit *Innocentius XII. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. formul. 4. sub num. 31. pag. mihi 115.* 4009

1695. 18. Aug. —— Omnibus utriusque sexus Chri- 4010

stifidelibus ad Ecclesiam Sanctæ MARIÆ Angelorum de Domo Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia prope Assisium confluentibus, qui illam verè pœnitentes & confessi ac Sacra Communione refecti in quocumque Anni die devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia & hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad DEUM preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem misericorditer in Domino perpetuò concedit *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 49. quæ incipit* Redemptoris, *pag. mihi* 197. *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 6. quoad Indulgentias, sub num.* 17. *pag. mihi* 77.

1695. 18. Aug. —— Dictam Indulgentiam omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus ad Ecclesiam S. Francisci de Domo Fratrum Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci Conventualium de Assisio (in qua Sacrum ejus Corpus requiescit) confluentibus, qui illam in quocunque Anni die devotè visitaverint & ibi ut supra oraverint, perpetuò concedit *Innocentius XII. in d. Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 50. quæ incipit* Commissæ Nobis *pag. mihi* 198. & meminit etiam Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 6. quoad Indulgentias, sub num.* 21 *pag. mihi* 79. 401

1695. 22. Sept. —— Ad tollendum abusum illicitarum Capitulationum, quas occurrente vacatione Ecclesiarum seu Monasteriorum, ab iis, ad quos electio Personarum illis præficiendarum spectat, interdum fieri contingit, innovantur Constitutiones Nicolai Tertii & Pii Quinti, ac Gregorii Decimitertii in similibus editæ: & ultra alias pœnas in dictis Constitutionibus impositas, quoad Regulares etiam vocis activæ & passivæ ac graduum & officiorum quomodolibet obtentorum, & obtinendorum pœnæ p.r contrafacientes ipso facto incurrendæ adjunguntur: Hujusmodi autem Capitulationes illici- 402

licitæ ante ipsam quidem electionem seu postulationem, sub eisdem pœnis prohibentur, reservata Papæ absolutione seu relaxatione, & invitis remanentibus inde secutis: si verò fiant post electionem seu postulationem, deferantur ad Sedem Apostolicam, & donec ab ipsa approbentur, non obligent *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constitut. 51. quæ incipit* Ecclesiæ Catholicæ, *& refert etiam* Reiffenstuel, *tom. 2. Jur. Canonic. lib. 2. Decret. tit. 24. §. 3. numer. 85.* ac habetur etiam *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum. 2.*

1695. 23. Oct. —— Captus à Birruariis, dum effugit è Conventu Religiosorum ob timorem Satelitum obsidentium, consignandus est Episcopo, & retinendus in suis Carceribus, qui deinde conficiat Processum super modo capturæ, ejusque circumstantiis, ac transmittat, prout rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Theatina, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Confugiti, *sub num. 13.* 4013

1695. 12. Dec. —— Unio Ecclesiæ alicui Religioni debet esse subjectiva & extinctiva tituli, cujus natura est omninò tollere tam essentiam quàm nomen & titulum Ecclesiæ unitæ, eamque reddere membrum & prædium alterius cui facta fuit Unio, ad notata per Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 7. sub numer. 2.* Garz. de Benefic. *par. 12. cap. 2. & seqq.* Addend. ad Gregor. *dec. 112. sub numer. 5.* non verò solùm annexiva fructuum, retento themate antiqui Jurispatronatus, quod plenè constat ex provisionibus in titulum de Rectoribus perpetuis atque ex collationibus per Ordinarium expletis jure devoluto ac præsentationibus per hæredes factis, nihil enim magis repugnat Unioni extinctivæ quàm collatio: Juris autem assistentia favens Ordinario, resistit Ordini Militari S. Stephani composito ex Uxoratis & Bigamis, qui solùm impropriè dicuntur Religiosi, ad tradita per Seraphin. *decis. 487.* 4014

sub numer. 1. prout dixit ac firmavit *Rota in Pisana Æconomatus super jure & possessione deputandi Æconomos coram* Emerix, *decis. tom.* 3. *decis.* 1296. & habetur etiam *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca *decis. volum.* 2. *decis.* 3. *ad Conflict. leg. & rat. pag. mihi* 433.

1696. 6. Febr. —— Ea, quæ in fundatione demandata fuere, non possunt per Ordinarios subverti, sed ad unguem servanda sunt, *c. decernimus* 16. *quæst.* 7. *c. illud*, Gloss. & DD. *de Jurepatron.* Vivian. *eod. tit. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 8. *sub numer.* 1. & Lotther. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæst.* 32. *sub numer.* 8. & ideo Episcopus non debet de Ecclesia patronata facere Monasterium in præjudicium Patroni, qui per indirectum privaretur jure præsentandi & aliis prærogativis patronalibus *Can. Monasterium* 16. *quæst.* 7. Lambert. *de Jurepatron. quæst.* 6. *sub num.* 1. *cum seqq.* prout dixit & firmavit *Rota in Augustana Jurispatronatus coram* Ursino, *in additamen. ad Theatr.* Card. de Luca, *dec. volum.* 4. *dec.* 4. *de Jurepatronatus, &c. sub num.* 13. *&* 15. *pag. mihi* 30. 4015

1696. 25. Febr. —— In Civitate Quitensi in Indiis liceat Patribus Franciscanis facere Processionem die Dominica infra Octavam Ss. Corporis CHRISTI extra Claustra per loca solita, etiam de mane, distinctis tamen horis ab Episcopo, & data electione horæ Patribus Dominicanis, à quâ semel electa non liceat amplius recedere: Ne autem executio & observatio hujusmodi Decreti à Sacra Rituum Congregatione (utraque Parte informante, & Juribus hinc inde discussis) emanati, à dictis Patribus Dominicanis forsan impugnari possit, & in simili eventu idem Decretum suo frustretur effectu, ideo committitur Episcopo Quitensi, ut Contradictores ad exequendum omnibus Juris remediis & factis compellat, prout committit *Innocentius XII. in Constitut. quæ incipit* Sua Nobis, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 16. *quoad Processiones, sub num.* 2 *pag. mihi* 140. 4016

17. Mar.

1696. 17. Mar. —— Vicarium sivè Æconomum deputare in Ecclesiis Parochialibus vacantibus etiam Regularibus pertinet privativè ad Episcopum, nec ullus inferior, qui non habet Jurisdictionem quasi Episcopalem cum facultate congregandi Synodum, potest in ista deputatione se ingerere, quamvis alteri quàm Episcopo collatio competeret Beneficii, prout declaravit & respondit *Congr. Concil. in Pisana*, & est juxta Garz. *de Benefic. par. 9. c. 2. sub n. 10. & 128.* Barb. *de effic. Episc. alleg. 60. sub n. 3. & 4.* & iterum *supra Concil. cap. 18. sess. 24. sub nu. 32.* Nicol. *in Flosc. verb. Oeconomus, sub nu. 7. & seqq* Fagnan. *in cap. cum nos, n. 7. de Offic. Ordin.* ac Ricc. *in Prax. Fori Eccles. par. 1. resolut. 505. sub nu. 3.* & ex eis tenet Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 10. formul. 14. sub num. 3. pag. mihi* 294. 4017

1696. 6. Apr. —— Legatum Fratribus Minoribus S. Francisci relictum pro Oleo Lampadis retinendæ in Ecclesia ante Capellam de Jurepatronatus Testatoris, debetur & est adimplendum, quia non concernit commoditates aut quotidianum Victum & Vestitum ipsorum Fratrum, sed tantùm usum Cultus Divini & majus Ecclesiæ ornamentum ac decorem, ut præter allegatos in Decisione supra posita & edita anno 1695. 10. Januarii, in terminis similis legati tradunt Ventrigl. *in Prax. par. 2. adnotat. 27. §. 2. numer. 17.* Portell. *in Dub. Regular. verb. Legatum sub num. 3.* Cucch. *Institut. Canonic. lib. 3. tit. 1. num. 36. cum seqq.* Marant. *controver. lib. 1. respons. 41. numer. 30.* Barbos. *de Jure Ecclesiast. lib. 3. cap. 27. numer. 76.* A S. Ubaldo *in quolibet Regular. quodlibet 11. numer. 1117.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Turritana Eleemosynarum seu legatorum coram* Emerix Decano, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca *decis. volum. 2. decis. 2. de Legatis, &c. sub numer. 1. pag. mihi* 213. & refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. in Appendice, decis. 33. pag. mihi* 446. 4018

1696. 6. Apr. —— Quoad legatum dictis Fratribus 4019

Minoribus S. Franciſci relictum pro emendis Syndonibus ad uſum Infirmorum, abſolutè loquendo non debetur, utpote collatum in ipſoſmet Fratres & Conventum per modum annui ac perpetui Cenſus, cujus illi ſunt prorſus incapaces ex Regula S. Franciſci quam profitentur, quamvis fuerit relictum ad uſum Infirmariæ, cum pro ejus neceſſitatibus & urgentiis debeant ipſi (ut perpenſis verbis ejuſdem Regulæ inquit Text. *in cap. exiit, verſ. in alio quoque Capitulo*, & Clement. *exivi*, §. *porrò cum d. Sanctus, de verb. ſignific.*) recurrere ad Amicos ſpirituales, & ſibi providere ex incerta quæſtuatione, ac vivere in ſpe Divinæ Providentiæ, & de veriori ſententia etiam tenent Caſtropal. *to. 3. tract. 15. diſputat. 3. punct. 9. numer. 19.* Caſtill. *de alimen. cap. 5. numer. 29.* Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 36. numer. 81.* Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 26. numer. 47.* & reprobato Anania & aliis ejus ſequacibus, latè probat Fagnan. *in cap. in præſentia, à numer. 55. ad plur. ſeqq. de probat.* nihilominus poſſunt dicti Fratres annuam præſtationem recipere per modum ſimplicis eleemoſynæ ab Hærede ſeu Executore ſponte dantibus, facta prius ſolemni proteſtatione, ſibi nullum jus competere ad illius conſecutionem juxta formulam regiſtratam per Fagnan. *in cap. nimis prava numer. 57. de exceſſ. Prælat.* ita tamen, ut Epiſcopus tamquam Ordinarius Executor quarumcumque piarum diſpoſitionum juxta text. *in cap. Nos quidem, de teſtam.* poſſit rationabiliter arbitrari reſpectu ſubminiſtrationis prædictarum Syndonum, juxta majores vel minores Infirmorum indigentias & neceſſitates, ut proſequitur *Rota in d. Turritana Eleemoſynarum ſeu legatorum coram* eodem, *ibid. ſub num. 2. & ſeqq.*

1696. 6. Apr. —— Dictis Fratribus Minoribus S. Franciſci non debentur legata annua pro Anniverſariis & Miſſis, ex capite incapacitatis Fratrum poſſidendi aut habendi quemcunque annuum redditum, tanquam redolentem ſpeciem immobilium & repugnan-

gnantem arctissimæ paupertati eorum Regulæ juxta text. *in Clem. exivi*, §. *cumque annui redditus*, *de verb. signific.* etiamsi fuerint relicta cum onere perpetuæ celebrationis Missarum, cùm eis non liceat habere Missarum stipendia per modum annuæ & certæ assignationis, utpotè destructivæ puræ mendicitatis & quotidiani quæstus, sed tantùm per modum manualis eleemosynæ pendentis ab incerta Fidelium largitione & pietate, ut communiter tradunt Lezan. *Oper. tom. 2. verb. Legata*, *numer.* 21. Sanchez *ad præcept. Decalog. cap.* 26. *numer.* 44. *lib.* 7. Pignatell. *consultat. lib.* 3. *consult.* 16. *numer.* 6. Marant. *controver. lib.* 1. *respons.* 41. *numer.* 70. ubi dicit, hodie inanem esse hanc quæstionem: & licèt iidem Fratres sint capaces recipiendi & possint actualiter recipere hujusmodi legata per modum eleemosynæ, nihilominus id intelligitur, dummodò Hæres aut Executor ex eorum omnimoda voluntate & libertate illis committant Missarum celebrationem: adeo ut non possint Fratres neque per se, neque per Syndicum Apostolicum etiam agentem tanquam unum de Populo, imò neque extrajudicialiter molestare Hæredem aut Executorem, ut sibi Missarum celebrationem committant, ne per æquipollens sibi liceat habere, quod ex Regula & ex Pontificiis Constitutionibus prohibentur, ad tradita per Marant. *d. respons.* 41. *sub numer.* 73. Pignatell. *d. consultat.* 16. *numer.* 6. *vers. & sanè*, prout dixit *Rota in d. Turritana Eleemosynarum seu Legatorum coram* eodem, *ibid. sub num.* 7. *& seqq.*

1696. 6. Apr. — Licèt prædicta legata annua Fratribus Minoribus S. Francisci relicta pro Anniversariis & Missis, caducata remaneant, stante incapacitate Fratrum, attamen non ita corruunt, ut Hæres aut Executor omninò liberentur ab onere ipsis injuncto vel bonis annexo in suffragium Animæ Testatoris, sed ipsi (quantum in se est) tenentur illius voluntatem adimplere modo meliori quo fieri potest, ne ejus Anima debitis suffragiis Missa- 4021

rum & Anniversariorum defraudetur, ut argum. text. *in l.* 1. §. *pro secundo verò*, *C. de Caduc. tollen. & in fin. ff. de petit. hared.* Marant. *controver. lib.* 1. *respons.* 41. *numer.* 83. Castropal. *tom.* 3. *tract.* 15. *disputat.* 3. *punct.* 9. *numer.* 27. Amostaz. *de causis piis, lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 74. imo pinguius adimpleant, si per ipsos Fratres & in Altaribus à Testatore designatis id exequi curent, ut monet Sanchez *ad precept. Decalog. cap.* 26. *numer.* 50. & ideo potest & debet Episcopus vel ex officio uti Ordinarius Executor omnium piarum dispositionum, juxta text. *in cap. Nos quidem, de testam.* vel uti Executor specialiter per Testatorem deputatus curare & sollicitus esse, ut celebrentur Missæ vel per ipsosmet Fratres vel per alios Sacerdotes ad ejus arbitrium, ut tradit Marant. *d. respons.* 41. *sub numer.* 78. & sequitur *Rota in d. Turritana Eleemosynarum seu legatorum coram* eodem, *ibid. sub num.* 10. & 11.

1696. 4. Maii. —— Non potest Episcopus approbare ad Annũ tantùm Confessarios ordinarios Monialium Regularibus subjectarum, sed in initio hujusmodi approbationis vel ad consuetum triennium admittat vel rejiciat, prout ad relationem Cardin. S. Clementis & favore Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci declaravit & rescripsit *Congreg. Episcoporum, & Regular. in Catanen. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 15. quoad Confessarios Monialium, *sub numer.* 7. *pag. mihi* 157. & refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. part.* 1. *tit.* 9. *formul.* 6. Approbationis Confessarii pro Monialibus Regularibus subjectis, *sub numer.* 2. *pag. mihi* 284.

1696. 5. Maii —— Regulares, qui Decreta super illorum accessu ad Moniales non servant, præter pœnas spirituales inflictas, possunt etiam aliis pœnis coerceri & contra eos Episcopus per inquisitionem procedere, quamvis accessus non sit notorius, nec cum Populi scandalo, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Nucerina, ad capit.* 3. *sess.*

sess. 6. de reform. & cap. 5. sess. 25. de Regular. & est juxta aliam declarationem ejusdem Congregationis, de qua Lauret. de Franch. *controver. par. 1. sub numer. 554. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part. tit. 1. formul. 18. sub numer. 5. pag. mihi* 335. ubi etiam ait, quod si in actu colloquendi cum quibuscunque Monialibus sine licentia reperiantur, carcerentur & Superioribus consignentur ut illos puniant, & de punitione Sacram Congregationem & Ordinarium certiorent, ut mandavit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Faventina, anno 1617. 7. Mar.*

1696. 29. Maii. —— Benedictio Præpositi Monasterii Regularium, ut solemniter more solito celebrare valeat, impertienda est vel Episcopo in cujus Diœcesi est Monasterium, vel à viciniori, prout resolvit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Tridentina, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Benedictio. 4024

1696. 25. Jun. —— Contractus Fideicommissarii ingredientis Religionem sustinentur, durante ejus vita, ut respondit Bald. *consil. 280. sub numer. 2. lib. 1.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Romana Legati de Ceraffis super sequestro coram* Emerix, *decis. tom. 3. decis. 1348. sub num. 15.* 4025

1696. 25. Jun. —— Reclamatio Monachi tam ante quàm post emissam Professionem probat illam fuisse metu extortam, Arguell. *decis. 25. sub num. 16.* Ad probandam autem sævitiam Patris, ejusque solitum incutiendi & exequendi minas quoad nullitatem Professionis, admittuntur etiam Testes domestici & sanguine conjuncti, ad tradita per Mascard. *de probat. conclus. 534. sub numer. 27.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Aquen. Restitutionis in integrum coram* Emerix, *decis. tom. 3. decis. 1356. sub numer. 4. & 5.*

1696. 28. Jul. —— Beneficiorum Unio, ad hoc ut Mendicantes cogi possint ad contribuendum Seminario, 4026

nario, est plenè probanda, non per conjecturas & præsumptiones, sed per gratiæ Unionis expeditionem, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Cornetana*, in qua dubitatum quoque fuit, quod quatenus probata fuisset Unio de qua non constabat, adhuc cùm Unio, quæ fit Monasteriis Mendicantium, dicatur extinctiva tituli adeo ut Beneficium evadat alterius naturæ, amplius contributioni non subjaceret, & fuit per D. Secretarium allatum Decretum contrarium antiquo, de quo meminit Nicolius *in Floscul. verb. Seminarium, sub numer. 9. vers. Sacra quoque*, ut refert Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 12. formular. 1. sub numer. 5. pag. mihi 352.* ¶ Decretum verò, de quo loquitur Nicolius, est sequens, scilicet: Beneficia collata vel unita exemptis à contributione, mutant statum, & durante eo statu, non contribuunt amplius Seminario, prout censuit *Congregatio Concil. lib. 5. Decretor. fol. 329.*

1696. 18. Aug. —— Potest Episcopus visitare Ecclesias etiam exemptas vel Regularibus subjectas, & Decreta facere in iis quæ concernunt rectam administrationem & custodiam Sacramentorum: & quatenus Decreta discrepent ab illis quæ fecerunt Superiores exempti seu Regulares, debent Ordinationes Episcopi prævalere & observari, prout resolvit *Congregatio particularis pro Causa Hispalen. relata in Congregatione generali*, & antea declaravit *Congregatio Concil. in Mediolanen. anno 1689. 12. Nov.* imo potest visitare etiam circa ea quæ concernunt ornatum Ecclesiæ, ut respondit eadem Congregatio *in Cæsenaten. anno 1690. 23. Sept. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 1. tit. 5. formul. 2. sub numer. 2. pag. mihi 126.* ubi etiam ait, quod hoc est juxta Rotam coram Seraphino *dec. 1067. sub numer. 3.* & Fagnan. *in cap. cum dilectus, sub num. 43. de Relig. Domib.*

1696. 1. Sept. —— Si Regulares restituantur simpliciter ad locum, Præcedentia in Processionibus & aliis

& aliis actibus debetur præexistentibus, quia talis reassumptio seu restitutio habetur pro nova fundatione, prout declaravit & censuit *Congregatio Rituum in Senogallien. Precedentia*, & antea *in eadem sub die 21. Januar. ejusdem anni 1696. referente Cardinali Pamphilio, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. formul. 19. sub num. 14. pag. mihi 228.*

1696. 16. Nov. —— Omnia Privilegia, ex quibus Inferiores usum Pontificalium obtinent, restricta intelliguntur ad Ecclesias ipsis pleno jure subjectas, extra quas quælibet indefinita locutio Privilegii vires non sumit, prout dixit & firmavit *Rota in Calaguritana Pontificalium coram* Ursino, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 6. Urbani IV. sub num. 37. pag. mihi 333.* 4029

1696. 15. Dec. —— Cùm Episcopus debeat intra quatuor menses Personam magis idoneam prævio Concursu eligere, & electam Prælato inferiori aut Papæ, quando istis collatio spectat, significare (ut probat Barbosa *de offic. & potest. Episc. allegat. 58. sub num. 3.*) Prælatus tamen inferior, habita significatione, non poterit conferre alteri quàm præelecto ab Episcopo, prout censuit & respondit *Congregatio Concil. in una Burgi Sancti Sepulchri, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. formul. 13. Edicti Concursus Parochialis, cujus Collatio pertinet ad inferiorem, sub num. 2. pag. mihi 157.* 4030

1696. 15. Dec. —— Abbas non habens Territorium proprium, non potest se se inscribere & intitulare Ordinarium, & consequenter non potest impedire nuncium & alios Officiales Episcopi exequentes & Edicta affigentes tanquam prius non subscripta ab eodem Abbate, & Episcopus compellat Juris remediis, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in d. Burgi Sancti Sepulchri, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 6. Alexandri III. sect. 1. sub numer. 14. pag. mihi 131.* 4031

15. Dec.

1696. 15. Dec. —— Censuræ contra Exemptos latæ ab Episcopo prohibente, ne sepeliatur Cadaver publici Concubinarii, sustinentur, prout sustinendas esse censuit & respondit *Congregatio Concil. in Baren. Censurarum*, *apud* d. Petra *in dd. Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 3. *circa Constitut.* 11. *Alexandri IV. sect. unic. sub num.* 33. *pag. mihi* 236.

1697. 26. Jan. —— Si accedente Episcopo ad Regularium Ecclesias pro celebranda Missa Pontificali, nollent eum obsequiis solitis, juxta præscriptum Decretorum Sacræ Congregationis Rituum & Apostolicorum, recipere & servire, ac juxta solitum de cera & supellectilibus providere, vel ei Baldachinum erigere, tunc ratione contemptus Dignitatis Episcopalis, ad propulsandam publicam injuriam & per modum defensionis extrajudicialiter, potest illicò absque alia monitione Interdictum Ecclesiæ indicere & denunciare, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Venafrana Interdicti*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *tit.* 3. *formul.* 6. *sub num.* 9. *pag. mihi* 233. & est juxta Donat. *in Prax. Rer. Regul. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 13. *de exempt. Religios. quæst.* 74. *numer.* 7. ¶ Vide supra, 1659. 27. Sept.

1679. 9. Febr. —— An in receptione Novitiorum licitum sit exigere ab eis, vel eorum Consanguineis aliquam summam ultra mensuram alimentorum, etiam titulo eleemosynæ, & à spontè dantibus? Servandam esse dispositionem Juris respondit *Congregatio Concil. in Leodien. Receptionis*, *apud* Lantusca *in fine Theatri Regular. Decreto* 48. *pag. mihi* 832.

1697. 16. Febr. —— Capitulum Ecclesiæ Cathedralis non potest prætendere quod debeat invitari pro associatione Cadaverum, ubi ultra proprium Parochum plura vocantur Religionum Capitula, cùm à libero Hæredum arbitrio pendeat ad Defuncti funus vocare quos volunt, prout dixit *Rota in Casalen. Quarta Funeralium*, & antea declaravit *Congregatio Concil.* tum *in Matheraten. anno* 1660. 3. Nov.

tum

tum etiam postea *in Lavellen. anno 1668. 16. Jun. apud* Piton. *disceptat. Ecclesiasticar. par. 2. disceptat. 50. sub num. 2.*

1697. 4. Mar. —— Episcopus est caput & loco Abbatis in Ecclesia Cathedrali Regulari, & habet omnimodam jurisdictionem in Monachos dictæ Cathedralis, ad text. *in cap. causam, de Judic.* ibiq. Abb. antiquus *sub num. 2.* Bald. *sub num. 4.* Panormit. *sub num. 9. & 10.* de Anan. *sub numer. 2.* Hostien. *in princip.* Joan. Andr. *sub num. 3.* Butr. *sub num. 4.* Imolen. *sub num. 1.* Dec. *sub num. 4. in fin.* Bellamer. *sub num. 22.* Barbosa *sub num. 1.* Gonzal. *sub numer. 2.* Jo: Gaufrid. *sub num. 1.* Episcopus enim in dicta Ecclesia Cathedrali Regulari recipiens Professionem, censetur semper uti potestate Abbatiali & non Episcopali, ut habetur in Gloss. magistrali *in cap. nullus, de elect. in 6. in verb. Regularibus*, ibiq; notant Anchar. *sub num. 3.* Barbosa *sub num. 5.* & dixit Lotther. *de re beneficiar. lib. 1. quæst. 18. num. 10.* ubi ergo Episcopus gerat actus ad Abbatem spectantes, desumitur observantia Jura Abbatis habere, cùm alioquin secluſa potestate Abbatiali, ab eodem minimè expleri possent, Lezan. *Oper. moral. capit. 18. num. 66.* & iterum *cap. 24. num. 5.* quapropter Episcopus habens unitam Jurisdictionem Abbatialem, illam exercere valet quocunque modo, etiam in his quæ Regularem Disciplinam concernunt, Lotther. *loco cit. sub num. 6. cum seqq.* Frances *de Eccles. Cathedr. cap. 31. num. 53.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Derthusen. Jurisdictionis coram* Pio, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum. 1. decis. 24. de Jurisdict. sub numer. 1. 7. 8. & 14. pagin. mihi 76.* 403

1697. 4. Mar. —— Ut exerceri possit usus Pontificalium requiritur plenitudo potestatis, & omnimoda Jurisdictio quæ de Jure residet in Episcopo, ad magistralem gloss. *in Clem. 1. in verb. propriis, de reb. Eccles. non alien.* dictam Glossam singularem & notabilem dicunt Cardin. *ibid. num. 31.* Abb. *in cap.* 3037

sicut

ſicut venire 3. *de exceſſ. Prælat.* Dec. *in cap. etſi Clericus*, §. *Adulteriis*, *num.* 13. *verſ.* 3. Epiſcopus autem, licèt Pontificalium uſum habeat, non poteſt tamen illa exercere in aliena Diœceſi, nec in Locis ubi ipſi non competit totalis Juriſdictio Epiſcopalis, ut ſub pœna ſuſpenſionis ab illorum exercitio diſpoſitum legitur in Tridentina Synodo *ſeſſ.* 6. *de reform. cap.* 5. de quo Cardin. de Luca *in adnotat. ad d. Concil. diſc.* 6. *per tot.* & generaliter per plura exempla probant Ant. de Butr. *in cap. extitarum*, *in fin.* & Bellamer. *pariter in fine*, *de author. & uſu Pall.* ibiq; Abb. *num.* 8. *col.* 2. & ex profeſſo Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 25. *& ſeqq.* & plenè Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 5. & ex eis dixit *Rota in Calaguritana Pontificalium coram* Urſino Decano, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *deciſ. volum.* 1. *deciſ.* 26. *de Juriſdict. ſub num.* 1. *&* 3. *pag. mihi* 82.

1697. 4. Mar. —— Abbas prætendens exercere uſus Pontificalium, qualitatem omnimodæ Juriſdictionis debet probare, ad firmata per Surd. *deciſ.* 320. *ſub num.* 6. uſus autem Pontificalium in inferioribus Prælatis regulandus eſt ad tenorem Privilegiorum quæ adſunt, juxta text. *in cap. Abbates* 3. *de Privil. in* 6. Privilegium igitur utendi Pontificalibus in Eccleſia Monaſteriali, non eſt extendendum extra illam ut patet ex Decreto Sacræ Congregationis Rituum, *de quo ſupra* 1659. 27. *Septembris*: & ut Abbas poſſit uti Inſigniis Pontificalibus per Civitates & Caſtra ac Villas, debet expreſſum habere Privilegium, adeo ut generale non ſufficiat: In Eccleſiis verò, in quibus Abbas habet parem juriſdictionem cum Epiſcopo, poteſt ipſo abſente exercere Pontificalia, ſi habeat Privilegium illis utendi in Eccleſiis ſibi ſubjectis: ad dictum tamen effectum ſufficit juriſdictio cumulativa, nec exigitur plenaria & independens quæ requiritur quoties agitur ex ſola aſſiſtentia Juris ad exercitium Pontificalium, vel quando contenditur extendi Privilegium ultra ex-

expressa: & consequenter Abbas nequit praesente Episcopo uti Pontificalibus, ut prosequitur *Rota in d. Calaguritana Pontificalium coram* eodem, *ibid. à num. 2. ad 10.*

1697. 14. Mar. —— Praelati Episcopo inferiores, etiamsi habeant Territorium separatum & Jura Episcopalia, non debent nec possunt exigere Charitativum Subsidium, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Nullius Altamurae, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 1. formul. 1. sub num. 42. pag. mihi* 8. ubi etiam ait, quod in hujusmodi casu esset indulgenda facultas exigendi, ut tenet Ventrigl. *in Prax. rer. notabil. par. 2. annotat. 25. §. 1. sub num. 6.* 4039

1697. 18. Mar. —— Monasterium à Testatore excluſum non potest praesentare ad Juspatronatus, dummodo Praesentatio non coarctetur ad vitam ipsius Religiosi, prout dixit & firmavit *Rota in Cortonen. Beneficii coram* Ansaldo, *in additamen. ad Thesaur.* Cardin. de Luca, *decis. volum. 4. decis. 39. sub n. 14. & 15. pag. mihi* 92. 4040

1697. 20. Apr. —— Oratoria publica, quae habent requisita Ecclesiae, visitantur ab Episcopo, etiamsi sint de pertinentiis Regularium, dummodò separata sint à Claustris, & campestria, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Cortonen.* & antea *in Caesenaten. anno* 1690. 23. *Sept.* & est juxta Nicol. *in Flosc. verb. Visitatio Ordinaria, Amplia IV. vers. Posse vero*, & Fagnan. *in cap. cum dilectus, num.* 43. & 46. *de Relig. Domib.* ut refert Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. formul. 2. Edicti Visitationis, sub num. 5. pag. mihi* 127. ubi etiam ait, quod non tamen Religionis Hierosolymitanae, prout rescripsit eadem Congregatio *in Mantuana anno* 1690. 17. *Jun.* 4041

1697. 20. Apr. —— In fabricatione Processus super nullitate Professionis & restitutionis in integrum, ut legitimè dicatur constructus, citandi & audiendi sunt non solùm Religio, sed etiam Donatarii seu Re- 4042

Renunciatarii vel eorum Hæredes, vel ſimiles intereſſe habentes in Bonis Profeſſæ ſeu Profeſſi, prout cenſuit & reſpondit *Congregatio Concil. in Cathacen. Reſtitutionis in integrum*, & poſtea *in Papien. ſub die* 15. *Jun. ejuſd. anni* 1697. & eſt juxta Paſſerin. *de ſtat. homin. tom.* 3. *quæſt.* 189. *artic.* 10. *ſub numer.* 485. contra Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 2. *par.* 2. *tract.* 12. *de reclamat. Profeſſ. quæſt.* 19. *ſub numer.* 11. ut refert Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *tit.* 1. *formul.* 36. *ſub num.* 5. *pag. mihi* 134.

1697. 20. Apr. —— Si Patres Societatis JESU, poſt emiſſa tria vota ſimplicia, à Religione recedant, omnia Bona recuperant, quæ intuitu & contemplatione eorum ingreſſus in Collegia tranſtulerunt, ad tradita per de Marinis *reſolut. lib.* 2. *capit.* 195. *ſub num.* 15. & 16. Cutell. *de donat. tract.* 2. *dec.* 2. *par.* 4. *ſub num.* 23. Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 25. *ſub num.* 104. & ex eis dixit *Rota in Romana reſtitutionis Dotis coram* Dell' Olmo, *apud* Palmam Nepot. *deciſ. Luc. tom.* 4. *deciſ.* 337. *ſub num.* 5. ubi tamen ait *ſub num.* 13. *quod* ſunt aliqui Oblati, qui perpetuò & irrevocabiliter ſe & Bona ſua offerunt alicui Monaſterio, à quo ſi recedant, Bona tamen oblata non recuperant, ad notata per Felin. & Imol. *in cap. in præſentia, de probat. ſub num.* 4. & itid. Abb. *ſub num.* 1. & *ſeq.* & iterum *in cap. quod à ſe, ſub num.* 5. *in princ. de Cleric. conjug.*

1697. 4. Maii. —— Epiſcopo non competit jus intereſſendi vel per ſe vel per ſuos Commiſſarios electioni Abbatis, & ideo hujuſmodi electio facta abſque interventu Epiſcopi ſuſtinetur, ut in terminis Abbatiæ PP. Præmonſtratenſium reſolvit & reſpondit *Congregatio Concil. in Uratislavien. apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 1. *circa Conſtitut.* 2. *Eugenii III. ſect. unic. ſub num.* 56. *pag. mihi* 548. ubi etiam ait, quod idem comprobavit *Rota in d. Uratislavien. Manutentionis* 1703. 22. *Jun. coram* Lancetta, *in qua fuit quoque dictum, quod* Abbates hujuſmodi non tenentur promittere obedientiam Epiſco-

piscopis, ex Gonzal. *in cap. ne Dei, in fin. vers. & Abbates exempti.*

1697. 4. Maii. —— Equites Religionis Hierosolymitanæ, cùm sint veri Religiosi, non possunt Filios arrogare, ut consulta à Papa pro Voto respondit *Congregatio Concilii in una Placentina Arrogationis, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. titul. 12. formul. 13. Arrogationis, sub numer. 4. pag. mihi 372.* 4045

1697. 4. Jun. —— Regularis Apostata carceratus in Palatio Episcopi, ad quem accesserat pro obtinenda venia Apostasiæ vigore Indulti Apostolici sed jam elapsi, & transmissus in Carceribus Nuncii, à quo condemnatus fuit ad Triremes ob Homicidium commissum ante Apostasiam, gaudet immunitate & ideo est restituendus, prout censuit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Sorana seu Neapolitana, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dicta Congregationis, verbo* Apostata, *sub n. 3.* 4046

1697. 15. Jun. —— Si Vir sive infra quinquennium sive post velit dicere de nullitate suæ Professionis, non debet audiri, nisi maneat intra Claustra retento Habitu Religionis, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Mantuana*, & antea pro Fœmina rescripsit *in Bisuntina sub die 23. Mar. ejusd. anni 1697. ad cap. 19. sess. 25. de Regular.* & alibi frequenter, rescribendo contra illos, qui propria auctoritate Habitum deposuerunt & petierunt audiri: *Reassumat Habitum, redeat ad Claustra, & postea supplicet*, prout refert Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 1. formul. 36. sub num. 1. pagin. mihi* 133. ubi etiam ait, quod hoc quoque servatur in Religioso formaliter à Religione ejecto, ut servavit eadem Congregatio *in Paplen. Restitutionis in integrum 1692. 15. Mar.* 4047

1697. 15. Jun. —— Pro Bonis acquisitis à Regularibus Ordinis S. Augustini post primam eorum Conventuum erectionem debentur Decimæ, quatenus sint prædiales, prout resolvit & respondit 4048

Congregati o Concil. in Firmana Decimarum, *apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 2. circa Conſtitut.* 8. *Martini V. ſub num.* 17. *pag. mihi* 441. ¶ Hoc Decretum habetur etiam in noviſſimis meis additionibus ad Lantuſca, *pag.* 833.

1697. 21. Jun. —— Superiores Regulares non poſſunt apponere Interdictum in Eccleſia ipſis ſubjecta, quia eorum Juriſdictio eſt perſonalis, non autem localis, & actus iſte percutit exercitium Juriſdictionis in Clerum & Populum, illos privando, ne in ea celebrare & reſpectivè audire poſſint Divina, & ſic cum non Subditis, prout partibus auditis & informantibus declaravit & reſcripſit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. in Neapolitana Cenſuarum*, *referente Cardinali Cavallerio* contra Abbatem S. Petri ad Aram, qui Eccleſiam Monialium Reginæ Cęli ſibi ſubjectam Interdicto ſubjecerat, ut refert Monacel. *in Formul. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *formul.* 20. *ſub num.* 34. *pag. mihi* 257. ubi etiam ait, quod hoc eſt juxta ratiocinationem Cardinalis de Luca *de Juriſdict. diſc.* 99. *ſub num.* 2.

1697. 28. Jun. —— Sola circumſtantia Renunciationis factæ ob ingreſſum in Monaſterium cæteroquin capax ſuccedendi, apta non eſt ad fundandam realitatem Renunciationis, ſed Renunciatio eſt perſonalis, ita ut deficientibus Perſonis contemplatis, ſeu diſponere nolentibus, & ab inteſtato decedentibus Renunciatariis, ſuccederet Religioſus qui renunciaverat, ut prænotavit Altograd. *jun. controver.* 27. *num.* 31. *lib.* 1. Rovit. *conſil.* 23. *num.* 23. *lib.* 1. Prat. *diſcept. foren. cap.* 39. *numer.* 48. *lib.* 2. cauta igitur ingreſſus in Religionem de per ſe idonea non eſt ad efficiendam Renunciationem realem, quinimo repugnat cogitare, quod Renuncians adeo abdicare ſe voluerit à Bonis renunciatis, ut potius voluerit Bona deferri nedum ad extraneos & plerunque ignotos & inviſos ſeu ad aliud Monaſterium, ſed etiam ad fiſcum, excludendo proprium Monaſterium, quod eſt loco Filii, ut omnium

ante-

antesignanus conclamavit Bald. *in consil.* 437. *num.* 2. *lib.* 1. De Marin. *lib.* 2. *controver. Jur. cap.* 90. *num.* 8. *&* 9. Torr. *de pact. fut. succeſſ. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 37. *& ſeqq.* Manſi *conſult.* 156. *num.* 20. *& ſeqq.* Card. de Luc. *diſc.* 2. *num.* 7. *& ſeqq. de renunc.* & ex eis dixit *Rota in Romana Hæreditatis de Lanuviis coram* Anſaldo, *deciſ.* 15. *ſub num.* 18. 19. *&* 20. *pag. mihi* 83.

1697. 13. Jul. —— In aſſociatione Cadaverum ſepeliendorum in Eccleſiis quorumcunque Regularium & præcipuè Caſſinenſium, licet Capitulo & Canonicis Cathedralis ad aſſociationem invitatis Eccleſiam eorundem Regularium ingredi cum Stola & Roccherto, & in eadem ſic aſſiſtere uſque ad humationem Cadaveris, ut tamen in abſolutione Funeris ſola adhibeatur Crux Eccleſiæ tumulantis, prout partibus informantibus cenſuit *Congregatio Rit. in Aretina*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. tit.* 5. *formul.* 7 *ſub num.* 39. *pag. mihi* 157. 4051

1697. 27. Aug. —— Monachi Carthuſiani ſunt comprehenſi in Induſto Contributionis Eccleſiaſticorum conceſſæ favore Domini Electoris Palatini cauſa Belli, prout declaravit & reſpondit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſtica in Colonien. apud* Riccium *in Synopſi Decretorum dictæ Congregationis*, *verbo* Monachi, *ſub num.* 5. 4052

1697. 11. Dec. —— Atrium circumductum muris ante Eccleſiam Beatæ MARIÆ Montis Virginis extenſum per quadraginta paſſus, non gaudet immunitate: & ne poſſit allegari ignorantia, & ad perpetuum documentum, apponatur in loco opportuno Lapis cum hujuſmodi declaratione, prout cenſuit & reſcripſit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſtica in una Nullius ſeu Montis Virginis*, *apud* Riccium *in Synopſi Decretorum dictæ Congregationis*, *verbo* Loca declarata non immunia, *ſub num.* 14. 4053

1697. 23. Dec. —— Omnia Decreta cum Declarationibus ad Miſſarum celebrationem ſpectantibus, ſupra poſita & edita anno 1625. 21. Junii, confit- 4054

mantur & innovantur: Damnantur pravæ & erroneæ intentiones seu opiniones illorum, qui Missarum celebrationem omittunt sub malitiosa vel irrationabili spe obtinendi earundem condonationem vel reductionem à Sede Apostolica vel compositionem à Reverenda Fabrica S. Petri de Urbe: Caveant omnes & singuli Superiores etiam Regularium Ecclesiarum, ne onera seu Missas tum perpetuas tum temporales tum etiam manuales, quarum satisfactioni impares fuerint, quoquo modo suscipiant: & ut hoc pateat, teneantur iidem conficere & semper obvio retinere Tabellam onerum perpetuorum & temporalium litteris intelligibilibus descriptorum, habeantque duos Libros, ac in eorum altero onera singula perpetua & temporalia, in altero autem Missas manuales annotent, singulisque annis de supradictis exactam rationem suis Superioribus reddant: quibus semper salvis, debeant ulterius Regulares prædicti quascusque eleemosynas Missarum reponere in Capsa particulari sub duabus Clavibus, quarum una penes Superiorem localem, altera verò penes alium à Capitulo Conventuali deputandum retineatur, ac de iisdem eleemosynis & celebratione Missarum coram Patribus Discretis seu Consiliariis districtam rationem singulis mensibus exigere & respectivè reddere teneantur: aliter Regulares circa dictam Tabellam & Capsam ac Libros suam operam minimè navantes, voce activa & passiva ac gradibus obtentis & obtinendis privati sint & intelligantur. *Innocentius XII. in Collect. Bullar. hujus Pontific. Constit.* 109. *qui incipit* Nuper, *pag. mihi* 296. *& referunt etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag.* 494. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 10. *pag.* 121.

1697. 23. Dec. —— Superiores locales cujuscunque Monasterii & Conventus ac Domus Regularis curare & efficere teneantur sub pœna privationis Officiorum obtentorum ac vocis activæ & passivæ ipso facto

facto incurrenda, ut in perpetuum texto quoque mense, ideſt feria ſecunda poſt primam Dominicam Adventus, & feria ſexta poſt Octavam Corporis CHRISTI prædicta omnia confirmata & præſentia Decreta ad Miſſarum celebrationem ſpectantia in publica Menſa perlegantur: Caveant etiam omnes Regulares tum Subditi tum Superiores, nedum Locales, ſed etiam Provinciales, & Generales, ne Miſſarum celebratio & omnium Decretorum præmiſſorum executio quoquo modo omittantur vel differantur, aut negligantur, alioquin ultra propriæ conſcientiæ onerationem, pœnam privationis vocis activæ & paſſivæ ac graduum obtentorum & obtinendorum prorſus incurrant: Curent propterea dicti Superiores Regulares in contravenientes debitis pœnis diligenter etiam per inquiſitionem animadvertere: & inſuper teneantur Superiores Locales in Provincialibus Capitulis ſeu Congregationibus exhibere fidem ab omnibus Sacerdotibus Conventus ſeu Monaſterii aut Domus Regularis ſubſcriptam & juratam de ſatisfactione onerum Miſſarum, ante cujus fidei exhibitionem Superiores Locales prædicti vocem activam ſeu paſſivam in memoratis Capitulis ſeu Congregationibus omnino habere non valeant. *Innocentius XII. apud eoſdem, ibidem.*

1697. 23. Dec. —— Provinciales, Vicarii, & Viſitatores Provinciarum ſeu Congregationum debebunt in fine eorum regiminis Superioribus generalibus in forma probante oſtendere, quod executioni dictorum Decretorum ad Miſſarum celebrationem ſpectantium ſedulò invigilaverint, & ad eorum tenorem in omnibus & ſingulis Conventibus ſeu Monaſteriis vel Domibus Regularibus Provinciæ, ſeu Congregationis, de omnibus & ſingulis oneribus & obligationibus ac inſimul ſatisfactionibus Miſſarum exactam & diligentem rationem exegerint, ac contra delinquentes ad declarationem & executionem reſpectivè pœnarum in De- 4056

cretis contentarum processerint, & de adimplemento circa ea, quæ in præmissis ad ipsos spectant, legitimè docuerint, aliàs ad vocem activam & passivam in Capitulis Generalibus nullatenus admittantur. Omnibus denique & quibuscunque Ecclesiasticis Personis cujuscunque Ordinis vel Regulæ aut Congregationis seu Societatis, omnia & singula præmissa Decreta interpretandi, nec non pœnas in hujusmodi Decretis relaxandi, sub quoquo modo circa præmissa dispensandi, omnis & quæcunque facultas sit pœnitus interdicta. *Innocentius XII. apud* eosdem, *ibidem*.

1698. 31. Jan. —— Oblati sunt veri Religiosi, saltem largè, cùm se & sua Bona perpetuò & irrevocabiliter obtulerint Monasterio medio publico contractu & juramento, quo fit, ut hi sint magis adstricti Monasterio quam alii per solemnem Professionem; & hanc sententiam, quæ est Donati *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. tract. 13. de Oblat. quæst. 21. sub numer. 4. & 5.* secuta est & juxta eandem rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Brixien. referente Cardinali Petruccio, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 1. in Appendice, pag. mihi* 481. *sub numer. 9.* ubi etiam ait, quod hinc oritur, quod percutientes vel vulnerantes, aut occidentes eosdem Oblatos, incurrant in Excommunicationem contentam *in cap. si quis suadente 29. 17. quæst. 4.* dummodo tamen Habitum gestent prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Anglonen. anno 1690. 8. Jul.*

1698. 22. Febr. —— Jus, quod Parochus habet per seipsum vel per alium ab Ordinario approbandum concionandi in sua Ecclesia Parochiali diebus Festis & Quadragesimæ, non potest tolli neque impediri per contrariam consuetudinem concionandi privativè in alia Ecclesia etiam Regulari, prout censuit & rescripsit *Congreg. Concil. in Rossanen. Prædicationis*, & antea *in Florentina Juris prædicandi anno 1697. 26. Jan.* ac declaraverat *Congregatio Episcopor.*

por. & Regular. in Prænestina Prædicationis anno 1672. 17. *Mar.* ut refert Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 12. *formul.* 7. *Approbationis Concionatoris à Laïcis nominati, sub nu.* 10. *pag. mihi* 363. etiam ex Panimoll. *decis.* 91. *sub num.* 11.

1698. 28. Febr. —— Jura Parochialia in licentiis fundandi Monasteria sunt præservanda, ne Parochi jamjam ob multitudinem Regularium ad nihilum redacti, & quasi ob exiguam partem antiquarum præeminentiarum, quam hodie retinent, contempti, Curam negligendo, etiam mendicare cogantur, prout præservari jussit *Congregatio Concil. in Tiburtina fundationis Conventus, referente Cardinali Acciajolo, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *titul.* 6. *formul.* 19. *Licentia fundandi Monasterium, sub num.* 30. *pag. mihi* 231. 4059

1698. 5. Mar. —— Quamvis respectu nullitatis Renunciationis non exilis in Jure sit controversia, num qui Habitu nondum suscepto renunciat, intuitu tamen Religionis ingrediendæ, solemnitates conciliares servare teneatur, in qua affirmativam opinionem tuentur Rodriq. *quæst. regular.* 45. *articul.* 8. Layman *Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 7. *numer.* 7. Cancer. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 8. *numer.* 81. *cum pluribus aliis* : negativam verò tanquam magis communem propugnant Quaranta *in Sum. Bullar. verb. Monasterium*, Thesaur. *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 56. *numer.* 8. Garz. *de Benefic. par.* 11. *capitul.* 9. *numer.* 15. *aliiq. multi*, nihilominus admissa etiam hujusmodi negativa sententia, adhuc tamen inapplicabilis est in casu, quo quis non fuit in Sæculo, sed inter septa Cœnobii, præviis Decretis admissionis ad ingressum & acceptationis ad Habitum, cum Capitis abrasione in formam Coronæ Monasticæ, nam tunc, non venit uti Sæcularis, sed potius tanquam verè Novitius, non obsistente quod adhuc vestes Clericales non exuerit, quia non repugnat, ut Novitii probentur etiam in veste sæculari, antequam Habitu & 4060

Tonsura Monastica donentur, ut advertunt Pellizar. *in Manual. tom. 1. tract. 2. cap. 1. numer. 2.* Gonzal. *in cap. super eo, 9. num. 5. de Regular.* & ex eis dixit *Rota in Ferrarien. Canonicatus coram* Pio, *apud* Palmam Nepot. *decis. Rotæ Luc. tom. 3. decis. 268. à num. 1. ad 5.*

1698. 5. Mar. —— Si Prædicta Renuntiatio dimetiri debet non à stipulatione mandati, sed ab ipso actu præstiti formalis consensus, ut probant Paris. *de resignat. lib. 8. quæst. 8. numer. 41.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 16. numer. 54.* Tondut. *quæst. benefic. part. 3. cap. 188. numer. 4.* & per id temporis aliquis jam susceperat Habitum Religionis, inde efficitur, quod erat obstrictus solemnitatibus Conciliaris sanctionis *cap. 16. sess. 25. de Regular.* ita ut iis non servatis, Renunciatio minus valida debeat reputari, juxta litteram ejusdem Concilii, quam latè expendunt Cavall. *commun. contra commun. quæst. 806. numer. 14. part. 3.* Cutell. *de donat. disc. 2. part. 3. numer. 153.* Gratian. *discept. 975. sub numer. 31.* & ideo ei danda reintegratio ob Renuntiationem in origine nullam, & eo certius ex alio capite est concedenda, si nimirum Professionem non emiserit, nam non impleto fine expressè volito à Sacro Concilio *loco citato*, ipse Renuntians reintegrandus venit omnibus Bonis, quibus intuitu emittendæ Professionis sese spoliaverat; & hoc locum obtinet, tametsi in Renunciatione nulla prorsus habita fuerit mentio de ingressu in Religionem, & etiamsi Renunciatio esset de Beneficiis Ecclesiasticis, ut pluribus citatis Autoribus prosequitur *Rota in d. Ferrarien. coram* eod. *ibid. à num. 6. ad fin.* 4067

1698. 11. Apr. —— Constitutio Clementis Decimi supra posita & edita anno 1670. 21. Junii, prohibens Regularibus Confessionum Sæcularium auditionem, & à Casibus Episcopis reservatis absolutionem absque expressa approbatione & licentia eorundem Episcoporum, nec non absolutionem Pœnitentium extra Diœcesim Episcopi approbantis, 4068

om-

omninò à dictis Regularibus & Pœnitentibus est servanda, quocunque Privilegio etiam Cruciatæ (pluries explosо) non obstante, prout referente Cardinali Colloredo declaravit & respondit *Congregatio Episcop. & Regular. in Lusitana Jurisdictionis*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. formul. 20. sub num. 22. pag. mihi* 235. 4063

1698. 11. Apr. —— Forenses Jurisdictionum Controversias inter Episcopos & alios Prælatos inferiores in Spiritualibus Causis exortas, privativè quoad cætera Catholici Orbis Tribunalia plerumque audit Romana Curia, prout dixit *Rota in Leodien. Jurisdictionis coram* Molines, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 1. circa Constitut. 2. Leonis IX. sect. 5. sub num. 49. pag. mihi* 279.

1698. 22. Apr. —— De Jure Communi Episcopus & Ordinarius habet intentionem fundatam exercendi Jurisdictionem in quemcunque Locum suæ Diœcesis, & etiam in quascunque Personas Ecclesiasticas, imò contra Monasteria Regularium & Regulares ipsos, nisi constet de exemptione, prout dixit & firmavit *Rota in Vvilnen. Jurisdictionis coram* Olmo, *& antea in ead. anno* 1690. 11. *Maii coram eodem* : imo etiam conrra Abbates inferiores Jurisdictionem habentes, prout tenet *Rota in Gerunden. Jurisdictionis* 1698. 4. *Jul. coram* Pio, *& antea in Leodien. itid. Jurisdictionis* 1698. 18. *Apr. coram* Molines, *ac etiam in Brixien. similiter. Jurisdictionis* 1688. 5. *Jul. coram* Caprara, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 1. circa Constitut. 1. Paschalis* 11. *sect. 1. sub numer. 39. pag. mihi* 361. *&* 362. 4064

1698. 16. Maii. —— Religiosi Societatis JESU ad instruendum in Jure Canonico Juvenes existentes in Seminariis & Collegiis semper usi fuerunt opera Lectorum Romanæ Sapientiæ : & ideo eis non competit manutentio in hujusmodi Lectione ex professo & in particulari Cathedra, nedum quia eisdem Jus resistit, sed pariter quia non sunt in possel-

4065

sessione manutenibili, ut dixit *Rota in Romana Juris Legendi super manutentione coram* Muto, *apud* Antonell. *in Tract. posthum. de jurib. & onerib. Clericor. in fine Operis, decis. 25. sub numer. 9. & 15. pag. mihi* 437. *&* 438. nec non *dec. 26. ubi plura alia ad hanc rem resolvuntur.*

1698. 20. Jun. —— Ubi agitur de electione Abbatissæ Ordinis Cassinensium, ad hoc ut dicatur canonica electio, duæ ex tribus partibus suffragiorum debent concurrere, prout proponente Cardinali Petruccio declaravit & rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Capuana*, & antea *in Januen. sub die 6. Maii ejusd. anni 1698. referente Cardinali Tanara*, ac etiam *anno 1676. 3. Dec. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part. I. titul. 11. formul. 22. Admonitionis pro electione Abbatissæ, sub numer. 6. pag. mihi* 343. 406

1698. 23. Jun. —— Ex generali Juris dispositione Beneficia Regularia, quæ non sunt curata sed electiva, præsumuntur manualia, per text. *in capit. cùm Monasterium, §. tales, de stat. Monach.* Clemen. 1. §. *hæc, eod. tit.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 8. sub numer. 7.* Corrad. *in Prax. lib. I. cap. 6. sub numer. 262.* Cardin. de Luca *de Benefic. disc. 97. sub numer. 4.* Achill. de Grass. *decis. 9. sub numer. 2. de Præben.* & ex eis dixit & firmavit *Rota in Neapolitana seu Tranen. Præceptoriæ coram* Molines, *apud Antonell. in Tract. posthum. de jurib. & onerib. Clericor. in fine Operis, decis. 47. sub numer. 3. pag. mihi* 530. 406

1698. 23. Jun. —— Non implicat, quod Generalis Ordinis Monastici eodem tempore sit Abbas alicujus Monasterii particularis, sive per se sive per alium, juxta notata per Cardin. de Luc. *de Regular. disc. 14. sub numer. 2. cum duob. seqq.* & ex eo dixit *Rota in Faventina Jurium Parochialium coram* Ansaldo, *decis. 55. sub numer. 12.* ubi etiam *sub numer. 17. in annot. & additamen. dictum fuit, quod* si Ecclesia Matrix existat Regularis, & Filialis guber- 406

ne.

nétur per Clerum Sæcularem, in hoc casu licèt in publicis actibus & Processionibus illa debeat cedere Matri præeminentiam, adhuc quia potentior est ac generalior distinctio Hierarchiæ Ecclesiasticæ ordinans, ut Clerus Sæcularis præcedat Regulari, hinc Clerus Sæcularis Ecclesiæ Filialis nanciscitur præcedentiam Ecclesiæ Matrici Regulari, secundum ea quæ tuetur Pignatell. *consultat.* 26. *sub. nu.* 29. *& seqq. tom.* 4.

1698. 23. Jun. —— Licèt Sacrum Concilium Tridentinum de cœtero ademerit Abbatibus & Prælatis Sæcularibus potestatem concedendi Dimissorias Personis laicis, quantumvis eorum temporali Jurisdictioni subjectis & in Loco Nullius commorantibus, attamen quia ipsi magis informati existunt suorum subditorum Regularium, illam quoad ipsos prælervavit, prout habetur ex *sess.* 23. *capit.* 10. *de reform.* ubi latè Barbosa *in Collectan.* Seraphin. *decis.* 985. *sub numer.* 21. Pellizar. *in Manual. Regular. tract.* 8. *cap.* 2. *numer.* 174. Pasqualig. *quæst. moral. quæst.* 357. *numer.* 1. ac ob eandem rationem de Prioribus Militarium Religionum, quamvis eorum Subditi ut plurimum vivant in alieno Territorio, prosequitur Mendez *de Ordin. Militar. disquisit.* 7. *numer.* 83. *cum plur. seqq.* & ex eo dixit *Rota in d. Faventina Jurium Parochialium coram* eodem *in annotat. & additamen. sub numer.* 29. & 30. *pag. mihi* 351. 4069

1698. 23. Jun. Commendæ Militares Sacræ Religionis Divi Stephani æquiparantur Feudis & Primogenituris, in quarum conformitatem adamussim regulantur, juxta Franc. Ansald. *consil.* 12. 13. & 14. *& albi passim*, Curin. *consil.* 43. *sub numer.* 13. *inter consil. Venturin.* Mansi *consultat.* 110. *sub numer.* 77. ubi quod hoc Jure utimur: & generaliter de aliis Commendis Ordinum Militarium, Torr. *de pact. fut. succes. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 39. Barbosa *in cap. fin. sub num.* 4. *de concess. Præben.* Solorzan. *de Jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. Anton. de Leon. *in tract. de confirm.* 4070

firm. Reg. par. 1. *cap.* 4. *num.* 14. & ex eis dixit *Rota in Romana Hæreditatis de Lanuviis coram* Anſaldo, *deciſ.* 56. *in annotat. & addit. ſub num.* 15. *pag. mihi* 355.

1698. 27. Jun. —— Regulares recurrentes recto tra- 4071
mite ad Urbem à gravaminibus ſuorum Superiorum, non incurrunt pœnas Apoſtaſiæ, ex quo diſceſſerint ſine eorum Superiorum obedientia, dummodò non vagent, & ſe præſentent R. P. D. Secretario Sacræ Congregationis, nec ideo moleſtandi ſunt, prout referente Cardinali Petruccio declaravit & reſpondit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. in Valentina Lectoratus, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag. mihi* 480. *ſub num.* 1. ubi etiam ait, quod hoc quoque advertit Nicol. *in Lucubrationib. lib.* 3. *Canon. tit.* 31. *de Regular. poſt num.* 43. *ubi plura Sacræ Congregationis Decreta referuntur.*

1698. 4. Jul. —— Licèt electio Prælati in Eccleſiis 4072
etiam Regularibus fieri debeat intra tres menſes à die vacationis, *cap. ne pro defectu, de elect.* Ordo tamen Ciſtercienſis in materia Electionum ex peculiaribus Privilegiis remanet exemptus à limitatione temporis à jure Sacrorum Canonum præſcripti: & Communicatio facta dicto Ordini Privilegiorum, quæ fuerunt attributa Fratribus Minoribus, videlicet, ut non ſint arctati in electionibus ad tempus de Jure ſtatutum, ut etiam animadvertunt Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 5. *quæſito* 6. *num.* 9. Mirand. *in Manual. Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 23. *art.* 10. Peyrin. *de offic. Subdit. Regular. quæſt.* 1. *cap.* 31. *not.* 9. *in fin.* prodeſſe valet eidem Ordini Ciſtercienſi, quemadmodum regulariter efficit Communicatio Privilegiorum, teſte Paril. *conſil.* 22. *num.* 5. *lib.* 4. Portell. *in Collect. Dub. Regul. verb. Privilegia, num.* 24. Caren. *reſolut.* 17. *ſub num.* 8. & ex eis dixit *Rota in Leodien. Monaſterii coram* Anſaldo, *deciſ.* 61. *ſub num.* 1. & 15. *ac* 16. *pag. mihi* 381. & 383.

1698. 4. Jul. —— Conſtitutiones cujuſcunque Or- 4073
dinis in materia Electionum debent tanquam præ-

ciſæ

ciſæ Leges ad unguem obſervari, ut ait Abb. *in cap. cum Eccleſia, de cauſ. poſſ. & prop.* Paſſerin. *de Elect. cap.* 10. *ſub num.* 24. Donat. *de Regular. tom.* 2. *tract.* 4. *quæſt.* 18. *num.* 9. Suarez *de Relig. lib.* 5. *tit.* 10. *qu.* 1. *num.* 6. adeo ut Electio celebrata contra formam in eiſdem Conſtitutionibus præſcriptam eſt penitus nulla & irrita, Majol. *de Irregul. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 3. *in fin.* Mirand. *in Manual. Prælat. Regul. par.* 2. *qu.* 16. *art.* 3. *concl.* 5. Lezana *oper. moral. tom.* 2. *tit. de elect. ex num.* 56. in hujuſmodi quoque materia ſervari etiam debet conſuetudo particularis cujuſcumque Ordinis, ut firmavit Paſſerin. *loc. cit. capit.* 14. *ſub num.* 1. prout proſequitur *Rota in d. Leodien. Monaſterii coram* eod. *ibid. in annot. & addit. ſub numer.* 24. 25. *& 26. pag. mihi* 384.

1698. 2. Aug. —— In aſſociatione Cadaverum ad Eccleſias Regularium non ſunt vocandi omnes alicujus Eccleſiæ Manſionarii, præter Parochum: Parochus verò non poteſt Eccleſiis Regularium cum Stola & Cruce ingredi, ibique Officium & Functiones peragere: Nec dicto Parocho licet exigere majorem eleemoſynam ab exteris tumulandis in Eccleſiis Regularium, quàm à Civibus, prout utraque parte tam voce quàm ſcriptis prius audita reſpondit & ita declaravit ac ſervari mandavit *Congregatio Rit. in Vaden. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 25. *quoad Exequias, ſub num.* 9. *pag. mihi* 273. ¶ Quoad ſecundam Reſolutionis partem vide plures præcedentes Deciſiones relatas à Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſito* 18. *ſub num.* 21. *& ſeqq.* 4074

98. 3. Aug. —— Abbas ſeu ejus Vicarius non poteſt ſolus concedere litteras teſtimoniales de vita & moribus Presbyterorum ſui Diſtrictus recedere volentium à locis Abbatiæ, ſed ſimul requiruntur teſtimoniales Epiſcopi: Epiſcopus autem prohibere non poteſt Parochis & Vicariis Parochialium Eccleſiarum etiam Regularium, ne extra eorum Parochias audiant Confeſſiones ſuorum Parochianorum, 4075

rum, nec itidem eisdem prohibere potest, ne in eorum Parochiis audiant Confessiones non suorum Parochianorum; In Edictis verò seu Decretis potest Episcopus nuncupare Loca & Districtum Abbatiæ propriæ nostræ ordinariæ jurisdictionis, ad formam laudi de anno 1635. sed etiam Abbas seu ejus Vicarius potest se intitulare Judicem Ordinarium Districtus Abbatiæ in illis Causis, in quibus habet cognitionem ad formam laudi: Episcopus tamen non est Ordinarius Monasterii & Ecclesiarum à Monasterio dependentium, nec potest se talem denominare: Abbas non habet facultatem benedicendi Concionatores destinatos pro Ecclesia Monasterii, & aliis Parochialibus intra Districtum Abbatiæ: Vicarius denique Curatus Monachus exercens Curam Animarum Ecclesiæ Monasterii, quæ Parochialis existit, non debet examinari & approbari ab Episcopo ad formam laudi, prout resolvit *Congregatio Concil. in Causa Burgen. S. Sepulchri, apud* Piton, *disceptat. Ecclesiasticar. par. 2. disceptat. 20. sub num. 1. & 28.*

1698. 30. Aug. —— Cùm Sacra Congregatio Concilii censuisset, posse concedi transitum cuidam Religioso Societatis JESU ad Hospitalarios, facto deinde verbo cum Sanctissimo, Sanctitas sua approbavit quidem sententiam Sacræ Congregationis quoad transitum ad quamcunque Religionem, in qua Claustralis & Regularis Observantia vigeat, non autem quoad transitum ad Religionem S. Spiritus, prout *Innocentius XII. in Mantuana, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 8. Eugenii IV. sub num. 26. pag. mihi* 512.

1698. 20. Sept. —— Regulares non possunt licitè erigere Altare Portatile, Sacrum peragere, & Sanctissimum Viaticum ministrare alteri Regulari infirmo in Domo privata illius Consanguineorum absque licentia Ordinarii, qui contra talem celebrantem in hoc & similibus casibus potest procedere etiam ad Censuras, prout declaravit & rescripsit

Con-

Congregatio Concil in Messanen. apud Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut.* 11. *Alexandri IV. sect. unic. sub num.* 33. *pag. mihi* 236. & iterum *tom.* 4. *circa Constitut.* 2. *Urbani V. sub numer.* 13. & 14. *pag.* 270. & refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *titul.* 6. *formul.* 20. *sub num.* 20. *pag.* 235.

1698. 20. Nov. —— Cùm ex actibus super primæva institutione Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ Virginis de Monte Carmelo, illiusque successione à Sanctis Prophetis Elia & Eliseo dudum enatis contentionibus magnum Christifidelium ejusmodi minus necessarias quæstiones utpotè de rebus ad Fidei veritatem seu morum disciplinam minimè pertinentibus summoperè improbantium scandalum obvenerit, illudque ob quamplures Libros ac Libellos acerbiori stylo desuper hinc inde conscriptos in dies plurimum augeatur: hinc est, quod super præfata quæstione de primæva institutione ac successione Ordinis supradicti à Prophetis Elia & Eliseo perpetuum silentium imponitur, illudque à Defensoribus utriusque sententiæ ac ab omnibus & quibuscunque aliis cujuslibet Ordinis vel Congregationis aut Societatis seu Instituti, tam in Scriptis & Dissertationibus ac Libris in posterum typis edendis quàm in publicis Disputationibus ac Thesibus, sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna per Contrafacientes ipso facto incurrenda perpetuò servandam esse decernitur: Præterea Libri seu Theses vel Scripta quæcunque contra præsentium formam edenda prohibentur sub pœnis & Censuris contentis in Regulis Indicis Librorum prohibitorum: Non intelligitur tamen per silentii hujusmodi impositionem uni seu alteri ex dictis sibi adversantibus sententiis ullum majus pondus adjungere, sed utramque in statu & terminis in quibus de præsenti reperitur (donec aliter Romano Pontifici & Sedi Apostolicæ visum fuerit determinare) manere vult *Innocentius XII. in Constitut. qua incipit* 4078

Re-

Redemptoris, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *in fine, pag. mihi* 348. quem citat Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut.* 8. *Honorii III. sub num.* 5. *pag.* 490.

1699. 24. Jan. —— In concessione Testimonialium de vita & moribus jurandum erit, quod semper tempus præcisum permanentiæ & discessus Ordinandi exprimatur, nisi sint expediendæ à Prælato inferiori Nullius, qui Episcopo viciniori Ordinandos proprios Subditos, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Nullius seu Minerbien. ad capit.* 10. *sess.* 23. *de reform. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *titul.* 4. *formul.* 9. *Litterarum Testimonialium pro Ordinando extra Diœcesim, sub num.* 11. *pag. mihi* 114. ubi ideo ait, quod tunc Formula variandа erit, & non solùm mores attestandi erunt, sed commendandi, ex Cardin. de Luca, *de Jurisdict. disc.* 16. nec non & *in Adnotat. ad Concil. Trident. disc.* 14. *sub num.* 18. 407

1699. 4. Febr. —— Quoad exemptionem dativam cum vera qualitate Nullius, quæ non potest dari nisi à solo Papa, agnoscendum est an adsit in Privilegiis ista exemptio omnimoda constitutiva Territorii separati, vel non: hoc enim ex verbis Privilegiorum dependet, quorum scrutatio est unica regula quæ rem decidere solet; & quidem ad inducendam separationem Territorii, quæ importat dismembrationem in damnum primævæ Diœcesis cui subest, cùm illi sit præjudicialis & odiosa, debet conclusio probari verbis ita claris & expressis, ut in alium sensum retorqueri nequeant, juxta *cap. ex parte* 18. *de Privil. cap. cum personæ, & cap. si Papa, eod. tit. in* 6. Verba autem *pleno jure* important liberationem Loci & exemptionem à Lege Diœcesana Episcopi, imo etiam ab ipsius Jurisdictione circa ipsos exemptos, ita ut inducatur tantùm qualitas quædam imperfecta Nullius, non autem Jurisdictio activa in Populum, ut dixit *Rota in Leodien.* 408

dien. Jurisdictionis coram Priolo, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 6. Alexandri III. sect. 1. sub num. 40. & 49. pagin. mihi 136. & 139.*

1699. 16. Febr. —— Licèt obiiciatur, quod Episcopus & uti Regularis & uti Episcopus sit intestabilis, proindeque non obstante Indulto Pontificio circa facultatem testandi, adhuc semper obstet regula, quod quemadmodum quidquid acquirit Monachus acquirit Monasterio, ita quidquid adipiscitur Episcopus adipiscitur suæ Cathedrali, ita ut non Fratres actores sed ipsa Ecclesia Cathedralis comparere teneretur, hæcque exceptio ad exclusionem Actorum rectè valeret opponi, secundùm limitationem quam tribuunt Surd. *consil.* 415. *sub num.* 17. Modern. Lucen. *consult.* 150. *sub num.* 5. & 6. Leoncill. *decis. Ferrar.* 99. *sub num.* 11. attamen cùm prius Reverenda Camera Apostolica per Pontificias Constitutiones successerit ratione Spoliorum loco Cathedralium, ex notatis per Spad. *cons.* 136. *num.* 5. *lib.* 1. Frass. *de reg. Patron. Indiar. capit.* 20. *num.* 46. Episc. de Rota *de rect. distr. reddit. Eccles. cap.* 7. *ex num.* 2. *cum plur. seqq.* eo ipso, quod eadem Reverenda Camera, illiusque Dominus & Administrator Summus Pontifex fuit impartitus licentiam testandi, Regularis vel Episcopus, qui testatur, exercet Jura Cathedralis translata in Jura Camerę, & Jura Camerę translata in semetipsum, ut est de peculiari & ordinaria natura subrogatorum, *vulg. l. qui in jus, ff. de reg. jur.* ut dixit Rota do, *in Romana pratensa nullitatis Contractus coram* Ansaldo, *apud* Palmam Nepot. *decis. Luc. tom.* 3. *decis.* 286. *sub num.* 15. 16. & 17. 4081

1699. 21. Febr. —— Si Episcopo Rocchetto & Mozzetta seu Cappa induto & incedenti ad adorandum ante Altare Sanctissimi SACRAMENTI in Ecclesiis Regularium, ipsi Regulares Genuflexorium cum Stratu & Pulvinari ornatum denegarent & præparare nollent, cùm sit honorificentia Episco- 4082

po debita, posset Episcopus contra eos Censuras relaxare, prout declaravit & respondit *Congregatio Rit. in Camerinen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. sub numer. 366. pag. mihi 97.* ubi etiam ait, quod hoc non tanquàm Judex, sed tanquàm Juris Executor, ut inquit Lauret. de Franch. *par. 2. quæst. 30. sub num. 1.*

1699. 15. Maii. —— Renunciatio realis dicitur, quando primaria causa renunciandi est finis inserviendi Deo in Vita Monastica, ut dixit *Rota in Romana Legitima coram* Anfaldo, *apud* Palmam Nepot. *decis. Rotæ Luc. tom. 3. decis. 272. sub numer. 15. pag. mihi 199.* ex pluribus præcedentibus Decisionibus Romanis, scilicet, *in Romana Hæreditatis de Toscanellis* 1649. 31. *Maii coram* Meltio, *in Cæsenaten. Successionis* 1679. 1. *Febr. coram* Comite, *in Faventina Successionis* 1680. 7. *Jun. coram* eodem, *in Romana Hæreditatis* 1684. 20. *Mart. & 3. Jul. coram* Hervault, *confirmata anno* 1685. 23. *Mart. coram* Rondinino, *& in Romana Fideicommissi de Incoronatis* 1694. 9. *Jun. coram* Emerix, *confirmata anno* 1695. 16. *Maii coram* eodem. 468

1699. 16. Mar. —— Patribus Societatis JESU inter alia compertum est suasmet Constitutiones obstare, ne ex professo Jus Canonicum tradere valeant in Alma Urbe, eisdem solùm permissa Sacrorum Canonum explicatione ad Theologiam positivam pertinentium, prout ponderavit *Rota in Romana super bono Jure coram* Muto, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 6. Joannis XXII. sub num. 12. pag. mihi 54.* 469

1699. 21. Mar. —— Regulares, obtenta à Locorum Ordinariis licentia oretenus vel in scriptis faciendi solemnes Processiones per Civitates vel Oppida extra limites Conventuum suæ Religionis cum Statua aut Reliquia alicujus Sancti, possunt uti Pluviali, licèt ejus usus non fuerit expressus in licentia obtenta: usus enim Pluvialis in Processionibus solemnibus non est testimonium & signum Jurisdictio-

ctionis in utente Sacerdote, prout humiliter supplicante P. Procuratore Generali Ordinis Minorum Observantium S. Francisci declaravit *Congregatio Rit. in Neapolitana, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 16. quoad Processiones, sub num. 8. pag. mihi* 142.

1699. 23. Mar. —— Non valet conclusio, quod Abbas non possit præjudicare Monasterio, quando omnes adhibitæ noscuntur solemnitates, & actus est de per se necessarius, ex firmatis per Cardin. de Luc. *de alienat. prohibit. disc. 1. num. 45.* & generaliter habetur in *decis. 460. num. 56. par. 4. rec. tom. 2.* & etiam *decis. 77. num. 13. par. 7.* ac iterum *decis. 39. nu. 9. par. 11.* & ex eis dixit *Rota in Toletana Decimarum de Capilla quoad Parochos coram* Ansaldo, *decis. 78. sub num. 85. & 86.* ubi etiam *sub num. 87. & seqq. dictum fuit, quod* Hospitium Religiosorum cadit sub Constitutione Innocentii Decimi supra posita & edita anno 1652. 15. Octobris, ut in specie Passerin. *in cap. unico, ex num. 38. de excess. Prælat. in 6.* Donat. *de Regular. lib. 1. par. 2. tract. 1. quæst. 22. num. 50.* & frustra fieret oblatio de manutenendo in Hospitio sufficienti numero Regularium juxta censuram Bullæ, quia id in substantia præferret fundationem vel erectionem novi Monasterii, stante omnimoda interversione formæ simplicis Hospitii ad Monasterium formale, secundùm ea, quæ distinguendo inter simplicem meram restaurationem & mutationem status tradiderunt Amat. *decis. Mycerat. 64. num. 36. & seqq.* Gratian. *disceptat. 84. sub num. 20.* & in puncto Pignatell. *in consultat. 177. per tot. lib. 1.* 4086

1699. 3. Apr. —— Capitis abrasio pro efformanda Corona Monastica, operatur, ut ita rasus jam dicatur Novitius, quia rasio Capillorum est abdicatio omnium temporalium & signum Religionis, prout probant doctrinæ adductæ à *Rota in Ferrarien. Canonicatus coram* Tremoille, *& antea in eadem* 1698. 5. *Mar. coram* Pio, *apud* Piton. *disceptat. Ec-* 4087

clesiasticar. tom. 1. disceptat. 6. sub numer. 25. pag. mihi 148.

1699. 11. Apr. —— Licèt nonnulli Regulares pos- 4018
sint ex Privilegio Apostolico promoveri ad Ordines diebus Festis per annum extra tempora à Jure statuta (ut ex largitione Gregorii Decimitertii gaudent PP. Societatis JESU, & patet ex superiùs dictis anno 1582. 21. Sept.) non inde inferri & deduci potest, quod cæteri aliorum Ordinum, qui cum illis participant de Privilegiis, possint vigore hujusmodi Communicationis recipere Ordines extra tempora, sed debent simile Indultum concessum vel confirmatum post Concilium Tridentinum exhibere, aliàs illicitè ab Episcopo promoverentur, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Senen.* & est juxta Barbos. *de Jure Eccles. lib. 1. cap. 33. sub num.* 182. ac Ventrigl. *in Prax. par. 1. adnotat. 44. §. unico, sub numer.* 12. ut habet Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. titul. 6. formul.* 20. *sub num.* 36. *pag. mihi* 237.

1699. 4. Maii. —— Decreta generalia super usu Pon- 4019
tificalium edita à Sacra Rituum Congregatione (de quibus supra 1659. 27. Sept.) ubique servanda sunt, non obstante immemorabili vel non usu, siquidem cùm eadem Decreta emanata fuerint pro eliminandis abusibus, qui irrepserant circa dictum usum Pontificalium, ideo quæcunque contrariæ consuetudines tanquam corruptelæ censentur sublatæ, ut dixit & firmavit *Rota in Calaguritana Pontificalium coram* Caprara, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 6. Urbani IV. sub num. 49. pag. mihi* 335.

1699. 4. Maii. —— Quamvis regulariter Electio fa- 4020
cienda veniat in illo eodem Loco vel Monasterio, ubi & residentiam & nomen usurpat Dignitas viduata per obitum ultimi Possessoris, secundùm ea quæ differunt Innoc. *in cap. cum ex injuncto, num. 2. de nov. oper. nunciat.* Abb. *cap. quod sicut* 28. *numer. 2. de elect.* Passerin. *de elect. cap. 12. numer. 2. & 3.* attamen

men juxta egregiè animadversa per Fagnan. *in cap. quia propter, numer. 69. de elect.* nullibi cautum est, vel sancitum reperitur in Jure, quod omninò sub præcisa pœna nullitatis Electio fieri debeat in proprio Monasterio: omnis quippe Locus, in quo Capitulum æquo & concordi animo conveniat, dicitur & est Locus revera Capitularis, dummodo sit tutus & decens ac honestus, ut inquit Bald. *in capit. 1. numer. 2. de postul. Prælat.* Azor. *Instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 28. quæst. 18.* Card. de Luc. *de Regular. disc. 53. numer. 12.* & ex eis dixit *Rota in Leodien. Monasterii coram.* Ansald. *decis. 86. numer. 4. & 5. pag. mihi 600.*

1699. 5. Maii. —— Non sustinentur Censuræ latæ contra Birruarios, qui ducti à Religioso Carthusiensi ad revocandum alium Carthusiensem fugitivum, perquisierunt Domum habitatam quidem à Parocho, quæ tamen non erat Parochialis, ut respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Alatrina, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Vicarii Casus, in quibus Censuræ non sustinentur, *sub numer. 5. pag. mihi 135.* 4091

1699. 30. Maii. —— Si Regulares celebraverint Missas in Oratoriis privatis Domicellorum diebus exceptis, vel postquàm eadem die fuit ibidem jam celebrata unica Missa in Apostolico Indulto concessa, potest Episcopus in eos animadvertere, servata forme Concilii, prout censuit & rescripsit *Congregatio Concil. in Neapolitana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 1. titul. 6. formular. 20. Licentia exponendi Eucharistiam, sub numer. 21. pag. mihi 235.* 4092

1699. 15. Jun. —— Communis est antiquorum Canonistarum sententia, Ecclesias non Parochiales & præcipuè illas Monachorum & Regularium, quia de Jure non habebant Populum, & solùm retinebant Cæmeterium pro seipsis, non potuisse nisi proprios Monachos sepelire, ad expressum text. *in cap. placuit* 4093

cuit 1. *cauſ.* 16. *quæſt.* 1. juſque illud, quo gaudent, ſepeliendi alios, qui in eorum Eccleſiis elegerint Sepulturam, non obtinere ex Juris Communis diſpoſitione, ſed ex Privilegio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ut probatur *ex cap. certificari* 9. *cap. in noſtra* 10. *verſ. è contra*, ubi Gloſſ. *verſ. niſi dolo de ſepult. cap.* 1. *de pact. in* 6. & magis apertè convincitur ex Clement. *dudum*, *verſ. hujuſmodi quoque Statuto*, *de Sepult.* & ita tenet Abbas *in cap. fraternitatem* 3. *de Sepult.* dicens, ſe nunquam aliquam Conſtitutionem legiſſe, in qua caveatur, Monaſteria habere de Jure Cæmeteria, niſi pro ſuis, & comprobant Federic. de Sen. *conſil.* 135. *numer.* 19. Samuel. *de Sepult. Prælud.* 10. *numer.* 2. Gonzal. *in cap. fraternitatem* 3. *numer.* 7. Amoſtaz. *de Cauſis piis*, *lib.* 6. *cap.* 3. *numer.* 1. aliique citati à *Rota in Romana Funeralium coram* Molines, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part.* 4. *in Appendice*, *deciſ.* 22. *numer.* 22. & 23. *pag. mihi* 269.

1699. 15. Jun. —— Non ſunt attendendi Fagnan. *in cap. fraternitatem*, *numer.* 5. & 6. Paſſerin. *de ſtat. homin. tom.* 2. *quæſt.* 187. *artic.* 4. *à numer.* 137. *ad numer.* 142. ac Bordon. *reſolut.* 51. *ſub numer.* 6. tenentes etiam Regularibus permiſſam eſſe poteſtatem ſepeliendi in ſuis Eccleſiis ex Juris Communis diſpoſitione, tum quia contra illos ſtat communis omnium antiquorum & graviſſimorum Canoniſtarum ſententia, tum quia Textus per illos citati potiùs favent quàm adverſentur contrariæ communi opinioni, nam dictum *cap. fraternitatem* 3. *de Sepult.* explicit Abbas *in verſ. unde intelligo*, dicens eſſe intelligendum de Monaſteriis habentibus Populum vel Jus ſepeliendi ex Privilegio: & in hoc etiam ſenſu intelligenda eſſe *cap. ubicunque* 6. 13. *quæſt.* 2. & *cap. Agapitus* 23. 16. *quæſt.* 1. ait Gloſſ. *verb. Miſſas*, *in cap. intercedimus*, *verb. ab Epiſcopis* 15. *quæſt.* 1. Quamobrem Innocent. *in cap.* 1. *de Sepult.* ſtatuendo in hac materia regulam generalem, omnibus cavendum eſſe monet (ſunt ejus verba) *quod non omnis Eccleſia habet* 409

bet Cæmeterium, sed illæ tantùm quæ habent Populum, vel illæ quibus concessum est ex Privilegio, prout prosequitur *Rota in d. Romana Funeralium coram* eodem, *ibid. sub num. 24. & 25.*

1699. 15. Jun. —— Ex quo de Jure Communi Monachi & alii Regulares non poterant recipere alios Fideles in suarum Ecclesiarum Sepulturis, impetrabant Privilegia Apostolica quæ ne in totum essent præjudicialia Ecclesiis Parochialibus, in eis apponebatur Clausula *salva justitia illarum Ecclesiarum, à quibus Mortuorum Corpora assumuntur*, per quam Clausulam Pontifices præservare semper intellexerunt Portionem Canonicam debitam Ecclesiæ Parochiali, ex quo ipsis de Jure (semotis dictis Privilegiis) jus sepeliendi suos Parochianos competebat privativè quoad omnes Regulares, ut dicitur *in cap. certificari 9.* cum Gloss. *de Sepult.* & notant Gonzal. *in cap. cum super 8. sub numer. 11. eod. tit.* Lavor. *variar. elucubr. tit. 2. cap. 9. sub numer. 5.* Barbosa *de offic. Parochi, part. 3. cap. 25. sub numer. 10.* Quod si Privilegia concedentia Ecclesiis non Parochialibus & Regularibus sepelientibus Funerum obventiones, deducta Canonica Portione pro Parochis, restricta dignoscantur ad funerales oblationes & legata à Testatore relicta, nullo modo extendi possunt ad emolumenta Funeris non facti & ex consuetudine taxandi, resistente natura Privilegiorum quæ sunt strictissimi Iuris, *cap. Privilegium, dist. 3. cap. Abbates, §. contra quod, de verb. signif. l. quia personale, ff. de solut. matrim.* & tantùm suffragantur, quantum litteraliter sonant, Innoc. *in cap. dilecto, de offic. Archid. cap. auditis*, ubi Felin. *numer. 10. de præscript.* Frances *de Eccles. Cathedr. cap. 30. numer. 171. & 185.* & ex eis prosequitur *Rota in d. Romana Funeralium coram* eodem. *ibid. sub. numer. 26. 27. & 36.* 4093

1699. 22. Iun. —— Religiosus attentatè dimittens Habitum suæ Religionis, tenetur illum reassumere pro effectu purgationis attentatorum, ad litteram 4094

text. *in cap. ex parte, il 2. de appellat.* Pignatell. *consultat. 176. numer. 9. & 20. tom. 9.* nequit enim Habitum proprio marte dimittere, non obtenta prius re judicata super prætensa nullitate suæ Professionis, ut communiter notant Lezzana *Oper. moral. part. 1. cap. 2. numer. 8.* Passerin. *de stat. homin. quæst. 189. numer. 492.* Cardin. de Luc. *de Regular. disc. 41. numer. 8. & 9.* & ex eis dixit *Rota in Barchinonen. seu Urgellen. prætensæ nullitatis Professionis coram* Ansaldo, *decis. 99. sub numer. 3. & 13.* ubi etiam *sub numer. 6. & 7. dictum fuit, quod* Judicium super pretensa nullitate Professionis agitari solùm debet inter Religiosum ac Religionem, non verò inter Religiosos & ejus Consanguineos; non attento quod Consanguinei possint habere interesse pro substinenda validitate Professionis, quia hujusmodi interesse tanquam secundarium non attenditur Marant. *responsi. 38. per tot. part. 2.* Pignatell. *consultat. 178. numer. 1. & sequentibus tom. 9.* Panimoll. *decis. 29. annotat. 2. numer. 2. & seqq.*

1699. 26. Jun. —— Licet Eques Hierosolymitanus post emissam Professionem in ejus Religione, tam de Jure quàm attentis Statutis ejusdem Religionis factus sit intestabilis tanquam verus Religiosus, Gratian. *discept. forensi cap. 363. numer. 24.* Cardin. de Luc. *de testam. disc. 9. numer. 4.* Sperell. *decis. 21. sub numer. 41.* indeque non possit post Professionem Testamentum præcedenter conditum revocare, Abb. *in cap. præsentia, numer. 61. de probat.* Gonzal. *in cap. quia ingredientibus, numer. 17. de testam.* Amostaz. *de Caus. piis, lib. 8. cap. 13. numer. 50.* præfatæ tamen authoritates non loquuntur de Militibus Hierosolymitanis, sed de aliis Religiosis Claustralibus, inter quos & dictos Milites manifesta intercedit differentia quoad facultatem testandi, per ea quæ notat Natt. *consil. 508. sub numer. 23. & 24.* alii enim Religiosi Claustrales post factam Professionem privantur penitus dominio suorum Bonorum, *§. illud, Auth. de Monach.* & ad hunc effectum non habent 409

nec

nec nolle nec velle, cum reputentur pro mortuis, §. *distrahuntur*, *auth. de nup. cap. non dicatis* 12. *quæst.* 1. & omninò inteſtabiles fiunt, *Auth. ingreſſi*, *Auth. ſi qua mulier*, *C. de Sacr. Eccleſ.* & d. *cap. quia ingredientibus*, *de teſtam.* ideoque nec valent teſtamentum ante Profeſſionem factum revocare, Scalon. *de teſtam. ſect. ult. numer.* 101. Sanch. *in præc. Decalog. lib.* 7. *cap.* 11. *numer.* 5. Mendo *d. Ordin. Milit. diſq.* 15. *qu.* 4. *numer.* 54. & 55. Equites verò Hieroſolymitani poſt Profeſſionem retinent dominium Bonorum patrimonialium, & de eis teſtari poſſunt cum licentia Magni Magiſtri, ut firmant plures citati à *Rota in Carpentoraten. Hæreditatis coram* Dell' Olmo, *apud* Palmam Nepot. *deciſ. Luc. tom.* 4. *deciſ.* 370. *à num.* 2. *ad* 9.

1699. 26. Jun. —— Cum per licentiam Magni Ma- 4096.
giſtri ſublatæ ſit in dicta Religione Hieroſolymitana omnis inhabilitas teſtandi contracta per Profeſſionem, *deciſ.* 18. *numer.* 7. & *deciſ.* 30. *num.* 43. *par.* 9. *rec.* & reviviſcat primæva facultas teſtandi, ut fuit dictum *in Romana ſucceſſionis & Legitimæ*, poſſunt conſequenter Equites dictæ Religionis etiam Teſtamentum ante Profeſſionem factum revocare, cùm licentia teſtandi intelligatur juxta naturam Teſtamenti quod eſt ambulatorium uſque ad mortem Teſtantis, Covar. *in cap. cum in officiis*, *numer.* 8. *de teſt.* Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *diſput.* 1. *num.* 17. Mendo *de Ordin. Milit. diviſ.* 15. *quæſt.* 4. *numer.* 54. nec obſtat, quod Eques nequierit ad revocandum primum Teſtamentum habilitari vigore licentiæ obtentæ à Magno Magiſtro, tum ex eo quod licentia teſtandi etiam à Summo Pontifice conceſſa Religioſo Profeſſo nullo modo intelligi debeat de Bonis, quæ ante ingreſſum in Religione vigore primi Teſtamenti acquiſita erant hæredi, de Prætis *de interpret. ult. volunt. lib.* 2. *interpret.* 1. *dub.* 1. *ſolut.* 4. *num.* 216. Gamm. *deciſ. Luſit.* 308. *num.* 2. & 3. tum etiam ex quo Eques non narraverit Magno Magiſtro aliud Teſtamentum ante Profeſſionem condidiſſe; nam

obje-

objectum forsan procederat, si ageretur de Testamento Religiosi Claustralis professi in Religione omnino Bonorum incapaci, sed non procedit in Militibus Hierosolymitanis, quia cùm isti mediante dicta licentia habeant facultatem testandi, non dicitur jus quæsitum irrevocabiliter hæredi scripto in Testamento ante Professionem condito, sed revocabiliter & conditionaliter, quatenus scilicet non revocetur, ut prosequitur *Rota in d. Carpentraten. Hæreditatis coram* eodem, *ibid. à numer.* 10. *ad* 16.

1699. 26. Jun. —— Cùm Sacra Religio Hierosolymitana sit capax Bonorum, inde hæres ex Testamento ante Professionem condito nullum jus per Professionem in hæreditate acquirit, sed prius expectanda est mors naturalis Testatoris, per quam & non per Professionem Testamentum confirmatur, juxta testimonium Divi Pauli ad Hebræos cap. 9. *ubi testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris, ut valeat*, Scalon. *de testam. sect. 6. num.* 48. & 49. Amostaz. *de Caus. piis, lib.* 8. *cap.* 31. *numer.* 51. & *seqq.* nec ad infirmandum secundum Testamentum valet dicere, quod factum sit per simplicem schedulam & sine testibus in Civitate, licet enim Miles testari possit sine solemnitatibus, quando est in Castris & in expeditione, §. 1. & §. *plane instit. de milit. testam.* Tondut. *quæst. civil. par.* 2. *cap.* 137. Cardin. de Luca *de testam. disc.* 28. secus tamen est, quando permanens in propriis ædibus vel in Civitate Testamentum faciat, ad text. *in l. milites, C. de milit. testam.* Gobb. *consultat.* 1. *à numer.* 39. *ad* 43. Huic namque objecto respondetur, quod conclusio procedit in cæteris Militibus Testamentum extra Castra conficientibus, non autem in Equitibus Hierosolymitanis, qui etiam extra expeditionem & actum pugnandi valent jure militari Testamentum condere, quia semper parati sunt ad dimicandum pro Christianæ Fidei defensione, Rip. *in l. Centurio, numer.* 10. *ff. de vulgar. & pupill. substitut.* Mantica *de* 4957

co-

conjectur. lib. 6. tit. 1. numer. 33. aliiq. citati à *Rota in d. Carpentoraten. Hæreditatis coram* eod. *ibid. à numer. 17. ad 23.*

1699. 18. Aug. —— Edictum Episcopi prohibens Mendicantibus quæstuare in Ecclesiis, sed in earum Januis & per Civitatem, sustinetur, prout sustinendum esse declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Carpentoraten. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dicta Congregationis, verbo* Quæstuatio, sub *num.* 1. 4098

1699. 21. Aug. —— Ut Ecclesia S. MARIÆ Angelorum Domus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia prope & extra muros Civitatis Assisiensis congruis frequentetur honoribus, ad eamque Christifideles eò libentius accedant quò exinde spiritualibus gratiis se uberius refectos conspexerint, ideo declaratur, sub generali Indulgentiarum suspensione ratione Anni Sancti, Indulgentiam utriusque sexus Christifidelibus prædictam Ecclesiam die secunda mensis Augusti à primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi visitantibus & requisita pro eadem Indulgentia consequenda peragentibus concessam non comprehendi, prout non comprehensam esse in verbo Romani Pontificis attestatur *Innocentius XII. in Constitut. quæ incipit* Cùm ob Sacri Jubilæi celebrationem, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 6. quoad Indulgentias, sub num. 15. pag. mihi* 75. ¶ Vide supra, 1650. 5. Jul. 4099

1699. 12. Sept. —— Ubi viget consuetudo, quod Regulares vel etiam Confraternitates Laicorum, non obstante distantia unius milliarii, conveniant ad Processiones, est servanda, & convenire tenentur, prout ad relationem Cardinalis Francisci Barberini censuit & respondit *Congregatio Rituum in Nucerina Paganorum, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. titul. 5. formul. 7. Edicti pro observantia Festorum, sub numer. 30. pag. mihi* 155. ubi etiam ait, quod hoc est juxta Passerin. *de stat. homin. tom. 3. quæst.* 4100

quæst. 189. *artic.* 10. *inspect.* 10. *sub numer.* 1000. & contra Pasqualig. ac contra Lauret. de Franch. *par.* 1. *sub num.* 66.

1699. 17. Nov. —— Colonus Commendæ Equitis Melitensis, nisi se talem esse justificet, non gaudet privilegio fori, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Recinaten. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Colonus Commendæ *sub nu.* 2.

1699. 4. Dec. —— Syndici Apostolici Conventuum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia non comprehenduntur in Decreto supra posito & edito anno 1685. 20. Sept. prout non comprehendi nec comprehensos esse censuit, & audito Patre Ministro Generali Ordinis declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 18. *quoad Conventus, sub nu.* 32. *pag. mihi* 185.

1700. 16. Jan. —— Cuidam Religioso Laico conceditur licentia transeundi ad statum Clericalem, attento quod in Religione Studiis vacavit ac se ad Clericorum munus idoneum reddidit, prout concessit *Congregatio Concil. in una Ordinis S. Mariæ de Mercede, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 8. *Eugenii IV. sub numer.* 16. *pag. mihi* 508. ubi tamen ait, quod hujusmodi licentiam alteri Religioso Laico vix idoneo ad Divina peragenda & inhabili ad alia munia Clericorum in suo Ordine Prædicatorum obeunda denegavit eadem Congregatio *in alia Provinciæ Bethicæ anno ibid.* 1700. 6. *Mar.*

1700. 9. Febr. —— Monachi Olivetani, sicut & alii undecim Congregationum, stantibus Privilegiis Pontificiis, non possunt compelli ad concurrendum pro reparatione Pontium & Viarum, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Imolen.* & antea *in Camerinen. anno* 1699. 17. *Nov. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Monachi, *sub nu.* 2.

12. Mar.

1700. 12. Mar. —— Consuetudo Locorum de servanda majori distantia inter Ædificia, obligat & procedit etiam cum Regularibus & inter Regulares ac Moniales exemptas, prout dixit & firmavit *Rota in Neapolitana altius tollendi coram* Caprara, *& antea in Neapolitana Fabrica dicto anno* 1700. 22. *Jan. coram* Muto, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. to.* 3. *circa Constit.* 2. *Bonifacii VIII. sub nu.* 14. *pag. mihi* 514. 4105

1700. 29. Apr. —— Confessarii etiam Regulares in vim Bullæ Cruciatæ Sanctæ à Pœnitentibus ad audiendas eorum Sacramentales Confessiones electi, nullatenus Confessiones hujusmodi audire valeant sine approbatione Ordinarii & Episcopi Diœcesani Loci, in quo ipsi Pœnitentes legunt & Confessarios eligunt vel ad excipiendas Confessiones requirunt, nec ad hoc suffragatur Approbatio semel vel pluries ab aliis Ordinariis aliorum Locorum & Diœcesum obtenta, etiamsi Pœnitentes subditi forent illorum Ordinariorum qui Confessarios electos approbassent: Confessiones autem aliter deinceps faciendæ & excipiendæ (præterquam in mortis articulo) nullæ sint & invalidæ, & Confessarii ipso jure sint suspensi & etiam rigidè puniantur ab ipsis Locorum Ordinariis: Quæcunque contraria Opinio damnatur, & contraria Consuetudo aboletur, ac proinde omnibus Christifidelibus prohibetur, ne supradictam Opinionem docere vel tueri aut ad praxim deducere quovis modo præsumant, sub pœna Excommunicationis per Contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, reservata Papæ absolutione. *Innocentius XII. in Constitut. quæ incipit* Cùm sicut, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *capitul.* 8. *sub numer.* 24. *pag. mihi* 80. 4106

1700. 4. Maii. —— Operarius salariatus Monachorum non est exemptus à Foro, etiam posito Privilegio Juris Secundi quod respicit Laicos inservien- 4107

vientes in Monasteriis & aliis Locis, & percipientes Sacramenta ab iisdem Monachis, qualis non est Operarius præfatus, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Camerinen. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dicta Congregationis, verbo* Monachi, *sub numer.* 12.

1700. 10. Maii. —— Stante Monasteriorum Regularium exemptione in vim Privilegiorum postea in ipso Juris corpore insertorum, nullo pacto affirmari potest Summum Pontificem per dismembrationem quamtunvis generalem voluisse ad formam antiquorum Canonum subijcere jurisdictioni Episcopi Ecclesias etiam Monasteriales, nisi doceatur & constet quod in eodem actu dismembrationis derogasset amplissimis Monastici Ordinis Privilegiis, & quidem expressè, non sufficiente derogatione generali sub qua non veniunt Privilegia inserta in corpore Juris, resistente præsumptione quod Pontifex voluerit uno verbo tollere Privilegia, quæ tot vigiliis fuerunt per antecessores Pontifices concessa, ad notat. per Crot. *in cap. licet, de Constit. in 6. numer.* 34. Felin. *in cap. nonnulli, numer. 6. de for. compet.* Suarez *de leg. lib.* 8. *cap.* 38. *numer.* 12. Amostaz *de Causis piis, lib.* 5. *cap.* 11. *numer.* 10. & lato calamo citatis concordantibus Passerin. *super 6. in cap. licet, de Constitut. numer.* 317. *cum sequentibus* deficiente propterea expressa derogatione Juris Privilegiativi Regularium, ipsi nunquam censentur per Constitutionem posteriorem sua libertate expoliati, quoties non constat de contrarietate & inconciliabili compatibilitate legis sequentis cum antecedenti, totumque possibile fieri debet, ut Constitutio posterior cum Privilegiis concilietur ad evitandam derogationem, ex traditis per Pasquilleg. *decis.* 329. *sub num.* 35. alioque, quos refert & sequitur Passerin. *loc. citat. sub* 319. & 320. ut dixit & firmavit *Rota in Firmana Jurisdictionis coram* Molines Decano, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *in Appendice, decis.* 400.

400. *numer.* 6. & 7. *pag. mihi* 476. & habetur etiam post Joseph. de Prosper. *in Tract. de Territor. separ. dec.* 10. *pag.* 193.

1700. 10. Maii. —— Superioritas reservata Abbatibus non est intelligenda de Superioritate Jurisdictionali, sed de ea duntaxat quæ concernit Disciplinam & Instituta Regularia, qua vel juxta Juris antiqui dispositionem non carebant Superiores Regulares, tametsi Jurisdictioni Ordinariæ Episcoporum subderentur, ut loquendo de Monachis D. Benedicti statuit Text. *in cap. fin. de stat. Monachor.* sed talis interpretatio evertitur, quia verbum illud *Superioritas* veluti generale comprehendit etiam Jurisdictionem adeoque juxta suam indolem est generaliter intelligendum, alio desuper non concurrente, quod illud restringat, *l.* 1. §. *generaliter, ff. de legat. præstan.* amplissimæ tamen dismembrationi consentaneum est, ut ubi prius Ecclesiæ Regulares positæ essent in Diœcesi Abbatis, post dismembrationem haberi cæperint in Diœcesi Episcopi, non adversante earundem Ecclesiarum exemptione, quoniam ista efficit, ut non dicantur de Diœcesi, non verò ut non sint in Diœcesi, *cap. cùm Episcopus*, & ibi Franc. *in* 2. *notab.* & Gemin. *numer.* 3. *de offic. Ordin. in* 6. Abbas *in cap. Apostolicæ numer.* 13. *de Offic. Ordin. in* 6. & in *cap. Apostolicæ, numer.* 3. *de Donat.* Ubald. *de Canonic. Episc. Paroch. cap.* 4. *quæst.* 6. *numer.* 11. Cokier. *de Jurisdict. in exemptos, par.* 4. *quæst.* 55. Cardin. de Luca *de Jurisdict. sub num.* 8. & ex eis prosequitur *Rota in d. Firmana Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. sub num.* 10. 11. & 13. 4109

10. Maii. —— Jurisdictio visitandi Parochos & Ecclesias Regulares Curatas erectas ex alterius Territorio ac positas in sua Diœcesi spectat ad Episcopum, tam ex dispositione Juris Communis quàm Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi, nam concors est & pacificus Canonistarum sensus, quod semel ac Ecclesiæ Monasteriorum habeant annexam Curam Animarum & Regularibus committitur eadem Cu- 4110

ra,

ra, semper in iis, quæ concernunt dictam Curam & Sacramentorum administrationem de Jure Communi subijciuntur Episcopis, non suffragante quacunque exemptione eisdem concessa, quia ista exemptio non comprehendit Curam Animarum, nec Presbyterum illam regentem, ut declaravit Bonifacius VII. *in cap. per exemptionem 9. de Privil. in 6. cum plur. aliis antea* : non enim implicat, quod Regulares in iis quæ respiciunt Instituta sui Ordinis & Monasticam Disciplinam sit subjectus suis Superioribus Regularibus, & quoad Curam Animarum subditus sit Episcopo, quia idem diverso jure censeri potest, ubi duplicem gerit personam, & compatiuntur ista duo, quod aliquis certo respectu sit ab Ordinario exemptus, & alia consideratione sit eidem subjectus, ut expresse dicitur *in cap. cùm Capella 16. de Privil.* ubi Barbosa *sub numer. 1.* & Fagnan. *sub numer. 14.* neque Sacrum Concilium Tridentinum immutavit Juris Communis dispositionem in hac parte, sed confirmavit, nam in *cap. 11. sess. 25. de Regular.* statuit, quod in Monasteriis Curam Animarum habentibus, Parochi tam Regulares quam Sæculares subsint Episcopis quoad dictam Curam; & tradunt communiter DD. citati à *Rota in d. Firmana Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. sub nu.* 14. 17. 18. & 19.

1700. 10. Maii. —— Jurisdictionem, visitationem, & correctionem quoad Parochos Regulares in vim Concilii Tridentini *cap. 11. sess. 25. de Regular.* non exercet Episcopus auctoritate delegata, sed ordinaria, nam Concilium dictos Parochos quoad Curam Animarum & Sacramentorum administrationem submisit *immediatè jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi sita sunt*, quod verbum *immediatè* non congruit jurisdictioni delegatę, sed ordinariæ: Delegata namque non exercetur immediatè ex propria potestate & imperio, sed mediante peculiari facultate ab habente potestatem attributa, *l. 3. ff. de offic. ejus*, & ibi Dec. *sub numer. 4.* Gugliel- 411

glielm. Durand. *in Spec. lib. 1. par. 1. de Jurisdict. omn. Jud. §. 1. vers. delegata est*, Boer. *decis. 151. sub num. 5.* Saran. *de adjunct. quæst. 32. sub numer. 2.* licèt verùm sit, quod si Regulares non exercent Curam Personarum Sæcularium, sed solùm Sacramenta ministrant eisdem Sæcularibus, & in illis ministrandis delinquunt, tunc subsint jurisdictioni Episcopi Diœcesani tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, ut ampliando dictum *cap. 11. sess. 25. de Regular.* disposuit Gregorius XV. *in Bulla supra posita & edita anno* 1622. 5. *Febr.* & explicat Fagnan. *in cap. grave, de offic. Ordin. numer. 37. & in cap. quanto, eod. tit. numer. 37.* Lotther. *de re benefic. lib. 1. quæst. 24. numer. 55. 57. & 58.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disp. 15. quæsito 11. numer. 46.* Barbosa *de Jure Eccles. lib. 1. cap. 43. numer. 135.* & iterum *in Concil. d. sess. 25. de Regular. cap. 11. numer. 19.* & ex eis prosequitur *Rota in d. Firmana Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. sub nu. 20. & 21.*

1700. 12. Maii. —— Ex Juris assistentia, quam habet Episcopus, posita loci situatione, ipsè manutentionem obtinere debet, etiamsi non probet possessionem, quousque Prælatus inferior adducat præscriptionem immemorabilem canonizatam per tres conformes ad acquirendam Jurisdictionem in certa parte Diœcesis, privando Episcopum tota Jurisdictione, & sic constituere Territorium separatum, prout dixit & firmavit *Rota in Tarraconen. Jurisdictionis coram* Olmo, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 6. Alex. III. sect. 1. sub num. 73. pag. mihi* 145. 4112

1700. 15. Maii. —— Patribus Oratorii conceditur facultas asservandi Sacram Synaxim in Capella intra Claustra pro quatuor Anni temporibus, in quibus fiunt Exercitia ab Ordinandis, ne distrahantur in Ecclesia publica, prout concedit *Congregatio Concil. in Mexicana, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 1. Urbani IV. sect. unic. sub num. 20. pag. mihi* 301. 4113

1700. 5. Jun. —— Reliquiæ, quæ ex donatione proveniunt Laicorum, quorum claves vel unam ipsi retinent & expensas pro earundem ornatu submini- 4114
strant, visitantur ab Ordinario, quamvis retineantur & custodiantur in Ecclesiis Regularium, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Firmana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part.* 1. *titul.* 5. *formul.* 2. *Alterius Edicti Visitationis vernacula lingua sub num.* 49. *pag. mihi* 136.

1700. 5. Jun. —— Regulares ministrantes Laicis sæ- 4115
cularibus infirmis hospitantibus in eorum Conventibus Sacramenta Ecclesiæ per modum Viatici & Extremæ-Unctionis absque Episcopi vel Parochi licentia, Censuras *in Clem.* 1. *de Privileg.* inflictas incurrunt, & possunt per Ordinarium etiam per Cedulones excommunicati declarari, prout censuit & rescripsit *Congregatio Concil. in Neapolitana*, in qua fuerunt declaratæ validæ Censuræ publicatę per Archiepiscopum contra Monachum Monasterii Montis Oliveti, qui absque Parochi licentia Sacramentum Extremæ-Unctionis cuidam Josepho Origlia intra septa Monasterii inhabitanti ministraverat, ut refert Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *sub numer.* 16. *pag. mihi* 235. ubi etiam plures habentur citatæ præcedentes Resolutiones ejusdem Congregationis, nempe *in Gerunden.* 1652. 13. *Febr. & in Ripana* 1652. 3. *Febr. ac in Cremen.* 1649. 27. *Febr. nec non in Nullius* 1637. 19. *Septembris* & est juxta Ricc. *in Prax Fori Eccles. par.* 2. *resolut.* 210. *vers. duodecimo*, ac Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 105. *numer.* 68.

1700. 7. Jun. —— Jurisdictio quasi Episcopalis ac- 4116
quiri potest per inferiorem tam ex Episcopi donatione & Privilegio Apostolico quàm ex præscriptione legitima nedum centenaria sed etiam quadragenaria cum titulo: exemptio autem Clericorum & Monachorum ab omni Jure Episcopali, eorumque receptio sub protectione B. Petri important omnimodam concessionem Jurisdictionis Episcopalis,

Pi-

Pignatell. *consult.* 85. *numer.* 56. *& sequentibus, tom.* 5. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 5. *numer.* 12. Cokier. *de Jurisdict. in exempt. part.* 1. *quæst.* 9. *numer.* 1. *vers. deinde*: & præcipue si in Privilegio exemptionis dicatur, *cum juribus & pertinentiis suis & omnibus suis membris pleno jure*, nam tunc in Abbatem translata dici debent omnia Jura Episcopalia, cùm sub nomine *pertinentiarum*, & verbis *pleno jure* omnia Jura temporalia & spiritualia contineantur, ut de pertinentiis Lap. *allegat.* 139. *nu.* 10. *& sequentibus*, & de verbis pleno jure Oliva *de reform. Eccles. par.* 3. *cap.* 15. *nu.* 32. Barbosa *de Episc. par.* 3. *alleg.* 89. *numer.* 4. & fortiùs, si interdicatur Episcopis in Bulla Privilegii, ne audeant sine Pontificis licentia Monachos excommunicare & Interdicti pœna subijcere, quæ juncta cum concessione facta Abbati omnium pertinentiarum & membrorum pleno jure, ac cognitione Causarum inter Subditos, denotat omnem Jurisdictionem ablatam fuisse Episcopo & translatam in Abbatem, Pignatell. *consult.* 8. *numer.* 89. *tom.* 7. quodque plus est, si ipsimet Abbati detur facultas excommunicandi perturbatores suorum Jurium, ex qua arguitur Jurisdictionem quasi Episcopalem translatam fuisse in Abbatem, ut dixit *Rota in Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis super bono jure coram* Muto, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in Appendice, decis.* 4. *à num.* 1 *ad* 8. *pag. mihi* 181.

1700. 7. Jun. —— Si in Privilegio Pontificio transferente jurisdictionem in Abbatem excipiatur collatio Sacrorum Ordinum & Confectio Chrismatis ac Consecratio Basilicarum & Altarium, quæ exerceri non possunt nisi ab habentibus Jura Episcopalia, *cap. Aqua, de consecrat. Eccles. & Altar. can. prælectis, dist.* 25. & habetur in Sacro Concilio Tridentino *sess.* 25. *de Sacram. Ordin. can.* 4. & tradit Ugolin. *de Episc. part.* 2. *cap.* 28. *numer.* 1. ab hac exceptione aliquorum Jurium Episcopalium infertur alia omnia ejusdem generis, quæ exceptuata non fuerunt, Ab 4117

bati fuisse concessa, Tondut. *de Pension. in fine, decis.* 31. *num.* 5. Dunoz. jun. *decis.* 812. *num.* 26. præterquàm quod facultas Abbati concessa accipiendi à quocunque Catholico Antistite dictum Chrisma & Oleum Sanctum ac etiam Consecrationes Altarium & Basilicarum atque Ordinationes Clericorum (quæ omnia tanquam ordinem concernentia peti deberent ab Episcopo Diœcesano, nisi omnis lex Jurisdictionis & Diœcesis ab eo abdicata esset) ostendit in dicto Abbate esse omnimodam exemptionem ab eodem Episcopo Diœcesano, & ex hoc Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato firmant Pignatell. *consult.* 8. *num.* 87. 90. & 102. *tom.* 7. Tondut. *loc. citat.* & iterum *resolut. benefic. lib.* 1. *cap.* 60. *num.* 3. *vers. verùm quia*, & ex eis prosequitur *Rota in d. Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. à num.* 9. *ad* 12.

1700. 7. Jun. —— Facultas Abbati concessa con- 411
struendi & cum Cruce signandi Ecclesias, denotat Jurisdictionem quasi Episcopalem & ideo solis Episcopis competentem, *can. nemo*, ubi Gloss. *verb. veniat*, *de consecr. dist.* 1. Piasecc. *in Prax. Episc. par.* 1. *cap.* 3. *à num.* 1. Fusch. *de Visit. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 2. maximè si est juncta cum facultate exercendi Pontificalia & Spiritualia, quæ sicut Jurisdictionem quasi Episcopalem importat, Tondut. *de Pension. in fine, decis.* 31. *num.* 5. ita illam importare debet facultas seu licentia construendi & cum Cruce signandi Ecclesias in unica periodo & oratione adjecta, ne aliàs eadem determinatio respiciens plura determinabilia, ea difformiter determinet contra regulam text. *in l. jam hoc jure, ff. de vulg. & pupill.* de qua Seraph. Massin. *de confisc. quæst.* 45. *num.* 55. & præcipuè dum post expressas certas species superadduntur dicta generalia *& alia Pontificalia & spiritualia exercere*, quod denotat species jam recensitas esse de eisdem Pontificalibus & Spiritualibus, cùm in his terminis dictio *alia* importet similitudinem cum expressis, cum quibus mediante dictione *Et* copulatur

& co-

& conjungitur, juxta doctrinam Bart. *in l. quidam relatus in princ. ff. de verb. dub.* Jurisdictio autem non potest restringi quoad Monachos & intra septa Monasterii, quoties est concessa quoad Bona acquisita & acquirenda à Monasterio, prout ex pluribus præcedentibus decisionibus prosequitur *Rota in d. Marsicen seu Nullius Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. à num.* 13. *ad* 24.

1700. 7. Jun. —— Si Abbas Litteras dimissoriales Episcopo Diœcesano direxit, Primam Tonsuram, minores Ordines, Chrisma, & Beneficia contulit, illorumque Resignationes admisit, Juspatronatus confirmavit, Concursum ad Parochiales indixit, Sacramenta administravit, Synodum convocavit, Jurisdictionem in Causis Spiritualibus, Temporalibus, Civilibus, Criminalibus, & Mixtis in suo Territorio exercuit, & ad hunc effectum Vicarium constituit, & Tribunal erexit: hi actus etiam de per se sumpti sufficiunt ad convincendam Jurisdictionem quasi Episcopalem & Territorium separatum in Abbate cum Clero & Populo. sic enim de concessione Dimissorialium habet Cardin. de Luca *de Jurisdict. disc.* 12. *num.* 17. *& alii plures*: de collatione Ordinum tenet Pignatell. *consult.* 26. *num.* 16. *tom.* 2. *& alii*: de Chrismate refert Tondut. *de Pension. in fine, decis.* 31. *num.* 4 *& alii*: de collatione Beneficiorum firmat Oliva *de For. compet. par.* 3. *cap.* 15. *num.* 27. *& alii*: de Beneficiorum Resignatione habetur *ex decis.* 274. *num.* 7. *par.* 17. *recent. & ex aliis*: de Jurepatronatus sustinet Vivian. *de Jurepatr. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 20. *& alii*: de Concursu ad Parochiales probat Cardin. de Luca *de Jurisdict. disc.* 12. *num.* 17. *& alii*: de administratione Sacramentorum patet *ex decis.* 274. *num.* 5. *par.* 17. *recent.* de convocatione Synodi tenet Bellett. *disquis. Cleric. p.* 1. *tit. de jurisd. Abbatis S. Michaelis*, §. *ult. num.* 9. *& alii nonnulli*: de Vicarii deputatione, retentione Tribunalis, & cognitione Causarum firmat Spada *consil.* 129. *num.* 10. *lib.* 2. aliique quamplures ci- 4119

tati à *Rota in d. Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. à num. 25. ad 29.*

1700. 7. Jun. —— Abbas si ab universo suo Clero quotannis exegit Obedientiam, omnes Ecclesias & Loca Pia visitavit faciendo actus Pontificales, mores Clericorum correxit, Confessarios etiam pro Sæcularibus approbavit, Processus confecit indistinctè contra omnes de Populo delinquentes, quos etiam captos ad Abbatem remiserunt tanquam ad Ordinarium Episcopi Diœcesani, quorum aliquæ litteræ descriptæ fuerunt in Inventario publica auctoritate confecto, & si dicto Abbati tanquam Ordinario directæ fuerunt Litteræ Apostolicæ cum denominatione Nullius: ista omnia etiam de per se sumpta sufficiunt ad convincendam Jurisdictionem quasi Episcopalem & Territorium separatum in Abbate cum Clero & Populo: sic enim de Obedientia dicit Roderic. *qq. Regular. tom. 2. quæst. 64. artic. 9. & alii*: de Visitationibus tenet Spada *consil. 129. num. 8. lib. 2. & alii*: de correctione Clericorum ait Pignatell. *consult. 59. num. 10. tom. 8. & alii*: de approbatione Confessariorum firmat Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 2. quæsito 11. num. 1. & 2. ac alii plures*: de Processibus factis ab Abbate tenet Menoch. *cons. 147. sub num. 15. & alii*: de confessionibus Episcoporum refert Pignatell. *consult. 26. num. 10. tom. 1. & alii*: de Inventario publica auctoritate confecto habet dictus Pignatell. *consult. 26. num. 7. tom. 1. & alii*: de Litteris Apostolicis Abbati tanquam Ordinario directis firmavit Dunoz. jun. *decis. 988. num. 4. & alii*: ac de denominatione Nullius sustinet Spada *consil. 129. num. 8. lib. 2.* & alii citati à *Rota in d. Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. à num. 29. ad 33.* 41a

1700. 7. Jun. —— Observantia evadit valida, si ponderetur, quod in longa intercapedine temporis Episcopi Diœcesani in aliquo Territorio nunquàm administrarunt Chrisma, Beneficia non contulerunt, Altaria non consacrarunt, non dedicarunt 41b

Eccle-

Ecclesias, Causas non cognoverunt, nulloſque actus jurisdictionales pacificè nec cum scientia Abtis gesserunt in illo Territorio: Inverisimile autem est, quod si Episcopi jurisdictionem in Territorio exercère potuissent, nullos actus jurisdictionales exercere voluissent, ac proindè hæc abstinentia ab actibus non levem inducit præsumptionem, quod Abbari Jurisdictio quasi Episcopalis competat, ut in individuo observat Seraph. *decis.* 1025. *sub numer.* 20. *vers. & mirum est*: Observantia verò pro Abbate tunc est potens ad ei tribuendam Jurisdictionem quasi Episcopalem, si actus replicati in quacunque materia & genere adducantur per spatium ferè duorum sæculorum, quæ duplex centenaria æquipollet immemorabili uti excedens memoriam hominum, prout in individuo firmavit Cardin. de Luca *de Jurisdict. disc. 96. sub num.* 21. & iterum *disc.* 97. *num.* 9. *& seqq.* Sublatis igitur actibus jurisdictionalibus, faciliùs tollitur assistentia Juris, quæ Episcopo Diœcesano suffragari non valet in Loco exempto qui probatur spectare ad Abbatem cum Jurisdictione quasi Episcopali, Pignatell. *consult.* 85. *num.* 4. & 10. *tom.* 5. aliique citati à *Rota in d. Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. sub num.* 34. 44. & 55.

1700. 14. Jun. —— Fratribus Discalceatis Strictioris Observantiæ Ordinis S. Francisci, non solùm in Processionibus solis & sub propria Cruce, sed etiam in Concionibus & Disputationibus ac concurrentia Prælatorum atque aliis actibus tam publicis quàm privatis, interveniente vel non interveniente Familia de Observantia, competit Præcedentia super Fratres S. Augustini, ac amplius Dubium non proponatur, Fratres Augustiniani pareant, & perpetuò acquiescant: Hoc autem Decretum à Sacrâ Rituum Congregatione in Mexicana Præcedentiæ emanatum confirmat & approbat, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, ac perpetuum prædictis Fratribus Or- 4122.

dinis Eremitarum S. Augustini silentium imponit *Innocentius XII. in Constitut. quæ incipit* Emanavit nuper, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 14. quoad Præcedentiam, sub num. 6. pag. mihi* 129.

1700. 28. Jun. —— Abbatia erecta antequàm Epis- 413
copatus & Diœcesis esset in rerum natura, à prima sua origine dicitur habuisse nativam libertatem & Territorium proprium & exemptum à quacunque Episcopali jurisdictione, per ea quæ tradit Fagnan. *in cap. nullus, num. 22. & seqq. de Paroch. & cap. cùm Ecclesiarum, num. 14. de offic. Ordin.* Pirring. *in Jus Canon. lib. 3. tit. 39. sect. 2. num. 93.* quod si Abbati fuit tributa potestas permittendi alio Episcopo, ut Solemnia in suo Monasterio exerceret, signum evidens, quod Monasterium non est de alterius Diœcesi, nam aliàs sine Diœcesani consensu id non licuisset, Bellett. *disquis. Cleric. de Jurisdict. Abbat. S. Michaelis de Clusa*, §. *unic. sub num.* 11. imo ex eo, quod Abbas & Monachi facultatem habent accipiendi Chrisma & Ordines à quocunque Antistite, deducitur, quod Abbatia sit exempta & habeat separatam jurisdictionem, Nicol. *in Lucubrat. lib. 2. tit. 14. num. 2. & seqq.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 2. quæsito 26. num. 3.* Rosa *de Residen. Episc. cap. 4. sect. 6. num. 500. & seqq.* aliique citati à *Rota in Nullius seu Fulden. Jurisdictionis coram* Tremoille, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum. 3. decis. 9. de Jurisdict. num. 1. 11. & 21. pag. mihi* 45.

1700. 28. Jun. —— Prohibitio, ne ullus Episcopus 414
in Monasteriis ullum actum Jurisdictionis exerceat, non reddit Monasterium acephalum, sed integra jurisdictio censetur concessa Abbati, maximè quando agitur de exemptione nativa & plenaria, juxta doctrinam Fagnan. *in cap. nullus, num. 16. de Paroch.* & optimè probat Pasqualig. in observat. ad Franch. *controver. inter Episc. & Regular. par. 2. quæst. 1. num. 4. fol.* 450. Si verò Abbati sit concessa facultas

tas judicandi, dicuntur concessa etiam ea quæ sunt consecutiva Jurisdictionis Ordinariæ, nempè jus mulctandi & excommunicandi, ac cætera omnia quæ competunt veris Episcopis, *l.* 1. §. *ult. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisd. & l. fin. ff. eod. l. aliud*, §. *ult. de Judic. cap. Odoardus, de solut.* ibique Abb. *sub num.* 1. *&* 2. Fagnan. *in cap. licet, num.* 22. *vers. nam ipsi, de Pœn.* Tamburin. *de Jure Abbat. disput.* 1. *quæsito* 2. *num.* 4. Potestas autem congregandi Synodum & Concilium, est maximum argumentum Episcopalis Dignitatis, cùm illa competat solùm habentibus Territorium & Clerum ac Populum sibi plenè tributum, ut probat text. *in cap. conquerente, de offic. Judic. ordin.* Fagnan. *in cap. quanto, num.* 50. *eod. tit.* Oliva *de For. Eccles. par.* 3. *quæst.* 15. *num.* 31. Bellett. *disquis. Cleric. de Jurisdict. Abbat. S. Michaelis de Clusa*, §. *unic. num.* 9. Barbosa *ad Trident. sess.* 24. *cap.* 2. *num.* 2. *de reform.* aliique citati à *Rota in d. Nullius seu Fulden. Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. sub numer.* 26. 29. *&* 30.

1700. 28. Jun. —— Si Abbas habeat privilegium sedendi & suffragium decisivum ferendi in Conciliis Episcoporum, clarissimè exindè resultat, quod habeat Iurisdictionem quasi Episcopalem, Tamburin. *de Jure Abbat. disput.* 3. *quæsito* 4. *num.* 3. *in fin. tom.* 1. *fol.* 21. P. Christian. Lup. *in Dissert. ad Rhemen. Synod. tom.* 3. *fol.* 477. Cardin. Jacobat. *de Concil. tract. magn. tom.* 13. *par.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. *& trib. seqq.* Alvarez. *in Specul. Jur. Pontific. cap.* 51. §. 2. Azor. *Instit. moral. par.* 2. *lib.* 5. *de quart. Decalog. præcept. cap.* 11. *vers.* 5. *quæritur, lit. C.* & si Episcopus tentavit turbare Abbatem in sua Jurisdictione, & postea destitit, id comprobat, quod verè Abbati Jurisdictio competebat, Verall. *decis.* 337. *num.* 6. *& decis.* 684. *num.* 1. *par.* 1. *divers.* Tamburin. *de Jure Abbat. in fine* 3. *tom. decis.* 69. & ad probandum quod Abbatia sit libera, nec comprehendatur in Diœcesi Episcopi, plurimum confert, si eadem vacante Pontifex illi deputavit Administratorem cum 4125

ex-

expreſſione quod erat Nullius: Quod ſi Abbas ab Epiſcopo & ejus Officialibus fuit recognitus tanquàm Prælatus independens, id plenè probat Abbatem habere Territorium & Diœceſim propriam: Confeſſiones quoque emiſſæ ab Epiſcopo ſuper juriſdictione Abbatis, contra Epiſcopum optimè probant, & maximè ſi ſint judiciales, ex text. *in l. cum precum, C. de liber. cauſ.* Spad. *conſil.* 58. *num.* 11. *lib.* 1. Gratian. *deciſ. March.* 19. *num.* 21. & ex eis proſequitur *Rota in d. Nullius ſeu Fulden. Juriſdictionis coram* eodem, *ibid. ſub num.* 31. 35. 55. 59. & 65.

1700. 28. Jun. —— Si Epiſcopus egit contra Abbatem pro recuperandis dumtaxat aliquibus Locis ab iſto occupatis, id magis comprobat Abbatis Juriſdictionem; Quando igitur Abbatia eſt immediatè ſubjecta Sedi Apoſtolicæ, tunc ex facto aut confeſſione Abbatum illa non poteſt effici ſubdita alterius Epiſcopi; Enunciativæ autem, quod Abbatia ſit Nullius, quando ſunt plures & tum antiquæ tum modernæ, magis attenduntur, quàm aliæ pauciores ſuper ſubjectione: Quando verò Abbas ad Altaria conſecranda & Eccleſias dedicandas ſemper invitavit Epiſcopos ſibi benè viſos, ſignum evidens, quod Abbatia nulli Epiſcopo eſt ſubjecta: hoc enim Abbati non licuiſſet, ſi Abbatia in Diœceſi vel de aliqua Diœceſi fuiſſet, Lezan. *in Sum. qq. regul. verb. Abbatia, num.* 5. Bellett. *diſquiſ. Cleric.* §. *unic. num.* 10. & 11. & benè notavit Tomaſin. *de re benefic. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 4. *in fin.* ſed & Prælatus quicunque poteſt Territorium ſeparatum & Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem ſibi acquirere ex præſcriptione immemorabili, imo ex ſimplici quadragenaria cum titulo ſeu privilegio putativo, *cap. cum perſonæ* 7. §. *quod ſi tales, de privil. in* 6. Bellett. *loc. citat. ſub num.* 17. Roſa *de Reſiden. Epiſc. cap.* 4. *ſect.* 6. *num.* 446. *& ſeqq.* & ex eis proſequitur *Rota in d. Nullius ſeu Fulden. Juriſdictionis coram* eodem, *ſub num.* 70. 71. 74. & 84. 4136

1700. 28. Jun. —— In actibus Ordinem Epiſcopa- 4137

lem

lem requirentibus licèt Abbas seu Prælatus inferior usus fuerit opera illius Episcopi qui Jurisdictionem prætendit, id ei non officit, cùm esset in sua facultate adhibère quemcunque Episcopum sibi benè visum: Actus verò, qui fuerunt controversi & damnati tanquàm indebitè gesti, non prosunt Episcopo ad comprobandam Jurisdictionem, sed potius contra eum retorquentur: nec præsumptio Juris desumpta ex Canone *Omnes Basilicæ*, suffragatur Episcopo, quando Prælatus inferior est in actuali possessione exercendi Jurisdictionem quasi Episcopalem in omnibus Locis & Personis sui Territorii, seu Dictionis, Bellett. *disquis. Cleric. de Jurisdict. Abbat. S. Michaelis de Clusa*, §. *unic. num.* 24. dicta enim præsumptio non habet locum, quando non agitur inter Ordinarium & Inferiorem, sed inter duos Jurisdictione Episcopali pollentes, Cardin. de Luca *de Jurisdict. disc.* 1. *sub num.* 14. Rosa *de Residen. Episc. cap.* 4. *sect.* 6. *sub numer.* 234. & ex eis prosequitur *Rota in d. Nullius seu Fulden. Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. sub num.* 88. 90. 109. & 110.

1700. 25. Sept. —— Episcopus debet tueri Regulares contra violatores Immunitatis & Libertatis Ecclesiasticæ, prout declaravit & respondit *Congregatio dictæ Immunitatis Ecclesiasticæ in Casalen.* & antea *in Cremonen. anno* 1695. 20. *Aug.* ac etiam *in Regien. anno* 1694. 17. *Mar. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum ejusdem Congregationis*, *verbo* Episcopus quoad Regulares, *sub num.* 1. 4128

1701. 14. Jan. —— Omnibus & singulis utriusque Sexus Christifidelibus verò pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis hactenus erectis & in posterum erigendis tam Fratrum Minorum quàm Monialium respectivè existentium sub obedientia & jurisdictione pro tempore existentis Ministri Generalis Ordinis die quarta mensis Septembris in Festo S. Rosæ Virginis Viterbiensis devotè visitaverint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissio- 4129

missionem perpetuò concedit *Clemens XI. in Constitut. quæ incipit* Agni immaculati, *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 6. quoad Indulgentias, sub num. 22. pag. mihi* 78.

1701. 22. Jan. —— Liceat Patribus S. Columbæ Ordinis Minorum de Observantia Oppidi Monleani publicè adorandum exponere Sanctissimum EUCHARISTIÆ Sacramentum in eorum Ecclesia singulis diebus Festivis totius Anni, exceptis Quadragesimalibus & Dominicis, sed de licentia Archiepiscopi, cujus arbitrio etiam in reliquis, prout respondit *Congregatio Rituum in Firmana Sanctissimæ Eucharistiæ*, in qua propositum fuit Dubium à dictis Patribus S. Columbæ privativè quoad Patres Conventuales, cum quibus erat controversia, prout refert Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 24. quoad exemptionem ab Ordinarii Jurisdictione, sub num. 13. pag. mihi* 259. 413?

1701. 29. Jan —— Presbyteri Congregationis Sæcularis Clericorum Doctrinæ Christianæ cum simplici Perseverantiæ proposito in Alma Urbe institutæ & à Paulo Quinto confirmatæ, si Votum Perseverantiæ (quod ad præscriptum Constitutionum est eis liberum & arbitrarium) emiserint, non possunt amplius absque dispensatione Apostolica à dicta Congregatione egredi neque dimitti, prout declaravit atque respondit *Congregatio Concil. in Romana Voti Perseverantiæ, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in Appendice, pag. mihi* 480. *sub num. 6.* 413?

1701. 21. Febr. —— Exceptiones pro testimonio coram Judice ferendo non admittuntur, ut requiratur licentia Superioris Regularis, prout dixit *Rota in Tiburtina Immissionis coram* Pio, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 3. Honorii III. sub num. 13. pag. mihi* 404. 413?

1701. 7. Mar. —— Statuta, quæ disponunt, ut non admittantur ad Religionem hi, qui descendunt ex Infidelibns intra tertium vel quartum gradum, 413?

dum, sunt contra Jus, & servari non debent, nisi sint approbata à Sede Apostolica, ut dixit *Rota in Leodien. Canonicatus coram* Scotto, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in supplemen. ad 3. tom. pag. mihi* 141, *sub numer.* 154. ubi *num. præced.* dixerat, quod Filii Infidelium seu Hæreticorum, si conversi sint ad Fidem Catholicam, possunt recipi & admitti ad Professionem in Religione approbata absque ulla alia dispensatione, dummodò non obstet aliqua Constitutio Ordinis, in quo sint recipiendi, quæ sunt confirmata à Sede Apostolica, Navar. *consil. 26. sub num. 4. & 5. de Regular.* quem sequitur Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. tract. 3. de qualit. recipien. quæst. 24. sub num. 1. & seqq.* ubi plenè.

1701. 24. Mar. — A sententiis in Bulla Cœnæ Domini contentis nullus per alium quàm per Romanum Pontificem (nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita) absolvi possit, etiam prætextu quarumvis Facultatum, & Indultorum quibuscunque Personis etiam quorumvis Ordinum etiam Mendicantium ac Militiarum Regularibus, ipsisque Ordinibus & eorum Monasteriis ac Conventibus & Domibus per Summum Pontificem & Sedem Apostolicam ac cujusvis Concilii Decreto quomodolibet concessorum aut concedendorum: Quod si fortè Aliqui contra tenorem præsentium, talibus Excommunicatione & Anathemate laqueatis Absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos Excommunicationis sententia innodat, graviùs contra eos spiritualiter & temporaliter, prout expedire noverit, processurus Romanus Pontifex *Clemens XI. in Constitut. quæ incipit* Pastoralis, *& communiter dicitur* Bulla in Cœna Domini, *post* §. 20. *vers. Cæterùm, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 4. sub num. 36. pag. mihi* 40. 4134

1701. 9. Apr. — Regulares, qui è Claustris egrediun- 4135

diuntur & Monasteria relinquunt (retento vel demisso Habitu) prætextu nullitatis Professionis non audiuntur (quamvis ad Urbem accedant) super eadem prætensa nullitate ex quacunque causa, nisi prius redeant ad Claustra, prout resolvit & rescripsit *Congregatio Concil. in Giennen.* & antea *in Claramontana anno* 1692. 29. *Nov.* ac etiam *in Bononien. anno* 1689. 4. *Jun.* juxta dispositionem Concilii Tridentini *sess.* 25. *cap.* 19. *de Regular.* etiamsi egressi vellent transire ad aliam Religionem, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Provincia Betica anno* 1700. 30. *Apr.* imò & si tanquàm incorrigibiles servata forma Constitutionum Apostolicarum fuissent ejecti, prout censuit *Congregatio Concil. in Papien. anno* 1692. 15. *Mar. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag. mihi* 480. *sub num.* 2.

1701 15. Apr. —— Ubi agitur de Ecclesia existente intra fines alicujus Diœcesis materialiter, & carente Populo & Cura ac Territorio, si illa subdatur alicui Prælato verbis etiam amplissimis, quando talis Prælatus non habeat Territorium separatum, & ut ita dicam, Diœcesim propriam, dicta Ecclesia subjecta nullo modo potest dici in statu Nullius, non ratione sui, quia est in Territorio Episcopi nec habet ibi Populum & Clerum, nec ratione Prælati cui subditur, quia nec ipse habet proprium Territorium ac Diœcesim, ut dixit *Rota in Firmana Jurisdictionis super reservatis coram* Molines Decano, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *circa Constitut.* 6. *Alexandri III. sect.* 1. *sub num.* 8 *pag. mihi* 129. 415

1701. 15. Apr. —— Amplam Jurisdictionem activam inducere non possunt verba exemptiva directa in Ecclesias cum suis pertinentiis, ex quibus inducí valeat expressio confinium, & inducatur separatio Territorii, quia ista expressio inducit quidem, ut hujusmodi Ecclesiæ cum omnibus restrictu & adjacentibus sint penes Rectorem, cui datur Privi- 417

legium

legium ut eximatur ab Episcopo, ut scilicet dictus Rector habeat superioritatem in tali Districtu, nunquam tamen censetur concessa Jurisdictio in Populum & Animas Fidelium indistinctè ibi existentes, prout dixit *Rota in d. Firmana Jurisdictionis coram* eodem, *apud* eundem, *ibid. sub num.* 43. *pagin. mihi* 136.

1701. 15. Apr. —— Abbas prætendere non valet jus exercendi Episcopalem Jurisdictionem ad effectum visitandi, nisi doceat expressè de claro & litterali Privilegio Apostolico, vel de inconcussa consuetudine citra hominum memoriam, quæve fuerit canonizata per tres sententias omninò conformes, ex quo tunc eadem immemorabilis in defectu Privilegii expressi tribueret possibilitatem præsumpti, quemadmodum reassumptis traditionibus omnium Canonistarum, Sacrarum Congregationum resolutionibus, ac demum famigeratis Sacræ Rotæ decisionibus latè probat Pignatell. *consult.* 26. *num.* 18. *lib.* 2. Carol. Ant. de Luc. ad Gratian. *discept.* 221. *sub num.* 3. De Rosa *de residen. cap.* 4. *sect.* 6. *numer.* 497. Cardin. de Luc. *de Jurisdict. disc.* 9. *num.* 5. immemorabilis autem tollitur, dum observantia favet potius Episcopo docenti de quamplurimis actibus jurisdictionalibus gestis, qui improbabilem reddunt quamcunque consuetudinem favore Abbatis, exuberante in Jure ad illam intervertendam solo & simplici rumore in contrarium, per ea quæ tradit *decis.* 506. *num.* 10. *decis.* 310. *numer.* 9. *apud* Posth. *de manuten.* & ex eis dixit *Rota in Firmana Jurisdictionis super reservatis coram* Molines Decano, *apud* Joseph. de Prosper. *in Tract. de Territor. separ. decis.* 13. *sub num.* 5. *&* 6. *pag. mihi* 221. 4138

1701. 15. Apr. —— Ubi exemptio non egreditur limites & septa Monasterii, non comprehendit Populum, licèt Monasterio incumberet Cura Animarum, cum per simplicem exemptionem Ecclesiæ concessam, ipsa Ecclesia, & Monachi, vel Canonici, Clerici etiam, & Conversi, perpetuò- 4139

petuòque Oblati, non autem Ecclesiæ ejusdem Presbyter, qui Parochianorum curam habet quoad ea quæ ad Curam Animarum pertinent, neque ipsi Parochiani etiam intelligantur exempti, ut per hæc verba definitum legitur *in cap. per exemptionem, de Privil. in 6.* ubi omnes Canonistæ collecti per Fagnan. *in cap. cum Capella, num. 16. de Privileg.* & per Pignatell. *consultat. 26. ferè per tot. lib. 2.* quam Iuris dispositionem renovavit Sacrum Concilium Tridentinum *in cap. 11. sess. 25. de Regular.* Parochus autem Regularis uti Religiosus est exemptus ab Episcopo in iis quæ concernunt Disciplinam & Regulare Institutum, & tanquàm Parochus subiicitur Episcopo circa ea quæ spectant ad Curam Animarum & Sacramentorum administrationem, ut egregiè ponderavit Seraph. *decis. 1058. sub num. 4. 5. & 6.* & ex eo dixit *Rota in d. Firmana Jurisdictionis coram* eod. *ibid. sub num. 11. & 13.*

1701. 15. Apr. —— Episcopus vigore Concilii Tridentini *cap. 11. sess. 25. de Regular.* visitare potest Ecclesias Regulares, etsi in eis vigeat Regularis Observantia, quando in illis adest Cura Parochialis exercita à Religioso: imo Ecclesiæ Regulares, ubi cessavit Regularis Observantia & licèt sint membra Monasterii commendati, possunt visitari ab Episcopo, ex dicto Concilio *cap. 8. sess. 21. de Regular.* & tradunt Fagnan. *in cap. grave, num. 18. de offic. Ordin.* Ventrigl. *in Prax. annot. 24. §. unico, num. 7.* Visitationes autem expletæ ab Abbate dantes causam liti & Sede Episcopali vacante, non præjudicant Episcopo, *decis. 41. num. 10. & 13. par. 5. rec.* & factæ ab Episcopo habentes Juris assistentiam præferuntur aliis factis ab Abbate, Innoc. *in cap. auditis, sub num. 4.* Episcopus tamen non potest visitare Ecclesias, in quibus Prælatus inferior habet quasi Episcopalem Jurisdictionem cum Territorio separato, ut prosequitur *Rota in d. Firmana Jurisdictionis super reservatis coram* eodem, *ibid. à n. 30. ad 35.* 414

15. Apr.

1701. 15. Apr. —— Personæ Regulares & Sæculares exercentes Curam Animarum in Ecclesiis dismembratis, fiunt subditæ illi Episcopo, cui fuerunt applicatæ, Concil. Trid. *cap.* 11. *sess.* 25. *de Regular.* & tradunt Canonistæ collecti per Fagnan. *in cap. Nullus, de Paroch. à num.* 38. *ad* 43. Ecclesiæ autem de Mensa Abbatiali, & quæ reguntur à Regularibus, censeri debent tanquàm Regulares, nec visitari possunt ab Episcopo jure ordinario, quo tamen jure ordinario visitare potest Episcopus Ecclesias pertinentes ad collationem Abbatis, quia hujusmodi Jus simplicis collationis non inducit illarum exemptionem, ac per consequens non aufert Episcopo Jus visitandi, & omnia alia exercendi quæ sunt Jurisdictionis & Ordinis, ut tradit Lotther. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 5. & 14. atque eo ipso, quod sunt ad simplicem collationem Abbatis, præsupponendæ sunt Ecclesiæ Sæculares, idque confirmat observantia, si semper rectæ fuerint, & modò gubernentur per Presbyterum Sæcularem, juxta disposita *in cap. extirpanda, §. qui verò, de Præben.* & quatenus aliundè probarentur exemptæ, adhuc veluti Sæculares possent ab Episcopo visitari Jure Delegato, ex Concil. Trident. *sess.* 7. *cap.* 8. *de reform.* ut dixit *Rota in Firmana Jurisdictionis coram* Molines Decano, *apud* Joseph. de Prosper. *in Tract. de Territor. separ. decis.* 14. *sub num.* 2. 18. & 20. *pag. mihi* 228. 4141

1701. 19. Apr. —— Ob extractionem Regularis Rei Epistolæ infamatoriæ ab Ecclesia Conventus, in quo moratur, factam de ordine Provincialis ad correctionem, & ob id ad Domum Disciplinæ, & non ad Carceres formales translati, Provincialis & Fratres exequutores non incurrunt Excommunicationem, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Æsina, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Regularis delinquens, *sub num.* 2. & refert etiam Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 4. *quoad immunit. Eccles. & Monast. sub num.* 30. *pag. mihi* 38. 4142

1701. 19. Apr. —— Episcopus non incurrit Excommunicationem per hoc, quod fecerit carcerare Regularem prætensum Reum copulæ carnalis in proprio Conventu subjecto jurisdictioni ejusdem Episcopi uti comprehenso in Decreto *Ut in parvis* (de quo supra, 1654. 10. Febr.) emanato ab Innocentio Decimo, & ducere fecerit ad Carceres Episcopales, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in una Montis Alti, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Episcopus quoad Regulares, *sub num.* 9. 4143

1701. 23. Apr. —— Patres Ecclesiæ S. Agathæ Gothorum de Urbe non tenentur applicare Missam Conventualem pro Benefactoribus, prout in casu, de quo agebatur, respondit *Congregatio Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in supplem. ad* 1. *tom. pag. mihi* 37. *sub num.* 256. ubi tamen ait, quod hæc Resolutio non potest allegari (ut perperam nonnulli faciunt) pro Decreto, & Decisione generali amplectente omnes Ecclesias Collegiatas & Conventuales Regularium, quia etiam istæ de jure, prout aliæ Collegiatæ Sæculares, tenentur Missam Conventualem pro Benefactoribus applicare, ut optimè rationibus & auctoritatibus probat Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 3. *tract.* 7. *quæst.* 102. *sub numer.* 4. & iterùm *quæst.* 103. *per tot.* quidquid minus piè & minus solidè sentiant alii. 4144

1701. 29. Apr. —— Adeò consideratè est procedendum in interpretatione Privilegii activæ Jurisdictionis, ut si illius verborum acceptione exoriretur vel minimum absurdum, illud sufficit ad excludendum effectum separationis à Diœcesi: Quod si in materia Jurisdictionis concurrerent Actus hinc inde, manutenendus est Episcopus, quia Actus hujus conjunguntur cum assistentia Juris, & sic sunt in concursu præferendi iis, qui nituntur titulo Privilegii non claro, ut dixit *Rota in Leodien. Jurisdictionis coram* Priolo, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic.* partim *tom.* 1. *circa Constit.* 1. *Paschalis II. sect.* 1. 4145

sub

sub num. 41. *pag. mihi* 362. & partim *tom.* 2. *circa Constitut.* 6. *Alexandri III. sect.* 1. *sub numer.* 40. *pag. mihi* 136.

1701. 29. Apr. —— Cùm Abbatum & aliorum Prælatorum inferiorum Jurisdictio dependeat à Privilegiis & sit à Jure exorbitans, ac proinde non habeat causam universalem, censentur iidem tantum præscripsisse, aut pro eis inductam præsumptionem fuisse, quantum possederunt, prout dixit *Rota in Leodien. Jurisdictionis apud* eundem, *circa d. Constitut. Alexandri III. sub num.* 71. *pag. mihi* 144. 4146

1701. 24. Maii. —— Syndicus Conventus S. Francisci de Alvernia habitans in Civitate Æsina, non gaudet Privilegiis Syndicorum vigore Bullæ Clementis Septimi, prout declaravit, atque respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Æsina, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Syndicus, *sub num.* 7. 4147

1701. 10. Jun. —— Superior, qui debet vigore Constitutionum Substitutum eligere pro gubernio in casu absentiæ, non dicitur ad hunc effectum absens, si moretur in Domo Religionis posita inter duas dietas, ut declaravit atque rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Neapolitana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag. mihi* 442. *sub num.* 4. ubi etiam ait, quod Superior Regularis gerens actum inhibitum, quod fieri non potest, nec permissum est sine causa urgente vel necessaria, non creditur assertioni illius causam subesse, nisi aliundè probet, Anchar. *consil.* 150. *sub numer.* 8. Navar. *in Comment. de Spol. Cleric. super cap. non liceat* 12. *quæst.* 2. §. 2. *sub num.* 8. & iterum *consil.* 56. *de Regular. lib.* 3. *sub num.* 2. Tusch. *litt. A. conclus.* 535. *sub num.* 1. 4148

1701. 11. Jun. —— Sacerdotes exteri confluentes ad Ecclesias Fratrum, & celebrantes de Sanctis Ordinis servatis servandis possunt in Missis se uniformare cum Fratribus quoad *Credo*, & quoad numerum Orationum more duplicium: Diebus quoque Dominicis, quibus tam Fratres quàm exteri celebrant 4149

de Dominica, possunt exteri uti coloribus Paramentorum, quibus utuntur Fratres ratione alicujus Octavæ, & Fratres celebrantes in alienis Ecclesiis possunt uti coloribus juxta Ritum earundem, & tam exteri in Ecclesiis Fratrum, quàm Fratres in alienis possunt apponere commemorationem Octavæ occurrentis, servata Rubrica de duplici Oratione habenda in Dominicis infra Octavam: In Officio verò ad Hymnum *Iste Confessor* pro Sanctis Confessoribus, quoties eisdem fixa dies est assignata, quæ non est dies obitus, recitari non debet ℣. *Meruit beatas scandere sedes*, & eadem regula servanda est in Officiis de Confessoribus translatis, licèt Officium sit de die obitus, prout quærentibus PP. Tertii Ordinis S. Francisci respondit *Congregatio Rit. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 2. num. 34. pag. mihi* 70.

1701. 27. Jun. —— Si adsit Privilegium vel legitima Præscriptio Exemptionis, tunc Episcopus nequit habere Jurisdictionem, prout dixit & firmavit *Rota in Tarraconen. Jurisdictionis coram* Emerix Jun. *& antea in eadem anno* 1700 1e. *Maii coram* eodem; & habetur expressè *in cap. cùm dilectus, de Relig. Domib. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 1. circa Constitut. 1. Paschalis II. sect. 1. sub numer. 40. pag. mihi* 362. 4158

1701. 5. Jul. —— Censuræ declaratæ contra Laicum, eo quia, cùm fuisset citatus coram Judice Laico à Procuratore Regulari Conventus in Causa Hæreditatis per modum meræ reconventionis, citavit eundem Regularem in eadem Causa coram eodem Judice, non sustinentur, prout non sustinendas esse declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in una Montis Falisci, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Varii casus, in quibus Censuræ non sustinentur, *sub num.* 23. 4159

1701. 7. Jul. —— Per verba Litterarum Sacræ Congregationis pro perquisitione rerum in forma, & per verba in qualibet Ecclesia & Loco immuni (modò 4160

dò nulla fiat exceptio ſpecifica) comprehenduntur Eccleſiæ & Monaſteria Regularium utriuſque ſexus, prout cenſuit & reſcripſit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſtica in Ariminen. apud* d. Riccium *in ſuâ Synopſi Decretorum ejuſdem Congregationis, verbo* Litteræ Perquiſitionis & Extractionis, *ſub num.* 2.

1701. 30. Jul. —— Abſentibus Religioſis ex cauſa Prædicationis tempore Quadrageſimę & Adventus, Indulgentiæ conceſſæ cum certo numero Miſſarum, qui ob dictam cauſam adimpleri non poteſt, remanent ſuſpenſæ, non autem quando occaſione Feſtivitatum, vel Funerum, aut ſimilium dicti Religioſi à Superioribus ad celebrandum alibi tranſmittuntur, dummodò rarò contingat: nec remanent ſuſpenſæ dictæ Indulgentiæ, deficiente prædicto numero Miſſarum ob infirmitatem Sacerdotum tam Regularium quàm Sæcularium, prout declaravit & cenſuit *Congregatio Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *in Appendice, pag. mihi* 308. *ſub num.* 17. 4153

1701. 9. Aug. —— Syndicus Fratrum Minorum de Obſervantia ex Bulla Clementis Septimi non poteſt compelli ad exercenda munia publica Communitatis, prout in favorem Syndici Conventus Terræ Fabriani extracti ad hunc effectum ab illa Communitate, extrahi alium reſcripſit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſtica, quâ iterum propoſita cauſa, & inſtante Loci Gubernatore, ſtetit in deciſis ſub die* 19. *ejuſdem Menſis & Anni*: & hoc juxta præcedentem Reſolutionem editam anno 1669. 7. Januarii, in qua dictum fuit, quod Procurator & Syndicus dictorum Fratrum vigore dictæ Bullæ Clementinæ gaudet privilegio Fori tam in Cauſis civilibus quàm in criminalibus & mixtis: & inſuper non poteſt compelli ad exercenda munia publica Communitatis, neque à quoquam poteſt moleſtari, niſi coram legitimo Conſervatore, prout refert Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 22. *quoad Syndicos, ſub num.* 4. *pag. mihi* 159. 4154

1702. 16. Jan. —— Cùm quidquid acquirit Monachus acquirat Monaſterio, Tuſch. *litt. M. concluſ.* 315. 4155

& 316. ideo tanquam carens velle & nolle, nunquam declarando aut confitendo dicitur illi inferre præjudicium, Roderic. *quæst. regular.* 78. *art.* 1. *in fin. tom.* 2. Prætermisso autem formali examine, an Persona Regularis possit habere proprium peculium, eoque frui independenter à Superiore (quam quæstionem, omissis Moralistis latè inter Jurisconsultos examinant Fagnan. *in cap. Monachis de stat. Monach.* Capon. *discept. foren.* 278. *à num.* 28. *tom.* 4.) certum est, quod ubi in Livellis & aliis legatis relictis Monacho apposita fuit conditio, ne quidquam acquiratur Monasterio, hæc conditio non videtur adversari voto Paupertatis & Obedientiæ, nec tanquam illicita venit reijcienda, sed intelligenda modo compatibili respectu usus, qui conniventibus oculis Superioris permittitur Personis Regularibus, ad similitudinem Servi, cui ex permissione Domini concedebatur administratio peculii, ut ex doctrina Bartol. *in Authen. excipitur, num.* 2. *C. de bon. quæ liber.* tradunt communiter Abb. *consil.* 44. *per tot. lib.* 2. Card. de Luc. *de testam. disc. sub num.* 2. Franch. *decis.* 718 *per tot.* aliiq; citati à *Rota in Romana Pecuniaria coram* Molines Decano, *apud* Palmam Nepot. *decis. Luc. tom.* 4. *decis.* 381. *num.* 10. 11. 21. & 22.

1702. 17. Mar. —— Species Abbatum & Prælatorum Episcopis inferiorum, quæ inducit non solùm separationem Territorii, sed etiam Diœcesis, importat veram qualitatem Nullius, cùm Prælati in Nullius Diœcesi dicantur constituti, sed verè in propria, istique Prælati dicuntur habere quasi Episcopalem Jurisdictionem, ac reputantur Ordinarii in tali Territorio, totalemque obtinent Jurisdictionem: Verba tamen, quæ solent esse in Privilegiis Exemptionum Regularibus concessarum important quidem exemptionem passivam, non autem activam cum separatione Territorii à quacunque Diœcesi, & verba *suscipimus sub protectione Sedis Apostolicæ* important tantùm simplicem protectionem, *cap. si Papa, de Privileg. in* 6. imo verba *eximimus à jurisdictione* 4156

ne

ne cujuscunque etiam Episcoporum non important nisi puram passivam exemptionem, Fagnan. *in cap. cum Capella, num.* 11. *de Privileg.* Exemptiones verò, quæ solent concedi à Decimis & Primitiis, & Privilegia ea percipiendi à Populo, nec non Ordines suscipiendi à quocunque Catholico Episcopo, Altaria consecrandi & Oleum Sanctum recipiendi, necnon exemptio accedendi ad Synodum, important tantùm liberationem à dictis oneribus, ut dixit *Rota in Firmana Jurisdictionis super reservatis coram* Molines Decano, *apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom.* 2. *circa Constitut.* 6. *Alexandri III. sect.* 1. partim *sub num.* 5. *pag. mihi* 128. & partim *sub numer.* 42. *pag.* 136. ac partim *sub num.* 52. *pag.* 139.

1702. 18. Mar. —— Patres Dominicani possunt prohibère aliis Regularibus, ne in die Dominico infra Octavam Corporis CHRISTI peragant Processionem Sanctissimi SACRAMENTI: non tamen valent prohibere Processionem S. Antonii Patavini (quatenus dicto die occurreret) Patribus Conventualibus, dummodo fieret diversa hora, & data prælatione temporis Patribus Dominicanis de manè vel de Vespere, prout declaravit atque respondit *Congregatio Rituum in Aliphana*, & antea *in Placentina anno* 1701. 30. *Apr. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in supplemen. ad* 1. *tom. pag. mihi* 9. *sub n.* 79. & 80. 4157

1702. 20. Mar. —— Solutio census singulis annis facta Monasterio non importat aliquam Unionem, cùm potius solutio hujusmodi indicet meram subjectionem, *capit. omnis anima, in fin. de censib.* Abb. *in cap. caus. sub num.* 4. *de caus. possess. & propr.* subjectio autem non concludit Beneficium esse unitum aut de Mensa, Otthobon. *decis.* 179. *sub num.* 19. sicuti etiam subjectionem & non Unionem concludit Fundatio Ecclesiæ de licentia Prioris Monasterii, d. Otthobon. *decis.* 223. *sub num.* 15. Provisiones autem factæ Monachis de Ecclesia non concludunt Unionem subjectivam, quia non repugnat quod Regula- 4158

res ex Dispensatione Apostolica præficiantur Beneficiis Sæcularibus etiam non Curatis, ex latè traditis per Murga *de Benefic. quæst. 2. ex num. 262.* & ex eo dixit *Rota in Firmana Jurisdictionis super modo visitandi coram* Molines Decano, *apud* Joseph. de Prosper. *in Tract. de Territor. separ. decis. 17. sub num. 17. 18. & 19. pag. 254.*

1702. 13. Maii. —— Ab initio Ecclesiæ per quinque sæcula Monachos Episcopis fuisse subjectos commemorat, & hanc veritatem profitetur *Rota in Firmana Jurisdictionis coram* Molines, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 1. circa Constitut. 1. Paschalis II. sect. . sub num. 2. pag. mihi 353.* ubi *sub num. 5. ait, quod* post quintum sæculum Exemptio cæpit induci pro specialibus Monasteriis ab eisdem Episcopis, ut anno 509. S. Germanus Episcopus Parisiensis exemit Monasterium S. Vincentii Ordinis S. Benedicti, instante Rege Childeberto, ex Coppin. *de Jure Cœnobitar. lib. 1. titul. 2. sub num. 19.* 4159

1702. 19. Jun. —— Abbas Cistercii est Pater & Caput ac Superior generalis hujus pervetustæ Religionis, ad relata per Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 7. quæsito 1. num. 7.* nec non *disput. 12. quæsito 2. num. 1.* decet autem, Regulares militantes sub uno ejusdem Religionis vexillo, debere etiam unicum recognoscere Caput principale, licèt inter eos permixti sint Populi diversarum linguarum, habentes varios ritus & mores: dum alioquin data nonnullorum separatione & omnimoda independentia, sicut monstruosum esset in omni corpore politico videre Membra à suo Capite abscissa, ut ipsamet infallibilis Divina Veritas prævidens pravos effectus inde orituros dixerit per Lucam *in cap. 11. omne Regnum in se divisum desolabitur*; ita non absimilis monstruositas dignosceretur, quoties in uno & eodem mistico Corpore duo Capita admitterentur, ut exprobata tali monstruositate sancivit Innoc. III. *in Concilio Generali*, per ea quæ in puncto habentur *in cap. quoniam in plerisque 14. de offic. Judic. ordin.* nihil verò tam natura- 4160

turale est ac magis æquitati & fidei humanæ convenit, signanter inter Religiosos, quàm conventiones & pacta, quæ semel placuerunt, servari ac perpetuò custodiri, per text. *in cap. 1. & cap. fin. de pact. in 6. l. non minorem, C. de transact. l. juris gentium §. Prætor ait, ff. de pact.* & eò fortius Concordia validitatis robur accipit & executioni mandari debet, quoties 4159
illi accessit Confirmatio Apostolica & quidem in forma specifica, ac inserto integro illius tenore, juxta distinctionem, de qua relatis concordantibus tradit Card. de Luc. *de Regular. disc. 2. num. 8.* ex quo fit, ut illa non modò suos obliget Authores, sed etiam liget Successores, ex ratione quod de personali efficitur realis, & omnes proinde remanent ad observantiam adstricti, ut pluribus citatis Auctoribus dixit *Rota in Cabilonen. seu Ordinis Cistercien. Jurisdictionis coram* Molines Decano, *apud* Joseph. de Prof. per. *post tract. de Territor. separ. decis. 28. à num. 1. ad 7. pag. mihi 363.*

4160 1702. 19. Jun. —— Novæ Ordinationes in Religione non afficiunt, nisi factæ fuerint in Capitulo generali, & ideo eis tribuenda est talis interpretatio, 4161
ut excluſa remaneat quælibet contrarietas seu incompatibilitas cum Regulis & aliis Statutis fundamentalibus totius Ordinis & Capituli generalis, ad text. *in cap. inter dilectos, §. cæterum, de fide instrum.* Bart. *in l. fin. §. idem, num. 4. ff. de condit. indeb.* Pacion. *allegat. 182. sub num. 7.* Papa verò nunquam censetur derogare Concordiæ initæ inter Religiosos, per solam confirmationem cum ampliſſimis clauſulis derogatoriis, ex traditis punctualiter per Roman. *consil. 436. sub num. 14.* Soccin. *consil. 59. num. 9. lib. 1.* Pacion. *allegat. 195. sub num. 12.* Ridolph. *in Prax. par. 3. cap. 5. numer. 300.* Mohedan. *decis. 6. de Privileg.* Creſcen. *decis. 5. num. 1. eod. tit.* Capiti denique semper præservata dicitur Jurisdictio, quoties expreſsè aliter disposition non sit, ut in terminis Constitutionum confirmatarum à Sede Apostolica, relatis concordantibus, extat *decisio in Valentina Juris.*

risdictionis: & Ordo Cistercienſis nunquam dicitur comprehenſus in Litteris Apoſtolicis, niſi de eo fiat explicita mentio, *cap. cum ordinem 6. de reſcript* ibiq. Gonzal. Tell. *ſub num. 5. in fine*, cum aliis adductis per Manriq. *in Annalib. ipſius Ordinis, tom. 4. anno 1228. cap. 1. num. 5.* & ex eis proſequitur *Rota in d. Cabilonen. ſeu Ordinis Ciſtercien. Juriſdictionis coram* eodem, *ibid. ſub num.* 11. 12. 15. 17. & 18.

1702. 23. Jun. —— Si Regularium Privilegium eſt dubium, vel in eo contineantur verba non denotantia exemptionem plenariam, tunc manutentio debet dari Epiſcopo, etiamſi concurrant actus pro exemptis, niſi ſint longiſſimi temporis: Si verò concurrerent actus hinc inde, adhuc manutenendus eſt Epiſcopus, quia actus hujus conjunguntur cum aſſiſtentia Juris, & ſic ſunt in concurſu præferendi iis, qui nituntur titulo Privilegii non claro, prout dixit & firmavit *Rota in Nullius ſeu Urgellen. Primitiarum coram* Muto, *apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 1. circa Conſtitut. 1. Paſchalis II. ſect. 1. ſub num.* 41. 4163

1702. 21. Nov. —— Syndicus Fratrum Minorum de Obſervantia & ſimul Appaltator Ovorum in Loco Montis Falchi, quoad pertinentia ad Appaltum non gaudet privilegio Fori, prout declaravit & reſcripſit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſtica in Spoletana, apud* Riccium *in Synopſi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Syndicus, *ſub num.* 11. ¶ Vide ſupra 1656. 4. Apr. & 1701. 9. Aug. 4164

1702. 11. Dec. —— Monachi, ubi non agitur de eorum intereſſe principaliter, admittuntur ad probandum favore Conventus, Nell. *de Teſtibus, ſub num.* 22. Noguerol. *allegat.* 26. *ſub num.* 34. Farinacc. *de Teſtibus, quæſt.* 60. *ſub num.* 453. *& ſeqq.* Maſcard. *de Probat. concluſ.* 418. *ſub num.* 1. Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 2. titul. de Teſtibus, reſolut.* 4. *concluſ.* 2. *volum.* 1. Giurb. *de ſucceſſ. Feud.* §. 2. *gloſſ.* 13. *ſub num.* 74. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 106. *ſub num.* 5. *& ſeqq.* Afflict. *deciſ.* 400. *ſub numer.* 2. Reverter. *deciſ.* 177. *ſub*

sub numer. 2. aliique citati à *Rota in Tarraconen. Insignium coram* Muto, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *in Appendice, decis.* 46. *sub num.* 2. *pagin. mihi* 507.

1703. 16. Febr. —— Facultas data Abbati accipiendi Chrisma & Oleum Sanctum à quocunq; Antistite, utpotè reducibilis ad indigentiam & servitium Monachorum, non præfert activam exemptionem: Privilegia autem concessa Abbati sedendi inter Abbates, appellandi ad Sanctam Sedem, utendi Pontificalibus, & alia hujusmodi, stare possunt sine jurisdictione spirituali in Populum & Clerum, ad tradita per Cardin. Jacobat. *de Concil. lib.* 1. *artic.* 2. *pag.* 85. *col.* 2. Certi tamen Juris est, Jurisdictionem Episcopalem posse præscribi ab inferioribus Prælatis, *cap. Auditis, de præscript.* & doctè Floren. *in Dissertat. ad Decretal. in cap.* 3. *par.* 1 *fol.* 176. tam in parte, quàm etiam in totum, & cum qualitate Nullius, Abb. *in cap. cum contingat, num.* 11. *de Foro compet.* & latè Cokier. *de Jurisdict. & exempt. par.* 1. *quæst.* 6. Frances. *de Eccles. Cathedr. cap.* 30. *sub num.* 212. *&* 213. Tondut. *quæst. beneficial. par.* 1. *cap.* 60. *sub num.* 7. *& seqq.* & ad illam præscribendam sufficit quadragenaria cum titulo colorato, *cap. Persona, de Privileg. in* 6. Fagnan. *in cap. Nullus, num.* 18. *de Paroch.* Ursell. *conclus.* 1. *sub num.* 33. aliique citati à *Rota in Nullius seu Fulden. Jurisdictionis coram* Molines, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum.* 3. *decis.* 10. *de Jurisdict. sub num.* 21. 22. 27. *&* 28. *pagin. mihi* 59. 4165

1703. 16. Febr. —— Ex Brevibus Pontificiis declarantibus Abbatem Pastorem, & ex sententia lata Papali Commissione, in qua idem Abbas declaratur Ordinarius, negari non potest, quin resultet titulus aptus ad præscribendum: Breve enim Pontificium excitativum Jurisdictionis quasi Episcopalis, & in quo Abbatia nuncupatur Nullius, ac Abbati conceduntur ea quæ competere non solent nisi gaudentibus quasi Episcopali Jurisdictione, est plusquàm sufficiens 4166

ficiens ad inducendam juſtam credulitatem & putativum titulum: Quod ſi in Privilegio habeatur, *Nulli hominum tam Jure Parochiali quàm Jure Dominii, niſi Vobis & Monaſterio Veſtro reſpondeant*: vel etiam, *Capellanias ſine vinculo & dominio Epiſcopi ſive alicujus Perſonæ liberè ſemper habeatis*, iſta verba non important, niſi collationem Beneficiorum, ex quo tanquam à Jure inſtituendi in Beneficiis Jurispatronatus non elicitur ſeparatio Territorii vera, ut proſequitur *Rota in d. Nullius ſeu Fulden. Juriſdictionis coram* eodem, *ibid. ſub num.* 30. & 35. & quoad ultimam partem idem refert Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 2. *circa Conſtitut.* 6. *Alexandri III. ſect.* 1. *ſub num.* 51. *pag. mihi* 139.

1703. 26. Febr. —— Exemptio nativa in Prælato inferiori non eſt intelligenda, ut ſine aliquo Privilegio Sedis Apoſtolicæ illam Prælatus inferior obtinere potuiſſet in ipſo ortu ipſius Eccleſiæ, quia vel ſub aliqua Diœceſi conſtitutus dici debet, vel eodem contextu, ſi talis Diœceſis præventivè non adfuerit, conſtituta Diœceſis ſub ipſo Prælato inferiori, prævio Sedis Apoſtolicæ Indulto, ut dixit *Rota in Nullius ſeu Fulden. Juriſdictionis coram* Molines Decano, *apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 2. *circa Conſtitut.* 6. *Alexandri III. ſect.* 1. *ſub num.* 3. *pag. mihi* 135. ubi etiam ait, quod hoc eſt juxta Joan. Andr. aſſertorem Exemptionis nativæ *in additamen.* ad Speculat. *tit. de Privileg. verſ. & ſciendum ſit*, *hunc ſtatum nihil ſine Privilegiis prodeſſe*, & ita etiam Fagnan. *in cap. Nullus*, *numer.* 16. 4167

1703. 12. Mar. —— Collegiata Sæcularis præcedit Collegiatæ Regulari, prout ex Ceccoper. *in Lucubrationib. Canonic. lib.* 1. *ex numer.* 215. *ad num.* 225. & ex Pignatell. *Conſultat. Canonic.* 26. *ſub num.* 29. & 30. dixit & firmavit *Rota in Lucana Præeminentiarum coram* Molines Decano, *apud* Palma *deciſ. Rotæ Lucenſis tom.* 4. *deciſ.* 320. *ſub num.* 7. 4168

1703. 16. Mar. —— Parochi etiam Regulares utantur ſpecialiter in Concionibus Catechiſmo Roma- 4169

no,

no, Maximaſque utiles & Auditorum capacitati adæquatas ſimpliciter & clarè explicent, ut Populus libenter audiat, frequenter concurrat, & fructuosè diſcedat: Epiſcopi verò faciant, ut rigorosè obſervetur Decretum Innocentianum (de quo ſupra, 1682. 9. Oct.) circa Exercitia Spiritualia in quocunque Monaſterio Monialium etiam Regularibus ſubjectarum ſtatuto tempore facienda. *Clemens XI. in Littera Circulari pluribus in locis impreſſa, ad* Quintum, *& ad* Septimum.

1703. 23. Mar. —— Immiſſio in Bonis Fideicommiſſariis ex perſona Profeſſi non poteſt impediri ex eo quod adſit lis ſuper nullitate Profeſſionis, cùm ſolùm poſt declaratam nullitatem Bona reſtituenda ſint egreſſuro, & non aliis, prout dixit *Rota in Tiburtina Immiſſionis coram* Priolo, *apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 3. circa Conſtitut. 1. Clementis IV. ſect. 1. ſub num. 25. pag. mihi* 364. 4170

1703. 23. Mar. —— Si Renunciatio facienda à Novitiis non ſit facta juxta formam Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. cap. 16. de Regular.* actus eſt invalidus ad quoſcunque effectus, & ſuccedit Monaſterium ſi eſt capax, vel alii ſucceſſuri, cùm enim Concilium contineat Decretum irritans, inficit quemcunque titulum & poſſeſſionem, & reducit actum ad non actum, ut dixit *Rota in d. Tiburtina Immiſſionis coram* d. Priolo, *& antea in ead. anno* 1701. 21. *Febr. coram* eodem, *apud* d. Petra *in dd. Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 3. circa Conſtitut. 1. Clementis IV. ſect. 2. ſub num. 6. pag. mihi* 376. 4171

1703. 24. Mar. —— In vim generalis Indulti de Apoſtatis permittentis tranſitum ad laxiorem in qua Clauſtralis & Regularis Obſervantia vigeat, non ideo conceditur tranſitus ad Ordinem Canonicorum Regularium S. Antonii Viennenſis, ſed hujuſmodi tranſitus eſt nullus, & ſic translatus redeat ad ſuam primam Religionem infra menſem, ſub pœnis contentis in Indulto de Apoſtatis, ut declaravit & reſpondit *Congregatio Concil. in Cajetana Tranſitus, apud* Petra 4172

Petra *in Commentariis ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 8. Eugenii IV. sub num. 26. pag. mihi* 512. & refert etiam *Monacel. in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 4. Excommunic. 4. sub num. 5. pag. mihi* 254. & iterum *par. 4. in supplemen. ad 2. tom. sub numer.* 455. *pag.* 110.

1703. 12. Apr. —— Episcopo Ordinis Fratrum Reformatorum S. Francisci conceditur facultas disponendi de Bonis intuitu suæ personæ acquisitis in quoscunque usus pios convertendis, & etiam ad favorem Consanguineorum & Affinium, si Sanctissimo placuerit, prout concedit & facultatem indulget *Congregatio particularis in Ajacen. Dispensationis apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 11. Clementis IV. sub num. 44. pag. mihi* 445. 417

1703. 26. Maii. —— Provincialis Fratrum S. Joannis de DEO, qui extrahi fecerat à Domo Ecclesiæ Parochialis Religiosum Sacerdotem suî Ordinis, attenta reintegratione Ecclesiæ, & prævia obligatione de se abstinendo à similibus, absolvitur privatim ab Episcopo, prout hujusmodi absolutionem committit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Mediolanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Regularis delinquens, *sub num. 37.* 417

1703. 12. Jun. —— Ad Locorum Ordinarios privativè spectat recognitio Brevium Indulgentiarum, quæ de novo conceduntur per Papam: nec aliquis sine eorum licentia vel auctoritate potest illa publicare, non obstante quacumque exemptione & prætensa consuetudine in contrarium, & etiamsi pro Regularium Ecclesiis concedantur, prout declaravit *Congregatio Immunitatis Ecclesiast. in Firmana*, & antea censuit *Congregatio Concil. super cap. 9. sess. 21. de Reform.* & ita tenent Leo *in Thesaur For. Eccles. par. 4. cap. 2. de Confratern. sub num.* 118. Gallemart. *supra d. cap. 9. num. 4.* & iterum *cap. 5. sess. 22. sub num. 3. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. titul. 16. formul. 6. sub num. 8. pag. mihi* 332. 417

16. Jun.

1703. 16. Jun. —— Priores, Guardiani, & cæteri Superiores parvorũ Conventuum tenentur accedere ad Synodum Diæcesanam, quatenus vocati fuerint ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, à quo non intervenientes possunt suo arbitrio mulctari, excepta mulcta pecuniaria, prout censuit & respondit *Congregatio Concil. in Pientina*: Conventus tamen, qui non fuerunt suppressi, & in quibus adest numerus sex Religiosorum, non comprehenduntur sub hac obligatione, prout declaravit *eadem Congregatio in d. Pientina sub die* 15. *Sept. ejusd. anni* 1703. *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in supplem. ad* 3. *tom. pag. mihi* 141. *sub num.* 156. 4176

1703. 22. Jun. —— Si Papa aliquod Monasterium divisum à Corpore Religionis exemptæ & per se stans univerit & incorporaverit toti Religioni, dictum Monasterium per eandem Unionem obtinet exemptionem, & actus possessorii Episcopi antecedentes non suffragantur post superventum statum exemptionis per dictam Unionem, prout dixit & firmavit *Rota in Uratislavien. Manutentionis coram* Lancetta, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 1. *circa Constitut.* 1. *Paschalis II. sect.* 1. *sub num.* 50. *pag. mihi* 365. 4177

1703. 22. Jun. —— In Monasteriis exemptis & immediatè Sedi Apostolicæ subjectis non tenentur Abbates promittere Obedientiam Episcopis: neque Episcopo competit jus interessendi vel per se vel per suos Commissarios electioni Abbatis, ideoque hujusmodi electio facta absque interventu Episcopi vel ejus Commissariorum substinetur, prout comprobata resolutione Sacræ Congregationis Concilii (de qua supra, 1697. 4. Maii) dixit & firmavit *Rota in d. Uratislavien. Manutentionis coram* eodem, *apud* d. Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 1. *circa Constitut.* 2. *Eugenii III. sect.* 1. *sub numer.* 56. *pag. mihi* 548. 4178

1703. 22. Jun. —— Tam quoad extrajudicialem processum contra occupatores Bonorum Ecclesiasticorum, 4179

rum, quàm quoad judicialem cognitionem in Causis, hoc procedit nedum respectu Episcoporum, sed etiam quorumcunque habentium ordinariam jurisdictionem excommunicandi, uti sunt Prælati inferiores & Abbates ac alii, prout dixit & firmavit *Rota in Gerunden. Jurisdictionis super exhibitione coram* Kaunitz, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 1. *circa Constitut.* 1. *Leonis IX. sect.* 2. *sub num.* 165. *pag. mihi* 194.

1703. 22. Sept. —— Ad facultatem consecrandi & benedicendi Abbati Fuldensi suffragatur communicatio Privilegiorum & consuetudo in Locis propriæ Jurisdictionis: Vicario tamen Generali delegari non potuit nec potest tam Benedictio Paramentorum quàm Consecratio Campanarum & aliarum rerum quibus Unctio Sacri Chrismatis intervenit, & Consecrationes vel Benedictiones hactenus à dicto Vicario Generali factæ sunt reiterandæ, quatenus hoc fieri possit sine scandalo, præterquàm quoad Vasa Sacra jam adhibita, prout declaravit & respondit *Congregatio Rit. in Nullius seu Fulden. concessionis Indulti, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 3. *circa Constitut.* 2. *Benedicti XI. sub numer.* 18. *pag. mihi* 564. & refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in supplemen. ad* 3. *tom. pag. mihi* 134. *sub num.* 119. 418

1703. 17. Nov. —— Episcopus visitando Ecclesias exemptas jure delegato Concilii Tridentini *in cap.* 8. *sess.* 7. *ac in cap.* 9. *sess.* 24. tenetur declarare, se id facere tanquam Sedis Apostolicæ Delegatum, prout ita faciendum esse recenter respondit *Congregatio Concil. in Mileten.* juxta plures præcedentes Resolutiones, de quibus testatur Fagnan. *in cap. quoniam, numer.* 35. *de offic. deleg. & in cap. nullus, num.* 32. *de Paroch.* apud Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *titul.* 3. *formul.* 7. *sub num.* 6. *pag. mihi* 233. ubi ait, quod sicuti in hoc casu debet se Episcopus sic continere, ita etiam quando Regulares & exemptos compellit ad interessendum Processionibus publicis, ex Cardin. de Luca 419

Luca *in miscell. discurs.* 15. *sub numer.* 3.

1703. 15. Dec. —— Jura, quæ ad Parochos sæculares pertinent, Regularibus quoque competunt, quando in Ecclesiis Parochialibus Monasteriis unitis ad exercendam Curam Animarum deputantur, prout deputari, nominari, præsentari, & admitti in illis posse pluries resolvit & novissimè respondit *Congregatio Concil. in Placentina*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *titul.* 13. *formul.* 1. *sub num.* 87. *pag. mihi* 30. 4182

1703. 15. Dec. —— In Oratoriis privatis, quæ per Sanctam Sedem concessa fuerint, non licet Regularibus cujusvis Ordinis, aut Instituti, seu Congregationis, etiam Societatis JESU, aut etiam cujuscunque Ordinis Militaris, etiam S. Joannis Hierosolymitani, aut aliis quibuscunque Sacerdotibus, etiamsi essent Episcopi, in iis celebrare in diebus Paschatis Sanctissimæ Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis Domini Nostri JESU CHRISTI, aliisque Anni Festis solemnioribus, ac diebus in Indulto exceptis: In reliquis verò diebus, prædictis Regularibus seu Sacerdotibus quibuscunque, etiam Episcopis, in præfatis Oratoriis celebrare non licet, ubi etiam unica Missa, quæ in Indulto conceditur, celebrata fuerit, super quo celebraturus teneatur diligenter inquirere & de eo se optimè informare: atque illa etiam in casibus permissis celebrari nequeat post meridiem, alioquin in omnibus hujusmodi casibus Personæ quæcunque dictas Missas audientes nullatenus Ecclesiæ præcepto satisfaciant, prout declaravit & servari mandavit *Clemens XI. in Decreto*, *quod incipit* Quoniam Sancta, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *pag. mihi* 72. & refert etiam Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *circa Constitut.* 8. *Honorii III. sect. unic. sub num.* 66. *pag. mihi* 501. 4183

1703. 15. Dec. —— Quoad Altare Portatile, licentiæ seu Privilegia concessa nonnullis Regularibus *in cap. in hos*, *de Privileg.* & per aliquos Summos Pontifi- 4184

tifices Regularibus communicata, utendi dicto Altari Portatili, in eoque celebrandi absque Ordinariorum licentia in Locis in quibus degunt, omninò revocata sunt per Sacrum Concilium Tridentinum, & propterea iidem Regulares prohibendi sunt, ne illis utantur, ac mandandum, prout præsentis Decreti tenore mandatur Episcopis, aliisque Ordinariis locorum, ut contra quoscunque contravenientes, quamvis Regulares, procedant, etiam tanquàm Sedis Apostolicæ Delegati, ad pœnas præscriptas per idem Sacrum Concilium Tridentinum in Decreto *sess. 22. cap. unic.* usque ad Censuras latæ sententiæ, tributa etiam eisdem facultate per hoc Decretum ita procedendi, perinde ac si per Sanctam Sedem specialiter concessa fuisset: & ita declaravit & servari mandavit *Clemens XI. in dicto Decreto, apud* eosdem, *ibidem*.

1704. 12. Jan. —— Regulares non possunt, nec debent in propriis Ecclesiis Mulieres post Partum benedicere, & ad purificationem admittere, ut declaravit *Congregatio Rit. in Urbis & Orbis Jurium Parochialium*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in supplemen. ad primum tomum*, *num.* 183. *pag. mihi* 23. *ubi etiam quod* cùm sit res, quæ pertinet ad purum ritum, huic declarationi standum est, & magni facienda, ut dixit *Rota in Placentina Cathedralitatis* 1704. 22. *Jun. §. ult. coram* Molines. 4185

1704. 15. Mar. —— Cadavera Impuberum non debent ex aliqua speciali consuetudine sepeliri in Sepultura designata existente in Ecclesia Parochiali, sed licitum est Parentibus tam ante quàm post mortem illorum pro eis Sepulturam eligere, eaque tumulari facere in proprio Sepulchro Majorum in Ecclesia Regularium existente: Ad dictum autem Sepulchrum Majorum deferri possunt eadem Cadavera absque associatione Parochorum & Cleri Sæcularis post eorum monitionem ad interveniendum Funeri, & reclamantium: Parochis verò intervenientibus sive associatis sive non ab aliis Concanonicis 4186

ejusdem

ejusdem Parochiæ, non debet distribui Candela major illa, quæ datur Superiori Regulari associato ab aliis Fratribus, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Novarien. Funerum*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. formul. 1. sub num. 92. pag. mihi 32.*

1704. 15. Mar. —— Dicta Cadavera deferri valent ad Ecclesiam in quacunque hora diei, non autem de nocte, nisi de licentia Ordinarii: nec Parochi sub aliqua & quacunque prætensione possunt differre vel impedire, ne tempore debito Cadavera ad sepeliendum deferantur: Parochis autem impedientibus, licitum sit hæredi post expectatum triduum à morte Defuncti ducere Funus (non tamen de nocte) ad Ecclesiam, in qua Cadaver est sepeliendum: nec dicti Parochi cogere possunt Hæredes ad peragendum in Ecclesia Parochiali omnes Functiones Missæ solemnis accensis luminibus in singulis Altaribus, Anniversariorum, quæ fiunt in Ecclesia Regularium occasione Funerum: Nequeunt quoque iidem Parochi cogere eosdem Hæredes, ut celebrare faciant Missas pro Defuncto singulis Sacerdotibus Sæcularibus Funus associantibus: nec denique in prætensa associatione Cadaverum sunt per Hæredem Defuncti in æquali numero convocandi tot Sacerdotes Sæculares, quot convocantur Regulares, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in d. Novarien. apud* eundem, *ibidem*. 4187

1704. 1. Apr. —— Ministri Inquisitoris Sancti Officii, qui de ejus mandato in causa homicidii Patris Vicarii Inquisitionis patrati à quodam Religioso, fecerunt recognitionem Cadaveris in loco immuni, & deinde extraxerunt dictum Homicidam à Conventu suæ Religionis, & ad Carceres Sancti Officii adduxerunt, ex utroque capite Censuras contraxerunt, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Cremonen. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis*, *verbo* Inquisitor S. Officii. 4188

1704. 10. Apr. —— Prior Cruciferorum est tantùm assumptus, & potest removeri per Superiorem Cellitarum, prout dixit *Rota in Colonien. Jurisdictionis coram* Priolo, *apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom.* 1. *circa Constitut.* 2. *Eugenii III. sect. unic. sub num.* 90. *pag. mihi* 556. 4189

1704. 17. Maii. —— Clausuræ Monialium custodia principaliter Episcopo commissa reperitur, neque alteri jus competit dandi licentias ingressus privativè, non obstante Privilegio sive Consuetudine contraria, ut nuper declaravit & rescripsit *Congregatio Concil. in Bononien.* juxta dispositionem Concilii Tridentini, & Summorum Pontificum Pii Quinti ac Gregorii Decimiquinti, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *titul.* 15. *formul.* 14. *Edicti prohibitionis accessus ad Monasteria Monialium, sub numer.* 14. *pag. mihi* 260. 4190

1704. 4. Jun. —— Cùm Professus omnia jura etiam competitiva transferat in Monasterium, Abb. *in cap. in præsentia, sub num.* 76. Butr. *sub num.* 28. Berous *sub num.* 556. *de probat.* si aliquid debeat impleri, per ipsum Monachum fieri potest, cùm in persona Monachi tale jus Monasterii fundetur, prout dixit & firmavit *Rota in Romana Fideicommissi de Grifonibus coram* Omanna, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 3. *circa Constitut.* 1. *Clementis IV. sect.* 1. *sub num.* 27. *pag. mihi* 364. 4191

1704. 14. Jun. —— Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia vivere debent ex ostiaria quotidiana quæstuatione, ita ut si fiat eorum favore legatum pro annua præstatione per modum eleemosynæ recipienda non debeatur, prout non deberi, sed servanda esse Decreta Fabricæ S. Petri censuit & rescripsit *Congregatio Concil. in Salernitana eleemosynarum seu legatorum, apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *circa Constitut.* 4. *Honorii III. sect.* 4. *sub num.* 4. *pag. mihi* 457. ubi extendit dicta Venerabilis Fabricæ Decreta edita anno 1633. 14. Febr. & etiam relata à Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. 4192

tom. 3. *disput.* 11. *quæsito* 1. *sub num.* 9. *pag.* 201. & meminit Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 9. *quoad Legata, pag* 117. *sub num.* 11. ex Fagnan. *in cap. nulli, de reb. Eccles. non alien. à num.* 61. & ex Panimol. *decis.* 60. *adnotat.* 3. *sub num.* 19. ¶ Dictam Sacræ Congregationis Concilii resolutionem emanatam in Salernitana eleemosynarum seu legatorum refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in Supplemen. ad* 1. *tom. pag. mihi* 16. *sub num.* 134.

4189

4190

1704. 28. Jun. —— Furni intra Claustra Regularium pro eorum tantùm usu inservientes, non possunt à Laicis impediri, ne ædificentur, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Baren. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Furnus, *sub num.* 19. 4193

1704. 4. Jul. —— Pro decernenda Prioris Regularis remotione non requiruntur gravissimæ causæ requisitæ à Jure pro Beneficiati Sæcularis privatione, sed longè minores & leviores sufficiunt, ubi præsertim non criminaliter pro depositione ab ordine, sed civiliter pro amotione proceditur, ut sunt textus expressi *in cap. Monachi, in fin. de stat. Monach. & in cap. Per tuas* 32. *circa fin.* ibique Gloss. *in verb. leviores, de Simon.* Fagnan. *in cap. ad Monasterium, n.* 25. *de stat. Monach.* ideoque Prioratus sunt tantùm Officia, non autem Dignitates, aliàs enim non posset intrare privatio, nisi probato concludenter delicto, & quidem tali, pro quo pœna privationis esset à Jure imposita, ut tradunt Cardin. de Luca *de Benefic. disc.* 75. *sub num.* 12. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 15. *sub num.* 136. scandalosa igitur Prioris Regularis cum Mulieribus conversatio præbet locum privationi & amotioni, prout dixit & firmavit *Rota in Colonien. Prioratus coram* Scotto, *in additamen. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. volum.* 4. *decis.* 6. *de Beneficiis, sub numer.* 2. 3. 5. & 8. *pagin. mihi* 11. 4194

4191

4192

1704. 9. Aug. —— Tertiarii, & Tertiariæ gaudent exemptione à Gabellis, quatenus concurrant requi- 4195

sita, de quibus supra 1616. 20. Decembris, & 1628. 10. Aprilis, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Militen.* & antea *in Tudertina anno* 1627. 4. *Aug. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Tertiarii, *sub numero* 1. & ex eo refert Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 15. *Martini V. sub num.* 14. *pag. mihi* 475.

1704. 19. Aug. — Domus Monasterii TRINITATIS Hispanorum eidem Ecclesiæ contiguæ non gaudent immunitate: & idem statuitur circa Domos positas propè Ecclesiam S. Joannis Hierosolymitani, prout statuit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ, in Neapolitana, apud* Riccium *in Synopsi Decretorum dictæ Congregationis, verbo* Loca declarata non immunia, *sub num.* 9. & 10. 419

1704. 30. Aug. — Collegium Germanicum, & Hungaricum Urbis, ac Patres Regulares Ordinis S. Augustini tenentur solvere Decimas Archipresbytero, & Capitulo Collegiatæ Corinalti, quæ à Laicis solvebantur priusquàm Bona in ipsius Collegii, & dictorum Patrum Regularium proprietatem titulo Exemptionis fuissent translata, & hoc juxta consuetudinem loci, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Senogallien. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *circa Constitut.* 6. *Honorii III. sub num.* 95. *pag. mihi* 484. & refert etiam Monacell. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *titul.* 14. *formul.* 1. *Edicti monitorialis contra occupantes Bona & Jura Ecclesiarum, sub num.* 10. *pag.* 160. 419

1704. 20. Nov. — Nonnulla Responsa, quæ ad Quæsita sub septem Articulis contenta in Causa Rituum Sinensium data fuerunt à Sacra Congregatione Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis, confirmantur & approbantur: illaque Domino Carolo Thomæ de Tournon Patriarchæ Antiocheno Commissario & Visitatori Apostolico in Sinarum & aliis Indiarum Orientalium Regnis transmitti mandatur, unà cum congrua & opportuna instructione desuper facien. 419

facienda, ad hoc, ut tam ipse quàm reliqui Archiepiscopi & Episcopi, seu alii, qui in illis partibus Visitatoris & Delegati, seu Vicarii Apostolici munus exercent vel in posterum exercebunt, Responsa hujusmodi ab omnibus & singulis nunc pro tempore ibidem existentibus Missionariis cujuscumque Ordinis & Religionis ac Instituti etiam Societatis JESU, nec non ab universis Christifidelibus earundem partium, sub pœnis canonicis, ea, qua decet, obedientia observari curent & faciant: suspensa tamen interea, justis & rationabilibus ex causis animum Sanctitatis Suæ moventibus, eorundem Responsorum publicatione, seu quavis evulgatione tam in Urbe, quàm in aliis Europæ partibus: in contrarium facientibus non obstantibus. *Clemens XI. in Congregat. Sanct. Inquisit.* ex Libello Romæ & pluribus in locis impresso. ¶ Vide infra 1710. 25. Sept. & 1715. 19. Mart.

1705. 12. Jan. —— Concordia seu Bipartita facta inter Religiosos tunc substineri potest, quando quatuor requisita copulativè concurrunt, nempè justa causa, consensus omnium Nationum, authoritas Capituli generalis, & Beneplacitum Sedis Apostolicæ, ut conveniunt omnes super materia scribentes, inter quos Passerin. *de elect. cap. 2. num. 60. & 61.* Raggius *de regim. Regular. dub. 26. concl. 2.* A Spiritu Sancto *in Director. Regular. tract. 5. disput. 2. sect. 5. num. 95.* Causa justa concurrere debet in divisione Provinciarum Regularium: Beneplacitum autem obreptitium seu subreptitium nullius est roboris, quamvis impetratum à Sede Apostolica, & Definitorium caret facultate faciendi divisiones Provinciarum ad Capitulum generale spectantes, ut ajunt Pagnan. *in cap. cum dilectus, num. 33. de Consuet.* Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. tit. de elect. quæst. 32. num. 3.* nec potest statuere id, quod fuit impugnatum in Capitulo generali, ad reg. text. *in cap. cum inferior. de major. & obed.* Consensus verò omnium Nationum concurrere debet pro aliquo stabiliendo in Capitulo generali, quia 4199

actus, qui omnes tangit, ab omnibus approbari debet, ut docuit Gloss. *in cap. cum omnes, in verb. constitutum, de Constit.* ubi Innoc. *sub num.* 3. Bald. *sub numer.* 16. Abbas *sub num.* 5. Fagnan. *sub num.* 8. Barbosa *sub num.* 5. aliique citati à *Rota in Castellana validitatis Concordiæ seu Bipartitæ coram* Molines Decano, *apud* Joseph. de Prosper. *post Tract. de Territor. separ. decis.* 27. *à num.* 2. *ad* 8. *pag. mihi* 356.

1705. 12. Jan. —— Status Religionis non semper remanet eo modo, sed habet suas vicissitudines, quibus status humanus subjacet, ut ait text. *in* §. *quia verò hactenus, Auth. de nupt.* & in §. *ut autem lex, Auth. de non alien. reb. Eccles.* & optimè Hostien. *in cap. tuanos, de consang. & affinit.* ubi verò finis consideratus non attenditur, rescinditur Concordia inter Regulares: Placitum autem super divisione dependet ab omnibus Nationibus, & non à singularibus Religiosis, Surd. *consil.* 28. *sub num.* 105. Adden. ad Burat. *decis.* 275. *à litt. A.* Rocc. *disput. Jur. cap.* 86. *num.* 3. Capitulum denique generale repræsentat totam Religionem: & Papa non præsumitur velle inæqualitatem inter Religiosos, ut prosequitur *Rota in d. Castellana validitatis Concordiæ, seu Bipartitæ coram* eodem *ibid. sub num.* 11. 12. 20. 31. & 32. 4200

1705. 7 Febr. —— Substinendum Decretum Episcopi Visitatoris, quod Patres Ordinis Beatæ MARIÆ Virginis Servorum debeant deputare Sacerdotem Sæcularem in Parochia unita eorum Monasterio, qui resideat in illa, stante abusu quod Regularis dicti Conventus accedit ad Parochiam pernoctans in Monasterio Sacramenta administraturus, prout substinendum esse declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Rhegen. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 1. *circa Constitut.* 1. *Anastasii IV. sect.* 1. *sub num.* 45. *pag. mihi* 15. 4201

1705. 27. Apr. —— Qualitas Nullius non arguitur, si quis intervenire soleat in Concilio Provinciali, & habeat usum Pontificalium, aliasque speciales prærogativas, quia hæc provenire possent ex peculiari 4202

Pri-

Privilegio : licèt enim eadem competant Abbati Nullius, nihilominus possunt etiam ex Privilegio aliis Prælatis inferioribus concedi ob honorem Ecclesiarum : Sufficit tamen præscriptio quadragenaria cum titulo colorato ad hoc, ut possit à Prælato inferiori acquiri Jurisdictio in certa parte Diœcesis, privando Episcopum tota Jurisdictione, & sic constituere Territorium separatum, ut magistraliter dixit *Rota in Nullius seu Fulden. Jurisdictionis coram* Molines Decano, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constitut. 6. Alexandri III. sect. 1. sub num. 54. & 65. pag. mihi* 140. & 143. ubi ait, quod hoc est etiam de mente Sacræ Congregationis Concilii, & juxta Abbat. *in cap. 1. sub num.* 10. Fagnan. *in cap. Nullus, sub num.* 28. aliosque quamplures ibidem citatos.

4200

1705. 27. Apr. —— Verba quæ important exemptionem activam cum separatione Territorii debent esse ita prægnantia, ut nullam dubitationem admittere possint, puta, si solvatur Territorium Episcopi, & fuerit concessa Abbati, seu Prælato inferiori omnimoda & ordinaria Jurisdictio in Ecclesias, & ejus membra cum assignatione Confinium, in quibus adsit Populus & Cura, ita ut dictum Territorii non sit amplius in Diœcesi, neque de Diœcesi Episcopi, prout dixit & firmavit *Rota in Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis super bono jure coram* Tremoille, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. circa Constit. 6. Alexandri III. sect. 1. sub num. 46. pag. mihi* 137. & est juxta Canonistas relatos per Cocchier. *de Jurisdict. in exempt. tom. 1. part. 1. quæst. 9. sub num.* 1.

4202

4201

1705. 27. Apr. —— Privilegium habendi Concilium seu Synodum est sanè omnium efficax & fortissimum ad evincendam Prælati inferioris Jurisdictionem quasi Episcopalem : Jus enim convocandi Synodum de necessitate supponit Populum, Clericos, & alias Personas Ecclesiasticas subditas ei, cui tale Jus competit & tribuitur : alioquin repugnat omni Juri, quod

4203

4202

quod Prælatus more Episcopi convocare valeat Synodum Diœcesanam in alieno Territorio, & leges indicere, ac reformare mores Cleri alienæ & non suę Jurisdictioni suppositi, ut dixit *Rota in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis coram* Molines Decano, *apud* Joseph. de Prosper. *post tract. de Territor. separ. decis. 23. sub num. 5. pag. mihi 293.*

1705. 27. Apr. —— Confessio Episcoporum multùm deservit Prælato inferiori pro Jurisdictione cum Territorio separato & Nullius, ad text. *in l. cum precum, C. de lib. caus.* Spad. *consil. 58. num. 11. lib. 1.* Historici verò probant Territorium separatum, si loquantur de aliqua Abbatia cum qualitate Nullius, & deserviunt pro comprobatione observantiæ interpretativæ, *decis. 214. num. 6. par. 4. tom. 2. recent.* Concilium denique Tridentinum *cap. 20. sess. 24. de reform.* super Causis Criminalibus & Matrimonialibus, non vindicat sibi locum in Prælatis inferioribus habentibus Territorium separatum cum Jurisdictione quasi Episcopali, ex congestis per Barbos. *ad d. Concil. ibid. num. 47. in fin.* Fagnan. *in cap. accedentibus, num. 37. de excess. Prælat.* Gratian. *cap. 212. sub num. 30.* De Luca *ad Concil. disc. 33. sub num. 28.* & ex eis prosequitur *Rota in d. Nullius seu Fulden. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. num. 14. 15. & 25.*

1706. 11. Jan. —— Passim videtur in tot casibus positivè non esse necessarium Concursum, ut de Parochialibus Jurispatronatus Laicalis firmat Fagnan. *in cap. cum ad nostram, num. 28. de elect.* Romaguer. *ad Synod. Gerunden. lib. 3. tit. 11. cap. 8. sub num. 2.* Murga *de Benefic. quæst. 3. sub num. 55.* & de Parochialibus unitis, & de Mensa tenet Noal. *consil. 46. sub num. 2. & seq.* Romaguer. *loc. cit. tit. 4. cap. 8. sub num. 9.* ac de Beneficiis Regularium, quibus incumbit Cura Animarum substinet Fagnan. *ibid. sub num. 22.* Barbosa *ad Concil. sess. 24. cap. 18. sub num. 8.* & iterum *de potest. Parochi, par. 1. cap. 2. sub num. 15. & seqq.* ratio autem est satis convincens, quia inspectis antiquis Canonibus, Beneficia solùm capacibus & idoneis conferenda

da sunt per solum Examen, non autem per formalitatem Concursus, ut *in cap. ad hæc, vers. ut qui Beneficiis, de Offic. Archid. cap. ad decorem, de Instit. cap. quoniam, vers. si autem hoc, de Jurepatr.* & per consequens contraria consuetudo non potest dici nutritiva peccati, seu dolosa, aut contra bonos mores, dum prædictis Canonibus inhæret Gloss. *in cap. cum tanto, vers. rationabilis, de consuetud.* ut dixit & firmavit *Rota in Legionen. Parochialis coram* Kaunitz, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in Appendice, decis. 6. sub num. 11. 12. & 13. pag. mihi* 198.

1706. 23. Jan. —— An Episcopus vigore Indulti à Gregorio Decimotertio (de quo supra, 1582. 21. Sept.) Patribus Jesuitis concessi possit alios Regulares participationem autumantes ordinare extra tempora à Jure statuta; scribendum esse Episcopo, ut abstineat, donec exhibeantur Privilegia Regularium, respondit *Congregatio Concil. in Assisien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in Supplemen. ad 2. tom. pag. mihi* 108. *sub num.* 445. ¶ Hæc Resolutio concordat cum alia supraposita & edita anno 1699. 11. Apr. 4207

1706. 28. Jan. —— Oblatis, qui servitium personale præstant Monasterio, abeuntibus, non debetur salarium (nullo modo intercedente pacto) sive cum Habitu sive absque Habitu inserviant, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in supplemen. ad 1. tom. pag. mihi* 31. *sub num.* 232. 4208

1706. 6. Mar. —— Si accedat ad Regularium Ecclesiam Episcopus Titularis Suffraganeus ad celebrandum Pontificaliter, non debent Regulares ei Baldachinum erigere, nam talis usus & honorificentia, nec in Ecclesiis suis, nec in exemptis Diœcesis, nec extra Diœcesim illi competit, quamvis accedat licentia Ordinariorum, ut Episcopo Titulari Suffraganeo Hildesimensi respondit *Congregatio Rituum, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in supplemen. ad 2. tom. sub numer.* 366. *pag. mihi* 97. 4209

13. Mar.

1706. 13. Mar. —— Sacræ Religioni Hierosolymi- 4210
tanæ conceditur, ut in Navibus magnis occasione
longæ navigationis in alto Mari contra Infideles
(quibus Navibus rarissimè terra attingitur, & sunt
magni ponderis ac firmæ structuræ, ut unaquæque
sustineat quinquaginta ænea tormenta bellica) cele-
brari faciat Missam, eo dumtaxat tempore quo Ma-
re est tranquillum & Cœlum serenum, & cum assi-
stentia alterius Sacerdotis seu Diaconi, ita ut adesse
non possit periculum effusionis Sanguinis in dicta
Celebratione, ut dictæ Religioni concessum fuit
prævio Voto Sacræ *Congregat. Concil. apud* Petra *in*
Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. *circa Con-*
stitut. 2. *Urbani V. sub num.* 31. *pag. mihi* 275.

1706. 20. Mar. —— Cùm multis Congregationibus, 4211
Religionibus, sive Ecclesiis, vel Nationibus con-
cessum sit à Sancta Sede Apostolica, ut semel vel
pluries in singulis hebdomadibus vel mensibus cele-
brentur varia Officia per annum, verbi gratia de Ss.
SACRAMENTO vel de Sanctis in diebus non
impeditis aliquo Festo duplici vel semiduplici, hu-
jusmodi Indulta non habent locum in feriis Adven-
tus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigi
liarum sive cum Jejunio sive absque Jejunio, nec in
feria secunda Rogationum, nec in alia feria in qua
secundùm Rubricas sit reponendum Officium Do-
minicæ: Dies autem impeditus Festo duplici vel se-
miduplici pro dictis Officiis recitandis, intelligun-
tur etiam Dies in quibus ponendum est Officium de
Festo duplici vel semiduplici translato, & sic Fe-
stum duplex vel semiduplex etiam translatum, nec
non Dies Octavæ est Dies impeditus respectu ta-
lium Officiorum: Regulares denique absque spe-
ciali Privilegio, sed sola communicatione Privile-
giorum aliarum Religionum non possunt addere
Nomen Sancti Fundatoris in Litaniis & Confiteor,
nec recitare Officia & Missas concessas aliis Reli-
gionibus, prout respondit *Congregatio Rit. apud* Mo-
nacel.

nacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *formul.* 2. *num.* 34. *pag. mihi* 68.

1706. 22. Mar. —— Cùm Regularis omninò incapax sit dominii & proprietatis & totum acquirat Monasterio, non potest peculii dominium in alium transferre donando aut aliàs contrahendo, ut dixit *Rota in Romana Pecuniaria coram* Caprara, *& antea in Lituhana Donationis* 1698. 10. *Maii coram* Ursino, *ac etiam in eadem* 1688. 5. *Maii coram* Caccia, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 5. *Benedicti XII. sect.* 1. *sub num.* 63. *pag. mihi* 177. 4212

1706. 8. Maii. —— Mutus & Surdus à nativitate potest dispensari, ut possit fieri Religiosus, prout cuidam Juveni nobili Hallo volenti suscipere Habitum Militiæ Hierosolymitanorum, & habenti Attestationes Episcopi & aliorum quamplurium Virorum nobilium quod licèt mutus & surdus à nativitate, rectè tamen callebat Militiæ exercitia, nec non scribebat & legebat, dispensationem concessit *Congregatio Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in supplemen. ad* 2. *tom. pag. mihi* 50. *sub num.* 76. 4213

1706. 10. Maii. —— Si in Privilegio tantùm fiat mentio de aliquo Monasterio cum suis membris & finibus, sed non adiiciatur Locus quidam populatus; & in dicto Monasterio & membro adsit Cura Populi, tunc non censetur dismembratum Territorium, neque Cura Populi Abbati adiicitur, prout dixit *Rota in Firmana Jurisdictionis coram* Molines Decano, *& antea in eadem* 1700. 10. *Maii coram* eodem, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *circa Constitut.* 6. *Alexandri III. sect.* 1. *sub num.* 46. *pag. mihi* 138. 4214

1706. 11. Jun. —— Abbates proprium Territorium habentes à quacunque Diœcesi separatum nedum formaliter sed materialiter, jurisdictionem privativam & plenam in spiritualibus & temporalibus exercentes, sunt verè Diœcesani, & sic quoad ea quæ non possunt ex se conferre ob defectum potestatis 4215

tis Ordinis, valent adire quemlibet, ut dixit *Rota in Burgen. Jurisdictionis coram* Ansaldo, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 5. Innocentii IV. sect. unic. sub num. 29. pagin. mihi* 55. ubi hanc citat pro se Decisionem ad probandum, quod hujusmodi Abbates valent recipere à quocunque Episcopo Olea Sacra, quorum receptio à Diœcesano importat subjectionem.

1706. 11. Jun. —— Prælatus inferior habens Territorium omninò separatum, potest instituere etiam ad Curam Animarum, nec est necessaria auctoritas Episcopi, ut latè quoad Abbatem dixit & firmavit *Rota in Burgen. super commissione Curæ coram* Ansaldo, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 7. Urbani IV. sub num. 38. pag. mihi* 348.

1706. 11. Jun. —— Concilium Tridentinum non cogitavit derogare Juribus Abbatum habentium à Sancta Sede Apostolica Jurisdictionem omnimodè privativam tam in spiritualibus, quàm in temporalibus quoad hanc vel illam Ecclesiam, & circa Personas & Clericos ipsis Abbatibus pleno jure subordinatos, *decis. 44. sub num. 6.* post Tamburin. *de Jure Abbat.* Abbas autem Regularis ex consuetudine immemorabili potest effici Semi-Episcopus: & licet ubi tractatur de Populo non comprehenso in Privilegiis Abbatum, auctoritas intronizans saltem respectu ejusdem Populi remanere dicatur penes Episcopum, cujus sunt Oves, nihilominus quoties aliqua Ecclesia pleno jure incorporata est cum Parochia alicui Abbati jam per Sedem Apostolicam vestito omnimoda Jurisdictione quasi Episcopali, ejusdemque jurisdictioni subjecta privativè quoad Ordinarium sub expressè illi concessa cognitione Causarum usque Criminalium & Matrimonialium, idem Abbas in his peculiaribus & rarò contingentibus circumstantiis præcisivè à caractere reputandus est quodammodò Episcopus & Ordinarius totius Parochiæ, & consequenter Populi in ea degentis, ita ut

ipse

ipse Populus (qui in illa tenetur sacramenta recipere, Barbosa *de Episc. par. 3. allegat. 53. num. 66. & 67.*) veniat in consequentiam ejusdem Parochiæ sic unitæ & incorporatæ, secundùm quàm plures Doctores citatos à *Rota in Burgen. Jurisdictionis super commissione Cura coram* Ansaldo, *apud* Joseph de Prosper. *post tract. de Territor. separ. decis. 26. num. 4. 8. 14. 15. & 16. pag. mihi* 352.

1706. 14. Jun. —— Privilegiorum communicatio non intrat ubi agitur de Privilegio speciali quod cum magna difficultate conceditur, præsertim quia intelligi debet de iis quæ sunt in usu, & ideo in confirmatione Privilegiorum solet apponi Clausula *dummodo sint in usu*, cùm per non-usum Privilegium amitti valeat, etsi non contineat decretum irritans, si non sit in lege generali, sed in Privilegio certis Personis concesso, Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 67. sub num. 52.* Gratian. *disceptat. foren. 516. sub num. 8.* & in terminis Privilegii Regularium dixit & firmavit *Rota in Bononien. Exemptionis coram* Molines, *& antea in Gerunden. Jurisdictionis cognoscendi Causas Criminales 1692. 17. Mar. & 20. Jun. coram* eodem, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 5. Innocentii IV. sect. unic. sub numer. 45. pag. mihi* 58. 4218

1706. 25. Jun. —— Monachus conservat jura Sanguinis quousque vivit ad exclusionem Fœminarum, ut in terminis Statuti Urbis dixit & firmavit *Rota in Bononien. Transactionis coram* Omanna, *& antea in Reatina Manutentionis seu Fideicommissi. 1702. 31. Mar. coram* Scotto, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 1. Clementis IV. sect. 1. sub numer. 20. pag. mihi* 363. 4219

1706. 21. Aug. —— Superioribus Religionis Theatinorum, mandante Sanctissimo, datur facultas conficiendi Processum contra suum Religiosum carceratum in loco immuni usque ad sententiam exclusivè, prout hujusmodi facultatem concedit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in una dicta Religionis,* 4422

apud

apud Riccium *in Synopsi Decretorum ejusdem Congregationis, verbo* Regularis delinquens, *sub num.* 4.

1706. 21. Aug. —— In Ordinatione Regularium Episcopus nullo modo mutare debet formulam appositam in Pontificali Romano, sed exinde non tollatur jus, quod habet dictus Episcopus, exercendi jurisdictionem in Regulares uti Sedis Apostolicæ Delegatus in casibus permissis per Sacrum Concilium Tridentinum & Constitutiones Apostolicas, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Mechlinien. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 7. *Gregorii XI. sub num.* 13. *pag. mihi* 312. ¶ Vide supra, 1676. 30. Maii. 421

1707. 22. Jan. —— Licèt Patres Capuccini possint retinere, & Processionaliter etiam deferre Imagines S. Antonii Patavini in Habitu Capuccini, non possunt tamen subtus Imagines ejusdem S. Antonii vel S. Francisci de Assisio depictas vel sculptas aut impressas cum eodem Habitu apponere & retinère Inscriptiones indicantes, illas esse Effigies dictorum Sanctorum cum veriori forma Habitus ipsius S. Francisci, sed moniti debent illas delere & cancellare, ut jussit *Congregatio Rituum in Neocastren. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in supplemen. ad* 3. *tom. sub num.* 134. *pag. mihi* 136. 422

1707. 24. Jan. —— Possessio Procuratoris Generalis totius Ordinis Cistercienſis exigendi à Procuratoribus Provinciarum Italiæ contributiones ab iisdem persolvendas occasione indictionis Capituli generalis, apertè resultat ex tot reiteratis actibus elicitis à confessionibus emissis in Epistolis eorundem, in quibus illud uti proprium onus recognoverunt: unde benè favore possessoris concessa fuit manutentio, Posth. *de manuten. observat.* 8. *num.* 26. nec subsistit, quod ex dictis solutionibus resultet solùm fuisse solutas eas pecunias, quas Abbates singulorum Monasteriorum spontè transmiserunt eisdem Procuratoribus, & quas isti hoc casu non controvertunt transmittere ac persolvere eidem Procuratori Generali; 423

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rali; non autem exinde inferri possit, quod ipsi tenentur facere ullas diligentias ad effectum easdem pecunias exigendi à singulis Monasteriis & Abbatibus, adeo ut si aliquando hoc fecerint, id potius ex eorum conniventia & voluntate, non verò ex animo se obligandi pro successivis temporibus expleverint: etenim difficultas cessat, exactuum frequentia quæ ostendit illos fuisse gestos ex coactione, non ex facultate, ad text. *in l. prima*, §. *fin. ff. uti possid.* Posth. *observat.* 73. *num.* 1. *& seq.* maximè quia dum conqueruntur de impensis & incommodis, præsumi non potest quod ex mera liberalitate & spontanea voluntate tot actus gesserint, Posth. *observat.* 53. *num.* 20. *& seq.* ut dixit *Rota in Romana seu Cabilonen. Ordinis Cistercienſium coram* Lancetta, *apud* Postium *de manuten.* in novis. addit. *decis.* 84. *à num.* 1. *ad* 5. *pag. mihi* 114.

1707. 21. Mar. —— Manutentio in possessione visitandi Ecclesias Regularium circa suppellectilia non pertinentia ad Curam Animarum, & quorum respectu Monachi habent exemptionem concessam cum clausula *sublata* & decreto *irritanti*, non competit Abbati Commendatario, nam clausula *sublata* & Decretum *irritans* inficiunt etiam contrariam possessionem quæ assisteret Abbati, Posth. *observat.* 46. *sub num.* 5. quasi possessio ergo visitandi dictas Ecclesias Regularium respectu suppellectilium, tanquam æquivoca non potest deservire pro basi manutionis in ordine ad illa suppellectilia, circa quæ Regulares habent exemptionem, *l. neque natales* 10. *C. de probat.* ut dixit *Rota in Nullius seu Clarevallen. Visitationis super Manutentione coram* Kaunitz, *apud* Postium *de manuten.* in novis. addit. *decis.* 65. *per tot. pag. mihi* 87. 4224

1707. 8. Apr. —— Provinciæ Italiæ & Tusciæ ac Lombardiæ, earumque Superiores Ordinis Cistercienſis subduntur Abbati Cistercii tanquam Generali totius Ordinis, ut dixit *Rota in Cabilonen. seu Ordinis Cistercien. Jurisdictionis coram* Molines Decano, 4225

& antea in eadem 1706. 8. *Apr. ac etiam* 1702. 19. *Januar. coram* eodem, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 14. *Eugenii IV. sub num.* 6. *pag. mihi* 528.

1707. 9. Maii. —— Monasterium S. Bartholomæi de Trisulto Ordinis Carthusianorum plura habet Apostolica Privilegia super Jure pascendi cum propriis Animalibus in Locis ac Territoriis Provinciarum Maritimæ & Campaneæ, & signanter Martini Quinti & Nicolai Quinti, in quibus dicto Monasterio conceditur jus pascendi & alendi proprios Greges & Animalia in omnibus Pratis, Possessionibus, ac Territoriis dictæ Maritimæ & Campaneæ, absque eo quod teneatur quidquam solvere, & cum prohibitione ne aliqua Communitas vel Universitas aut Baro compellere possit dictum Monasterium ad aliqua subeunda onera vel solvenda Prata sive Pascua aut quasvis gabellas & gravamina seu onera indicta vel indicenda, ideoque dicti Monachi manutenendi sunt in hujusmodi possessione pascendi propria Animalia in Pratis Communitatum, nulla soluta Fida, prout favore dictorum Carthusianorum resolvit *Rota in Ferentina, Juris Pascendi coram* Scotto, *apud* Postium *de manuten.* in novissim. addit. *decis.* 32. *pag. mihi* 45. 4116

1707. 20. Jun. —— Ubi agitur de Monasterio incapaci acquirendi & possidendi etiam in communi, nulla potest considerari qualitas successionis, non quidem ad favorem Monachi uti incapacis ob Votum Paupertatis, nec etiam in favorem ipsius Monasterii inhabilis ad succedendum, & sic mors civilis Professi æquiparatur naturali ad effectum, ut vocati censeantur alii, perinde ac si ipse naturaliter obiisset, ut dixit *Rota in Romana Fideicommissorum coram* Aldrovando, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 3. *circa Constitut.* 1. *Clementis IV. sect.* 1. *sub num.* 1. *pag. mihi* 359. ubi plures adrem citantur Doctores. 4117

1707. 20. Jun. —— Delatio Insignium & Cognominis 4118

nis si sit apposita per modum consilii, possunt Professi succedere ea neglecta: quemadmodum enim hujusmodi delationem per modum consilii in Fideicommissis appositam negligere possunt Sæculares vocati, ita etiam & Professi, ut dixit *Rota in d. Romana Fideicommissorum coram* Aldrovando, *apud* Petra *in dd. Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 1. Clementis IV. sect. 1. sub num. 40. & 41. pag. mihi* 365.

1707. 23. Jul. —— Licentia, quæ datur Novitiis Monialium faciendi Renunciationes, conceditur ab Episcopo etiam pro Monasteriis Regularibus subjectis aut alio modo exemptis, non autem à Prælatis quibus subsunt, nisi habeant Jurisdictionem quasi Episcopalem, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Firmana seu Nullius Farfen. Jurisdictionis*, & est juxta Lauret. de Franch. *controver. par. 2. quæst. 43. sub num. 1.* ibique Pasqualig. *sub n. 2.* Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. par. 2. tract. 7. quæst. 7. sub num. 4.* ac Barbos. *de Jure Eccles. lib. 1. cap. 42. sub num. 249. & 250. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in supplemen. ad 2. tom. pag. mihi* 117. *sub num. 496.* & refert eriam Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 1. Clementis IV. sect. 2. sub num. 41. pag. mihi* 384. ubi *sub num. 42. ait, quod* licentia Episcopi seu ejus Vicarii, quæ ex Decreto Sacri Concilii Tridentini *cap. 16. sess. 25. de Regular.* requiritur in renunciationibus & obligationibus tam Virorum quàm Mulierum volentium emittere Professionem, est necessaria etiam cùm Monasterium sit exemptum à jurisdictione Episcopi etiam in limine fundationis, *ex ead. Congregat.* 4229

1707. 23. Jul. —— In repudiatione legati seu hæreditatis relictæ Monasterio seu Religioni requiritur Beneplacitum Apostolicum, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in Cremonen.* in qua cùm Patres Congregationis S. Bernardi renunciassent legato relicto à quondam Cæsare Vidono pro fundatione Monasterii sine solemnitatibus, & post plu-

4230

res annos pœnitentia ducti vellent ad legatum renunciatum redire, Causa remissa ad præfatam Congregationem, & disputato Dubio: An Religionibus vocatis pro erectione Monasterii ad formam Testamenti obstet renunciatio earundem? Responsum fuit, Negativè in casu de quo agitur, quoad Patres S. Bernardi, prout refert Monacel *in Formular. leg. pract. part. 4. in supplem. ad 3. tom. pag. mihi* 123. *sub numer.* 44.

1707. 13. Aug. —— Pater Generalis Clericorum Regularium (Theatinorum) pro tempore existens gaudet duplici suffragio in paritate votorum secretorum, quando exempli gratia in absentia unius Consultoris celebrantur Superiorum electiones, prout declaravit & respondit *Congregatio Concil. in una dicti Ordinis, apud* Borromæum *in Quæstionib. practicis de Electione Vocalis, cap. 6. quæst. 6. sub num.* 32. 4331

1707. 2. Dec. —— Equites Hierosolymitani, eorumque Bona nunquam comprehenduntur sub quacunque generali prohibitione etiam alios Ecclesiasticos afficiente, nisi de illis expressè, & nominatim facta fuerit mentio, ut sæpè respondit *Sacra Congregatio Immunitatis*: Ex Constitutione autem Pii Quarti, §. 64. (de qua supra 1560. 1. Julii) specialiter eidem Religioni, suisque Militibus indulta est facultas ubivis locorum asportandi liberè frumentum ex suis Locis proveniens; quod quidem Privilegium tanquam litterale, & undique clarum, nulla indiget interpretatione, *ex decis. 151. num. 16. par. 14. recent.* neque obstat, quod dicta Bulla Piana loquatur de frumento, ideoque extendi non debeat ad transportationem Panis, qui non nascitur in dictis Locis, sed Arte Pistoria conficitur, quique propterea præsefert quandam speciem Mercimonii Ecclesiasticis prohibiti, nam conversio frumenti in Panem non sapit negotiationem Ecclesiasticis vetitam, cùm potiùs dicatur commutatio quædam deducens frumentum ad eum finem, à quo fuit à Deo Maximo pro humanæ Vitæ subsidio destinatum, quemadmodum negotia- 4332

tio

tio appellari non potest conversio Lactis in Caseum, Olivæ in Oleum, Uvæ in Vinum, & similia; ex qua ratione perpetuò tenuit Sacra Congregatio Immunitatis, licere Ecclesiasticis aperire Furnos ad panizandum frumentum recollectum in propriis Bonis, ut dixit *Rota in Bononien. Manutentionis coram* Scotto, *apud* Postium *de Manuten.* in novis. addit. *decis.* 14. *à num.* 8. *ad* 14. *pag. mihi* 23. ¶ Vide supra 1628. 4. Decemb. & 1704. 28. Jun.

1708. 12. Febr. —— Monachi Carthusienses S. Laurentii Terræ Padulæ Caputaquensis Diœcesis promoti ad Ordines tam Sacros, quàm minores ab Episcopo Policastrensi, & Marsicensi non sunt licitè ordinati, & Superiores incurrerunt pœnas contentas in Decreto Clementis Octavi (de quo supra, 1596. 15. Mar.) sed ex gratia sunt absolvendi, prout declaravit atque respondit *Congregatio Concil. in Caputaquen. Ordinationis*, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 3. *Bonifacii IX. sub num.* 7. *pag. mihi* 362. 4233

1708. 12. Febr. —— Fratres Minores Observantes S. Francisci quoad legata consumpta non est ratio cur detrectent adimplere onus ab eorum Antecessoribus acceptatum, quique consumpserunt pecuniam: ut pro onere perpetuo Missarum recepto à Benefactore pro pecunia data pro refectione Chori, Fratres prædictos teneri censuit & rescripsit *Congregatio Cõcil. in Lunen. Sarzanen. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 13. *Martini V. sub num.* 10. *pag. mihi* 469. 4234

1708. 19. Maii. —— Patres Carmelitæ in Rogationibus non possunt ad Processionem accedere sine Cappis albis, ut declaravit atque respondit *Congregatio Concil. in Aquen. Jurium Parochialium*, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 3. *circa Constitut.* 3. *Bonifacii VIII. sub num.* 10. *pag. mihi* 520. 4235

1708. 1. Jun. —— Possessio quadragenaria cum titulo colorato tribuit Prælatis inferioribus plenariam Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio

 4236

torio ſeparato, juxta text. *in cap. cum perſona 7. §. quod ſi tales, de Privil. in 6.* Abb. *in cap. 1. num. 10. ut lit. pend.* Lotther. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 24. num. 306.* Receptio autem ſub protectione B. Petri & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ eximit Regulares à Lege Diœceſana, ex congeſtis *per DD. in Can. Abbas* 8. Navarr. *conſil. 2. de Regular. num. 63.* Engel. *de Privileg. Monaſterior. Privileg.* 3. adeo ut Epiſcopi habent in exemptos poteſtatem delegatam, Barboſa *ad Concil. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 12. & ſeqq.* Novar. *in Sum. Bullar. par. 2. comment. 66.* Privilegium autem Apoſtolicum continens ultra expreſſionem rerum materialium Monaſterii etiam Homines, implicitè præſefert juriſdictionem activam ſuper illis, etiam deficiente verbo *Nullius*, ut dixit *Rota in Nullius ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper bono Jure coram* Anſaldo, *apud* Joſeph. de Proſper. *poſt tract. de Territor. ſepar. deciſ. 24. ſub numer. 4. 31. 32. & 34. pag. mihi* 303.

1708. 1. Jun. —— Facultas ſive Jus tenendi Synodum ſive habendi Concilium, præſupponit juriſdictionem activam Abbatis privilegiati in Clerum, & Populum, nam fruſtra tribueretur talis facultas, niſi per neceſſarium antecedens adeſſent ſubordinati & ſubjecti illis legibus, & ordinationibus, quæ providè ſanciuntur in hiſce ſpiritualibus Comitiis; Ex verbo autem Nullius in modernioribus ac politioribus Sæculis irrepſit ſynonima ſignificatio Territorii ſeparati, ſicuti colligitur ex Fagnan. *in cap. Nullus 3. num. 16. & 18. de Paroch.* Capon. *diſcept. foren. 118. num. 5.* Engel *in Jus Canon. lib. 5. tit. 33. num. 23.* facultas verò dandi integrum votum in Conciliis de jure ſolùm competit Epiſcopis, *Can. Synodum diſt. 12. & Can. Canones, diſt. 5.* ubi Gloſſ. *verb. Sacerdotum*, & nonniſi ex Privilegio competit Abbatibus, & inferioribus Prælatis quaſi Epiſcopali Juriſdictione præditis, Azor. *inſtit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 11. verſ. quæritur*, Ventrigl. *de Juriſd. Epiſc. cap. 33. num. 10.* & loquens de Abbate Fuldenſi ad rem obſervat Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. diſput. 3. quæſito 4. num. 3.* & ex eis pro-

prosequitur *Rota in d. Nullius seu Fulden. coram* eod. *ibid. num. 36. 37. & 49.*

1708. 1. Jun. —— Facultas judicandi, imo & suspendendi, ac excommunicandi etiam Laicos, quam ex Privilegio habet Prælatus inferior, non facit, quod non subsit Episcopo, ut docet aperta Gloss. *in cap. cum ad Ecclesiam, verb. Ecclesiastica sententia, de offic. Judic. ordin.* Butr. *in cap. cum contingat 13. num. 14. de for. compet.* & licèt Privilegium dicat, *sine aliqua molestia, & contradictione Ordinarii sive Episcopi possit judicare, &c.* non ob id facultas judicandi efficitur privativa, sed in omnem casum intelligitur cumulativa cum vero Ordinario sive Episcopo, ita ut exigatur, quod prohibeantur Subditi expresse coram alio litem assumere, Petra *in Comment. ad Constitut. Apost. tom. 3. fol. 137. num. 45.* Tondut. *in prævent. par. 1. cap. 11. num. 3.* Mart. Medic. *examin. 32. num. 25. & 26.* de Franch. *decis. 541. sub num. 7.* & ex eis prosequitur *Rota in d. Nullius seu Fulden. Jurisdictionis super bono Jure coram* eod. *ibid. sub num. 63. & 64.* 4238

1708. 1. Jun. —— Verbum *Concilium* suapte natura indifferens est ad significandum Congressum, & Conventum plurium, sive speciem quandam Comitiorum, eodem modo, quo Consistorii nomen usurpant diversarum Nationum Episcopi & Prælati precisivè ab illo longè eminentiori Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium cum Summo Pontifice, ex quo *Concilium* non importat aliud ethymologicè, quàm quod actus fiat *cum cilio*, & attentione plurium, ut post Hugon. & Archidiac. *in cap. Canones, num. 1. dist. 15.* Felin. *in cap. 1. num. 5. de sponsa.* admonet Fagnan. *in cap. ex parte, num. 10. de Capel. Monach.* Attamen nec abstractivè & absolutè potestas habendi Synodum referri valet ad qualitatem *Nullius* sive Legis Diœcesanæ, maxima & nodosa existente controversia, an Synodus convocatio magis attingat Legem Jurisdictionis quàm Legem Diœcesanam, ut sibimet contrarius videtur satis innuisse Hostien. *in cap. dilectus, num. 6.* & ibi Jo: Andr. *sub num. 12. de offic. Ordin.* 4239

din. Lotther. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 76 *cum seqq.* & ex eis dixit *Rota in d. Nullius seu Fulden. coram* eod. *ibid. sub num.* 65. *&* 66.

1708. 1. Jun. —— Magnus Magister Hierosolymitanæ Religionis, ultra suam ordinariam Jurisdictionem in Equites & Regulares proprii Ordinis, ac temporalem potestatem in Laicis sibi subditis, non obstantibus suis Administris in Sacro Caractere & Ecclesiastica Dignitate constitutis, non se immiscet in exercitio Jurisdictionis in Clerum & Populum, qui sub proprio regitur Antistite Melevitano ad ea, quæ signanter animadverterunt Cardinalis de Luca *de Regular. lib* 15. *tit. Miscellan. Eccles. disc.* 4. *num.* 2. Carolus Antonius de Luca *de pluralit. homin. legal. cap.* 81. *sub num.* 1. Rosa *de residen. Episc. cap.* 4. *sect.* 6. *sub num.* 408. & ex eis prosequitur *Rota in d. Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super bono Jure coram* d. Ansaldo, *ibid. sub num.* 77. *pag. mihi* 325. 4240

1708. 1. Jun. —— Honorificentiæ & admodum distinctæ Prærogativæ Abbatis nihil concludunt quoad amittendam ex hoc capite Episcopi Jurisdictionem, teste Cardinali Jacobatio *de Concil. lib.* 1. *art.* 2. *pag.* 85. *col.* 2. & Cardinalis Caprara *in Leodien. Jurisdictionis:* prout videmus in iisdemmet Abbatibus, qui post terminatum officium quamplura retinent decora cum denominatione Abbatis, & in Episcopis post dimissum & renunciatum Episcopatum, ex connotatis penes Joan. de Imol. *in Clem. ne in agro, vers. in ultima quæstione, de stat. Monach.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, col.* 38. *sub n.* 81. *de rescript.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disp.* 13. *qu.* 4. *n.* 6. *&* 7. Card. de Luca *de Regular. disc.* 77. *num.* 5. & quoad Episcopum Episcopatui renunciantem habetur *in cap.* 1. *de ordinan. ab Episc. qui renunc. Episcopat.* ubi Innoc. Abb. & Hostien. Fusc. *de Visitat. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 10. Paris. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 5. Francesc. *de Eccles. Cathedr. cap.* 17. *num.* 96. & ex eis prosequitur *Rota in d. Nullius seu Fulden. coram* eod. *ibid. sub num.* 85. 4241

1708. 1. Jun. —— Favore Episcopi habentis juridicam assi- 4242

assistentiam pro exercenda Jurisdictione, vel ex capite benè comprobatæ situationis intra limites Diœcesis vel saltem adjacentiæ, non solùm actus numero minores præferendi sunt in concursu, sed paucissimi, & secundùm aliquos etiam unicus actus in oppositum, Bald. *in cap. quarelam, num.* 23. *de elect.* Canonistæ *in cap. cum Ecclesia, de caus. possess. & propr.* Dec. *consil.* 215. *num.* 2. Buratt. *decis.* 912. *sub n.* 8. & actus exerciti in una parte Diœcesis utique se extendunt ad omnes, & ratione contiguitatis & continuationis universalem quoad omnes præservant Jurisdictionem, Lotther. *de re beneficiar. par.* 1. *quæst.* 24. *sub num.* 210. De Rosa *de resident. Episc. cap.* 4. *sect.* 6. *sub num.* 441. Tamburin. *de Jure Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 63. *num.* 13. & ex eis prosequitur *Rota in d. Nullius seu Fulden. Jurisdictionis super bono Jure coram* eod. *ibid. sub num.* 86. *&* 87. 4240

1708. 9. Jun. —— Regulares non debent accedere ad Processiones publicas cum Cruce & numero duorum tantùm Religiosorum, prout resolvit & rescripsit *Congregatio Concil. in Aquen. in responsione ad secundum, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in supplemen. ad* 2. *tomum, pag. mihi* 9. *sub num.* 77. ubi *sub num.* 78. *ait, quod* Laici Regulares deferentes Crucem in Processionibus vel Candelabra, non debent uti Alba seu Dalmatica vel Pluviali, sic enim declavit *Congregatio Rit. in Cesenaten. ad sextum*, & quod talis usus non sit permittendus, censuerat *anno* 1659. 19. *Maii.* ¶ Notandum, quod Crux in Processionibus deferenda est à Regularibus cum velo pendente seu pallio, prout resolvit *Congregat. Rit. anno* 1617. 14. *Jan. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. par.* 1. *tit.* 19. *litt. C.* ad indicandam subjectionem & inferioritatem respectu Cleri Sæcularis, eadem ratione, qua Baculo Abbatiali appenditur velum seu sudarium ad differentiam Baculi Episcopalis, quod notatur *in Actis Eccles. Mediol. de suppel. Eccles. lib.* 2. 4243

1708. 7. Jul. —— Fratres Minores Ordinis S. Francisci 4244

ciſci non poſſunt retinere Capſulas pro recipiendis eleemoſynis Miſſarum, non obſtante quod eis hoc videatur permiſſum à Conſtitutione Innocentiana emanata ſuper celebratione Miſſarum (de qua ſupra 1697. 23. Dec.) prout ad dubium propoſitum & re maturè diſcuſſa declaravit atque reſpondit *Congregatio Concil. in una dicti Ordinis, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in ſupplemen. ad 1. tomum, pag. mihi 16. ſub num. 137.* & refert etiam Julius de Venet. *in Chronolog. Hiſtorico-leg. Seraph. Ordin. pag. 282.*

1708. 28. Jul. —— Omnibus Ordinariis Italiæ & Inſularum adjacentium, nec non ſuperioribus Regularibus gubernium Monialium habentibus injungitur, ut ſub præcepto formali ſanctæ obedientiæ (reſervata ſibimetipſis abſolvendi facultate) ac ſub pœna privationis vocis activæ & paſſivæ atque aliis eorum arbitrio prohibeant omnibus Abbatiſſis & Monialibus omnibus Officialibus omnium Monaſteriorum, ne faciant nec reſpectivè permittant ab aliis Monialibus fieri aliquas expenſas durantibus earum Officiis, nec eis finitis aut antequam exerceantur, neque aliquid cujuſcunque valoris ſub titulo celebrationis Feſtorum aut muneris tribuant non ſolùm Officialibus & Monialibus ac Novitiis & aliis in Monaſterio reſpectivè exiſtentibus, ſed nec etiam earum Superioribus licèt Regularibus aut Confeſſariis vel Deputatis ſive Factoribus & aliis Officialibus Monaſterii, imò neque Eccleſiæ aut Sacriſtiæ: ſed quæcunque expenſæ faciendæ in exercitio dictorum Officiorum fiant ex redditibus Monaſterii abſque aliquo debito contrahendo. & hoc obſervetur in quocunque Monaſterio Monialium etiam Regularibus ſubjectarum. *Clemens XI. in Littera Circulari, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in ſupplemen. ad 3. tomum, pag. mihi 138. ſub num. 145.* 1145

1708. 1. Dec. —— Electio Capellani pro celebrandis Miſſis in Capella erecta in Eccleſia Regularium pertinet ad Hæredes Teſtatoris, non autem adipſos Regulares, prout declaravit atque reſpondit 1146

Con-

Congregatio Concil. in Romana, apud Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in supplemen. ad 1. tomum, pag. mihi 24. sub num. 192.*

1708. 10. Dec. —— Regulares ex vi immemorabilis 4247
possunt in Processionibus propriam Crucem erigere, tametsi interveniat illa Parochorum vel Capituli, ut probant Lavor. *variar. lucubrat. tit. 2. cap. 11. num. 67.* Donat. *in prax. Rer. Regular. tom. 4. tract. 10. quæst. 14. num. 2.* Lezzan. *in Sum. verb. Sepultura, num. 18.* neque bonum jus deturbari posse visum fuit ex nonnullis Decretis Sacræ Congregationis Rituum editis *in Fossanen. anno 1645. 21. Jul. & in Aretina anno 1664. ac in Æsina anno 1665. 31. Jul. atque in Sulmonen. anno 1687. 21. Nov.* in quibus decernitur, in associandis Cadaveribus omnes sub unica Cruce incedere debere, ita ut Regulares non possint propriam Crucem deferre, quando Cadaver defertur ad aliam Ecclesiam, aut intervenit Capitulum Cathedralis vel Collegiatæ: Cùm enim recensita Decreta irritent tantummodò simplicem consuetudinem contrariam, nulla habita expressa mentione de immemorabili, ista proinde censetur præservata, dum nunquàm præsumi potest illi derogatum, nisi derogatio sit specialissima & individualis, ut dixit & firmavit *Rota in Trojana delationis Crucis super bono Jure coram* Aldrovando, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in Appendice, decis. 16. sub num. 1. 2. & 3. pag. mihi 245.*

1708. 10. Dec. —— Specialis derogatio immemora- 4248
bilis quoad propriam Crucem à Regularibus in Processionibus erigendam resultare nequit ex quo signanter in *dicta Fossanen.* dictum fuerit: *predicta consuetudine non obstante.* & in altera *Sulmonen.* dictum fuerit: *consuetudine pariter contraria non obstante*, quasi quod verbum *predicta* appositum in *Fossanen.* importet relationem ad consuetudinem immemorabilem, de qua superiùs facta fuerat specialis mentio: Quia duo erant Dubia insimul proposita & resoluta, in quorum primo quærebatur, *An liceret Regularibus*

bus expectare Defunctum per vias, vel adire ejus Domum? & quia consuetudo in hoc redolebat abusum & corruptelam ac indecentiam, Sacra Congregatio respondit *Negativè*, irritavitque etiam consuetudinem immemorabilem: Quo verò ad secundum Dubium, ubi agebatur de solito deferendi Cruces per Regulares, quia talis delatio aliquem non sapit abusum sive corruptelam, eadem Sacra Congregatio decrevit quidem, ut omnes sub unica Cruce incedere debeant, in clausula tamen derogatoria soliti seu consuetudinis, nulla habita mentione immemorabilis, simpliciter loquuta est per verba mox recensita, unde fit patens, quod illa dictio *prædicta* referenda est ad simplicem consuetudinem seu solitum expositum in hac secunda petitione, non autem ad immemorabilem antecedenter sublatam in ordine ad primum quæsitum, ex regula quod relatio non est facienda ad magis remota, sed ad proxima, ut prosequitur *Rota in d. Trojana coram* eodem, *ibid. sub num.* 4. *&* 5.

1708. 10. Dec. —— Non obstat, quod delatio Crucis sit signum Jurisdictionis & Præeminentiæ haud exercendæ à Regularibus extra ambitum propriæ Ecclesiæ in aliena Parochia, ut tradit Abb. *in cap* 1. *num.* 7. ibiq. Butr. *num.* 6. *ut lit. penden.* Pignatel. *consult.* 73. *num.* 116. *tom.* 8. Ventrigl. *de Jurisdict. Archiepisc. cap.* 17. *num.* 8. Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 1. *tract.* 13. *quæst.* 81. *num.* 3. quodque propterea talis delatio redoleat abusum: quidquid enim sit, an erectio Crucis sit verè signum Præeminentiæ, cùm potius sit signum devotionis, sub quo Defunctus vivens militavit, Vitalin. *in Clem. Archiepiscopo, num.* 5. *de Privileg.* Passerin. *de stat. homin. quæst.* 187. *artic.* 4. *num.* 186. *tom.* 2. Pax Jordan. *variar. Incubrat. lib.* 11. *tit.* 2. *quæst.* 91. *tom.* 2. hoc unum est certum, quod hujusmodi delatio dici non valeat abusus vel consuetudo illicita, quod præ cæteris una pro cunctis ratio convincit: cùm enim jus deferendi Cruces in Funeribus permissum reperiatur Regularibus ex 4249

par-

particularibus Privilegiis & Bullis Apostolicis plurium Summorum Pontificum, ut refert Pignatell. *tom. 8. consult. 73. num. 35.* Roderic. *in Compend. qu. Regular. resolut. 109. num. 7.* utique nefas est cogitare, quod tot Summi Pontifices permittere voluerint abusus: Resolutio verò Sacræ Congregationis Concilii edita anno 1628. & confirmata ab Urbano Octavo, de qua Pignatell. *d. tom. 8. consult. 73. num. 97.* ubi expressè derogatur consuetudini immemorabili, obstare potest Regularibus, quatenus ipsi Processionem peragere præsumant extra eorum Ecclesiam sine Cruce seu interventu Parochi, secus verò quando agitur de interveniendo Funeribus cum eorum Cruce unà insimul cum illa Parochi vel Capituli, de quo casu utpotè diverso idem Decretum non loquitur, unde ad eum fieri nequit extensio, vulgata *leg. Papinianus, ff. de minor.* ut prosequitur *Rota in d. Trojana coram* eodem, *ibid. num. 8. 9. &c.*

1708. 10. Dec. —— A' mandato de manutenendo in 4250
possessione deferendi Crucem in associatione Funerum, quando etiam interveniat illa Capituli obtento à Regularibus, & delegata per signaturam Justitiæ cognitione Appellationis à Capitulo interpositæ cum clausula *Alteri, qui ad legitimam*, propositum fuit unà cum negotio principali Dubium etiam ad tenorem istius Commissionis, & quemadmodum in illo canonizatum fuit bonum jus eorundem Regularium, ita in sequelam illius dictum quoque fuit, *procedendum esse ad legitimam executionem*: validitas enim mandati de manutenendo non erat in controversia, justitia autem impugnari non poterat, constito namque de dicta possessione & quidem immemorabili favore Regularium, in consequens descendit debitam illis esse manutentionem, ut in eadem possessione conserventur, ad terminos vulgati §. *Retinendæ institut.* præsertim, quia ex parte Capituli nullus vel minimus actus in medium profertur, ex quo spatio tanti temporis talis possessio dici possit deturbata, ut inde faciliùs adeo specifica & incontro-

troversa possessio veniat manutenenda, prout dixit *Rota in Trojana delationis Crucis super manutentione coram* Aldrovando, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in Appendice, decis. 17. per tot. pag. mihi* 254. & refert Postius *de manuten.* in novissim. addit. *decis. 97. pag.* 128.

1709. 14. Mar. —— Ad transitum de una Religione ad aliam concurrere etiam debet consensus propriæ Religionis, qui si irrationabiliter denegetur, suppleri solet, præsertim si agatur de transitu ad strictiorem, prout supplevit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Pharaonen. Transitus*, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 1. Benedicti XII. sect. unic. sub num.* 31. *pag. mihi* 126. ubi etiam ait, quod hoc etiam notat Cardin. de Luca *de Regularib. disc. 37. sub num.* 4. 4251

1709. 10. Jun. —— Religiones illæ, quibus non quidem ex Privilegiis, sed ob stabilium incapacitatem permissa seu potius necessaria est alienatio, non comprehenduntur sub Decreto *de rebus Regularium non alienandis* supra posito & edito anno 1624. 7. Septembris, ut dixit & firmavit *Rota in Neapolitana Prælationis coram* Molines Decano, *& antea in eadem anno* 1708. 11. *Maii coram* eodem, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 6. Benedicti XII. sub num. 6. pag. mihi* 181. ubi plures ad hanc rem citantur Doctores. 4252

1709. 15. Jun. —— Episcopus procedat ad visitationem & correctionem Mulierum Tertiariarum Collegialiter viventium sine Clausura, prout declaravit & procedendi facultatem tribuit *Congregatio Concil. in Lauden. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 15. Martini V. sub num. 20. pag. mihi* 476. 4253

1709. 26. Jun. —— Prælatus inferior tenetur probare habuisse Territorium separatum vel ex speciali Privilegio Papæ, ad quem solùm spectat Territoria distinguere & separare, *cap. cùm contingat, de for. compet.* ubi Hostien. *sub num.* 1. Butr. *sub numer.* 11. 4254

Abb.

Abb. *sub num.* 19. Bellam. *snb num.* 15. vel acquisiviſſe ex præſcriptione immemorabili, aut quadragenaria cum titulo, ut benè probant Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſito* 9. *num.* 7. De Luca *de Judic. diſc.* 1. *num.* 12. Gratian. *diſcept. foren. cap.* 252. *num.* 16. & 17. à ſubjectione autem certarum Perſonarum degentium in Eccleſia Parochiali non poteſt inferri ad Ordinariam Juriſdictionem in Curam & Populum, cùm una ab altera totaliter diſcriminetur, ut probant Abb. *in cap. cum plantare, num.* 6. *& ſeqq.* Rebuff. *in Prax. par.* 1. *tit. de un. Benefic. gloſſ.* 11. *num.* 11. in actibus verò exercitis ab Epiſcopo habente nativam Juriſdictionem non requiritur ſcientia Prælati inferioris, ut dixit *Rota in Burgen. Juriſdictionis coram* Lancetta, *apud* Joſeph de Proſper. *poſt tract. de Territor. ſepar. deciſ.* 25. *ſub numer.* 16. & 13. *pag. mihi* 348.

1709. 26. Jun. —— Abbas Regularis ingerens ſe in Functionibus Parochialibus in Plebe Epiſcopi, ipſo facto incurrit Excommunicationem, ad *text. in Clem.* 1. & plenè Barboſa *de poteſt. Parochi, cap.* 20. *num.* 7. De Luca *in addit. ad diſc.* 15. *de Juriſdict. in ſupplem. num.* 23. *& ſeq.* Juriſdictio autem reſtricta intra limites Monaſterii, non poteſt ultra eos extendi ad translationem Parochialitatis & Curæ in Populum, ut optimè firmat *deciſ.* 13. *num.* 7. *& deciſ.* 29. *num.* 9. poſt Antonell. *de jurib. & onerib. Cleric.* Cura verò Eccleſiæ Parochialis ſubjectæ Abbati Regulari dicitur pura Vicaria manualis, & Presbyteri ſunt deputandi limitatè & ad tempus, non abſolutè, Peuting. *deciſ.* 15. *ſub num.* 23. Caril. *deciſ.* 96. *num.* 7. *& ſeqq.* & ideo Cura non in titulum, ſed amovibiliter & ad nutum Vicariis committitur, & hujuſmodi Vicarii poſſunt iterum ſubiici novo examini ab Epiſcopo, quidquid dicendum foret, ſi abſolutè approbandi eſſent, ut diſtinguunt Diana *Oper. moral. tom.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 67. *num.* 3. Rodriq. *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 19. *art.* 8. nam metu novi examinis diligentiores & promptiores fiunt ad ſervitium, 4255

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vitium, ut ponderat De Luca *de Jurepatr. disc.* 15. *num.* 3. & 11. & ex eo prosequitur *Rota in d. Burgen. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. a num.* 17. *ad* 22.

1709. 6. Jul. —— Non sustinetur dispositio facta ab Aliquo ad favorem alicujus Capellæ existentis in Ecclesia Patrum Reformatorum S. Francisci cum onere Utensilium & Missarum celebrandarum à dictis Patribus: nec itidem sustinetur donatio facta ab alio tam pro Utensilibus dictæ Capellæ quàm pro Missis & lana pro Patribus præfatis, prout censuit & ad utrumque Negativè respondit *Congregatio Concil. in Marianen. Piarum Dispositionum*, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 13. *Martini V. sub num.* 7. *pag. mihi* 468. ubi etiam ait, quod eadem Congregatio, repropositis Dubiis, stetit in decisis, *anno* 1710. 15. *Novemb.* 4256

1709. 6. Sept. —— Ratione Processionum nocturnarum, quæ à Capitulis Cathedralium vel etiam à Regularibus fiunt, Ecclesiæ Monialium vel earum Collocutoria non remaneant aperta de nocte, sed Episcopi faciant claudere sub hora Salutationis Angelicæ serotinæ sub pœna privationis vocis activæ & passivæ Abbatissis & Superioribus infligenda, ac etiam Interdicti earum Ecclesiis apponendi in casu inobedientiæ, prout censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Litteris Encicliciis pro Regno Sicilia*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 4. *in supplemen. ad* 1. *tomum*, *sub num.* 87. *pag. mihi* 9. 4257

1710. 25. Jan. —— Ita Bona primæ Religioni acquisita si sint quæsita intuitu ipsius Religionis, aut ex industria & laboribus Professi, procul dubio ad primam Religionem pertinent, sicuti Ecclesia secunda non succedit in Bonis Episcopi acquisitis in prima, sed succedit ista, prout de hac declaravit, atque respondit *Congregatio Concil. in Suessana seu Cathacen. Spolii*, *apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 4. *circa Constitut.* 16. *Eugenii IV. sect. unic. sub num.* 3. *pag. mihi* 533. 4258

1710. 21. Febr. —— Censuræ ab Episcopo fulmina- 4259

tæ

ræ contra non Subditos ex triplici defectu corruunt, Jurisdictionis scilicet, Ordinis, & Causæ: defectu siquidem Jurisdictionis, dum nec ratione Loci, nec 4256
ratione Delicti, nec ratione Personarum Episcopus valebat dictas relaxare Censuras: non quidem ratione Loci, quia manus injectio in Fratrem Oblatum Basilianum expleta fuit in Molendino Abbatiæ Cadossæ, & proinde intra limites Abbatialis Jurisdictionis, in quibus Episcopus nullam poterat exercere jurisdictionem, ad text. *in cap. novit*, ibique Gloss. *in vers. terminos, de offic. legat.* Clemen. *Pastoralis, de sent. Excomm.* Sayr. *de Censur. lib. 1. cap. 6. num. 39. & seqq.* nec etiam ratione Delicti, quoniam etsi possit Episcopus non Subditum & suum effectum Subditum ratione Delicti excommunicare, tamen necesse est ut Delictum committatur in sua Diœcesi, & ut 4257
delinquens sit citatione præventus, antequam à sua jurisdictione discedat, *cap. Postulasti*, & ibi Gloss. *in verb. ratione delicti*, ac Panormit. *num. 7. & 8. de for. compet.* quod cùm nullo modo verificetur, consequens est ratione Delicti dictas Censuras non sustineri, ut optimè text. *in cap. 1. à princ. usque ad §. in eos, de Privil. in 6.* nec pariter ratione Personarum, tum quia Censuris innodati non erant subditi ipsius Episcopi, tum etiam quia inter eos fugerunt comprehensi duo Conversi Carthusiani, qui tanquàm exempti ab Ordinaria Jurisdictione, à dictis Censuris alligari nequibant, *cap. quanto 26. de Privileg.* Navarr. 4258
in Sum. Bullar. comment. 107. num. 1. ut dixit *Rota in Nullius seu Caputaquen. Jurisdictionis super Censuris*, *coram* Falconerio, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in Appendice, decis. 2. à num. 2. usque ad 6. pag. 174.*

1710. 21. Febr. —— Certo certiùs dictæ Censuræ ab 4260
Episcopo fulminatæ contra non Subditos corruunt, quia Episcopus non processit jure delegato, sed jure ordinario, & nihilominus indubitati juris est ipsum contra Regulares extra Claustra delinquentes (quatenus ab eorum Superiore infra terminum eis statu-

tum non puniantur) non aliter posse procedere, nisi tanquàm Sedis Apostolicæ delegatum, ex dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess. 6. cap. 3. cum aliis apud* Navar. *in Sum. Bullar. comment.* 107. *num. 2.* neque potest Episcopus hujusmodi defectum supplere præsidio illius Conclusionis, quod sibi sit à Jure permissum contra quoscumque turbantes suam jurisdictionem sive lædentes Ecclesiasticam Immunitatem, vim vi repellendo, etiam gladio spirituali uti, per text. *in cap. dilecto, de sent. Excomm. in 6.* quia duplici responsione objectum evertitur; altera, ex quo præviis citationibus & examine testium ac aliis judiciariis formalitatibus sententiam Excommunicationis promulgavit, quando in his circumstantiis non erat in sua potestate judicialiter procedere, cùm debuisset se gerere uti Pars & non uti Judex, ex doctrina Innoc. *in cap Venerabili, ante num. 5. de Censur.* imo hoc ipsum exprimere tenebatur juxta formulam traditam à Ricciul. *de Jur. Person. lib 4. cap. 61. num. 71. cum seq.* altera verò, quoniam tunc recensita Conclusio locum habet, quando Episcopus est in possessione Jurisdictionis, secùs autem si illa penes alium residet, dum sicuti sibi à Jure cautum est suam Jurisdictionem tueri, ita ab eodem Jure est ei vetitum alienam Jurisdictionem invadere, sive alterius possessionem perturbare, Innoc. *ut supra* & Ricciul. *d. cap. 62. num. 54. & seqq.* & ex eis prosequitur *Rota in d. Nullius seu Caputaquen. coram* eodem, *ibid. à num. 7. usque ad* 11.

1710. 21. Febr. —— Dictæ Censuræ ab Episcopo fulminatæ contra non Subditos corruunt etiam ex defectu Ordinis, cùm citatio contra assertos delinquentes non fuerit personaliter executa, & tamen cùm agatur de Excommunicatione, quæ est pœna omnium gravissima, requirebatur personalis citatio ad afficiendos citatos, eosque reddendos veros contumaces, Felin. *in cap. cùm sit Romana, num. 13. & 14. de appellat.* Sperell. *decis. 48. num. 3. & seqq.* quamvis enim hæc nullitas evitari credatur, vel quia non age-

agebatur de Censuris ab Homine referendis, sed de sola denunciatione Excommunicationis jam incursæ, sive quia non patèret tutus accessus, sive tandem quia per comparitionem dictus defectus fuit sanatus, cùm inde arguatur notitia citationis, quæ eundem effectum operetur, ac si ab initio ea fuisset legitimè executa, ad perpensa *in decis.* 48. *num.* 18. *& seqq. part.* 4. *tom* 2. *recent.* attamen in præsenti casu omnis umbra difficultatis removetur, attento quod per ipsam comparitionem circumducta remansit prima citatio, & proinde per edictum citati iterum erant ad singulos sequentes actus citandi, Gemin. *in cap. fin. de dolo, & contum.* Sperell. *d. decis.* 48. *numer.* 6. & ex eis prosequitur *Rota in d. Nullius seu Caputaquen. Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. sub num.* 12. *&* 13.

1710. 21. Febr. —— Cumulantur nullitates in Ordine quoad dictas Censuras ab Episcopo fulminatas contra non Subditos, propterea quod ante sententiam fuit allegata exemptio supradictorum Carthusianorum, & ulterius à quocunque actu contrario sive ab ulteriori processu fuit ad Sanctam Sedem appellatum, ideoque ex utraque causa nequibat Episcopus sententiam Excommunicationis proferre, prout de exemptione & præcipuè cum possessione privativæ jurisdictionis optimè Innoc. *in cap. Venerabili, sub num.* 4. *in fin. & num.* 5. *de Censur.* ibique Butr. *sub num.* 10. *vers. octavus Casus*, & de Censuris latis post appellationem, Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 22. *sub num.* 54. Farinacc. *Quæst. Crimin.* 101. *sub num.* 70. Gratian. *discept. forens. cap.* 17. *sub num.* 4. & 5. Cavalcan. *decis.* 33. *sub num.* 2. 44. & 50. *par.* 2. Ricc. *decis.* 103. *sub n.* 3. *lib.* 3. Sperell. *decis.* 48. *sub nu.* 7. *& seqq.* & quamvis non desint Doctores contrarii tenentes, nihilominus, vel loquuntur in terminis appellationis interpositæ à sententia Excommunicationis jam latæ, vel quando agitur de facto notorio vel de appellatione frivola & nulla in ea expressa causa, ut opiniones conciliando concordat Sperell. *d. decis.* 48. *sub num.* 58. *& seqq.* cum ibi relatis, prout prose- 4262

quitur *Rota in d. Nullius seu Caputaquen. Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. sub num.* 15. & 16.

1710. 21. Febr. —— Dictæ tandem Censuræ ab Epi- 4263
scopo fulminatæ contra non Subditos corruunt ex defectu Causæ, nam non constat supramemoratos Monachos Carthusianos perturbasse Jurisdictionem Episcopi, sed ejus Ministros invasisse Jurisdictionem Prioris Abbatis: idcircò licitè potuerunt Conversi Carthusiani, ac cæteri Ministri, & Homines Abbatiæ armis temporalibus tueri propriam ipsorum Superioris Jurisdictionem, *l.* 9. §. *eum igitur, ff. de vi, & vi armata, l.* 1. *Cod. unde vi*, & ad rem *cap. dilecto, de sentent. Excommunicat. in* 6. ibi: *Et quidem cùm liceat cuilibet suo vicino, vel proximo pro repellenda ipsius Iniuria suum impartiri auxilium: Imò si potest, & negligi videatur Injuriantem fovere, ac esse particeps ejus culpæ*; Ricciull. *de Jur. Person. lib.* 4. *cap.* 61. *sub num.* 1. *cum seqq.* tantoque magis, quia Ministris Episcopi obstiterunt uti Partes, & ideò potuerunt vim vi repellendo propriam Jurisdictionem defendere, Cavalcan. *decis.* 23. *sub num.* 99. & patet ex *decis.* 122. *sub num.* 4. *& seqq. par.* 15. *recent.* prout concludit *Rota in d. Nullius seu Caputaquen. Jurisdictionis coram* eodem, *ibid. sub num.* 17. & 18.

1710. 23. Jun. —— Manutentio Ecclesiis Parochiali- 4264
bus venit concedenda, quando Monasterium nunquam vigore Unionis ad sui favorem reportatæ ullos actus possessorios exercuit, quibus mediantibus acquisiverit possessionem Ecclesiæ, & ejus Reddituum ac Bonorum, sed hujusmodi possessio semper permansit apud Ecclesiam & ejus Parochos, & sic ad Unionis effectuationem nunquam fuerit deventum, mediante captura possessionis, sine qua non datur Unionis effectuatio, Turricell. *de Union. cap.* 14. *sub num.* 1. & 6. nullus autem actus possessorius pro Unione expletus esse potuit vivente ultimo Rectore semper fructus percipiente, quia durante vita Rectoris, Uniones effectum sortiri non solent, cùm intelligantur factæ sine ipsius Rectoris præjudicio,

Garz.

Garz. *de Benefic. par.* 12. *cap.*2. *num.* 214. Castropal. *Oper. Moral. tract.*13. *de Benefic. disput.*6. *punct.*2. *num.* 4265
23. Pax Jordan. *tom.*2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 32. *num.*87. *vers. & rationem*: Sequuto verò obitu Rectoris, & reclamantibus Parochianis ac fructibus sub sequestro positis, possessio tunc capi non potest ob vitium litigiosi, quod illam redderet nullam & attentatam, ideoque non manutenibilem, Lancellot. *de Attentat. par.*3. *cap.*31. *num.*184. *& seqq.* Posth. *de manuten. observat.* 48. *num.* 1. *& seqq.* & ex eis dixit *Rota in Constantien. Unionis super Manutentione coram* Crispo, *apud* Postium *de manutenen.* in novis. addit. *decis.*25. *sub num.*2. 4. *& 5. pag. mihi* 36.

1710. 23. Jun. —— Pro actu possessorio Ecclesiæ Parochialis Monasterio unitæ adnumerari non meretur Deputatio Vicarii facta per Abbatem & admissa per Curiam Episcopalem, quia solus actus Deputationis absque effectiva admissione non potest tribuere aliquam possessionem: nam licèt Abbas Vicarium designaverit, quando ille admissus tantùm fuit post motam litem, de isto solo actu Deputationis Vicarii nulla ratio haberi valet, dum ad sui perfectionem, & complementum exigit Ordinarii approbationem, Oldrad. *consil.*270. *sub num.* 2. Vivian. *de Jurepatron.* 4264
*lib.*5. *cap.*4. *num.* 6. minùs vis ulla constitui nequit in rescripto Signaturæ, quæ appellante Monasterio à Sententia super nullitate Unionis, rescripsit *de Appellatione, remotis Sequestris*, & vigore hujus rescripti Monasterium percepetit fructus post obitum Parochi sequestratos; quoniam hujusmodi fructuum perceptio cùm sequutâ fuerit vigore mandatorum Signaturæ & sic metu mandati, nullam tribuit possessionem manutenibilem, præsertim stantibus præservativis protestationibus amplissimè factis quorumcunque Jurium tam in petitorio quàm in possessorio, quæ eò magis possessionem constituunt non manutenibilem, Posth. *de manuten. observat.* 35. *à num.* 44. Marescot. *var. resolut. lib.* 1. *cap.*55. *num.*31. & ex 4265

eis prosequitur *Rota in d. Constantien. Unionis coram* eodem, *ibid. à num. 6. ad 9.*

1710. 27. Jun. —— Cùm agatur de Parochiis sæcularibus, in quibus Regulares habent Juspatronatus seu præsentandi, ratione concessionis seu Unionis, Jus assistit Episcopo instituendi in eisdem Parochiis Presbyteros perpetuos & Sæculares ad præsentationem Regularium, nec tenetur admittere Regulares, ad text. *in cap. 1. de Capell. Monach. & in cap. unic. de Capell. Monach. in 6.* Butr. *in d. cap. 1. sub num. 1.* & ibidem Barbosa *sub num. 1.* Joan. Andr. *sub num. 2.* Hostien. *num. 1. vers. sed Capellanus*, Fagnan. *in cap. ex parte, num. 11. de offic. Vicar.* Fulch. *de Visit. lib. 2. cap. 16. num. 1.* Rodriquez *Quæst. Regular. tom. 1. quæst. 34. artic. 4.* qua posita Juris assistentia, concedenda est manutentio favore Episcopi, nisi aliàs doceant Regulares se esse in quasi possessione præsentandi: & fortiùs, si ultra assistentiam Juris, resultet etiam quasi possessio Episcopi, Posth. *de manuten. observat. 45. sub num. 38.* idque etiamsi adesset Breve Pontificium concedens facultatem præsentandi Regulares, stante non usu per spatium triginta vel quadraginta annorum, ad text. *in cap. qui de terra, & in cap. accedentibus, de Privileg.* Tondut. *Quæst. Benef. cap. 61. num. 13. & seqq.* Frances *de Eccles. Cathedr. cap. 30. num. 283.* Noguerol. *Alleg. Jur. 39. sub num. 39.* & ex eis dixit *Rota in Brixinen. Jurisdictionis coram* Kaunitz, *apud* Postium *de manuten.* in novis. addit. *decis. 20. num. 1. 2. 4. & 11. pag. mihi 30.* 4266

1710. 25. Sept. —— Excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurrunt Regulares, aliæque quæcunque Sæculares Personæ tam Ecclesiasticæ quàm Laicæ, cujuscunque conditionis existant, si audeant sub quovis prætextu imprimere, vel quoquo modo in lucem edere Libros, Libellos, Relationes, Theses, Folia, seu Scripta quæcunque, in quibus ex professo vel incidenter de Ritibus Sinicis vel de Controversiis desuper seu illorum occasione exortis quomodo- 4267

modolibet tractetur, sine expressa & speciali licentia Summi Pontificis in Congregatione Sanctæ & Universalis Inquisitionis obtinenda, prout decrevit *Congregatio Inquisitionis coram* Clemente XI. *in Folio Romæ impresso, typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ*, deinde *inserto in Indice Librorum prohibitorum novissimo*. ¶ Vide supra 1704. 20. Nov. & infra 1715. 19. Mar. 4266

1711. 10. Jan. —— Superior Regularis Monasterii Monialium sibi subjectarum non potest ingredi Claustra prædicti Monasterii post electionem Abbatissæ, ad peragendam exhortationem & publicandam novæ Abbatissæ electionem Conventui, prout declaravit atque respondit *Congregatio Concil. in Salisburgen. Clausuræ apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 15. Martini V. sub num. 3. pag. mihi* 478. ¶ Hoc Decretum habetur etiam in novissimis meis Additionibus ad Lantusca *in Theatro Regular. in fine Operis. Decreto* 75. *pag. ult.* 847. 4268

1711. 23. Febr. —— Certis Monialibus è Regularium cura exemptis & Episcoporum gubernio subjectis conceditur, ut frui valeant omnibus Indulgentiis, ac si essent subjectæ adhuc Regularibus, prout frui posse concedit *Clemens XI. apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 4. circa Constitut. 28. Eugenii IV. sub num. 6. pag. mihi* 573. 4269

1712. 26. Febr. —— Statim ac quis legitimè & juridicè à Religione discessit ante Professionem, per quoddam jus postliminii illico redit ad Bona usque ab initio dimissa ac etiam renunciata, quasi per resolutionem subintellectæ illius conditionis, nempè, *si & dummodò Professio sequatur*, quemadmodum in præcisis terminis cujusdam ingressi in Religionem latè & punctualiter comprobat Donat. Ant. de Marinis *lib. 2. resol. quotid. cap. 195.* Gratian. *discept. forens. cap. 96. num. 12.* ibique de Luca *sub num. 10.* reservatio autem certi Livelli facta per Religiosum donantem in casu quo Professionem emitteret, osten- 4270

dit donationem non fuisse perfectam, sed conditionalem, nempè quatenus Professio sequeretur: fructus igitur Bonorum Paternorum restituendorum ei, qui ante Professionem discessit à Religione, sunt taxandi ad rationem scutorum quatuor pro centenario, ut probat *Rota in Albanen. Manutentionis coram* Ansaldo, *apud* Postium *de manuten.* in novis. addit. *decis. 3. num. 4. 8. & 10. pag. mihi 3.*

1713. 2. Mar. —— Procurator Monasterii sine speciali mandato non potest illi præjudicare, ut reflectunt Merlin. Pignat. *centur. 2. contrar. cap. 97. sub numer. 17.* Posth. *de manuten. observ. 57. sub num. 71.* Balducc. ad Ramon. *volum. 4. in fine, decis. 13. sub num. 13. & seqq.* & iterum *decis. 14. sub num. 5. cum seqq.* & ex eis dixit *Rota in Florentina Redintegrationis, apud* Palmam Nepot. *decis. Luc. tom. 5. decis. 466. sub num. 24. pag. mihi 254.* 4171

1713. 11. Jun. —— Sanctum Pium Quintum Summum Pontificem, ex Ordine Prædicatorum assumptum, in Sanctorum Pontificum Confessorum numerum refert, ejusque Festum die quinta Maii celebrari mandat *Clemens XI.* ¶ Officium hujus Sancti, quod aliquibus in locis concessum reperiebatur, ad Ecclesiam universalem sub ritu semiduplici & cum Oratione propria extendit idem Pontifex anno 1714. 17. Februarii. 4172

1713. 11. Jun. —— Sanctum Felicem à Cantalicio, Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum Laicum Professum, in Sanctorum Confessorum numerum refert, ejusque Festum die decima octava Maii celebrari mandat *Clemens XI.* 4173

1713. 11. Jun. —— Sanctum Andream Avellinum, Ordinis Clericorum Regularium Theatinorum Professorem, in Sanctorum Confessorum numerum refert, ejusque Festum die decima Novembris celebrari mandat *Clemens XI.* 4174

1713. 11. Jun. —— Sanctam Catharinam de Bononia, Ordinis S. Claræ Monialem Professam, in Sanctarum Virginum numerum refert, ejusque Festum 4175

ſtum undecima Martii celebrari mandat *Clemens XI.*

1714. 2. Sept. —— Duo Decreta Congregationis Sacrorum Rituum emanata anno 1709. 7. Septembris & anno 1713. 28. Januarii ſuper Cultu immemorabili S. Liberati de Lauro Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum de Provincia Marchiæ (in qua adeſt Conventus cum Eccleſia ſub dicti Sancti titulo erecta & ejuſdem Oſſa aſſervante in Diœceſi Camerinenſi) approbat & confirmat, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur (ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Rituum adiicit *Clemens XI. in Conſtitut. quæ incipit* Aliàs, & nuper, *in Folio Romæ impreſſo, typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ*, & refert etiam Julius de Venetiis *in Chronologia Hiſtorico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 318. 4276

1713. 9. Dec. —— Si Servus Dei, de quo agatur Cauſa Beatificationis vel Canonizationis apud Sanctam Sedem, aut qui à Summo Pontifice fuerit Beatificatus vel Canonizatus, ſit ex Obſervantia, & mortuus ſit Filius alicujus Provinciæ vel Cuſtodiæ Obſervantis, tam in Actis Cauſæ quàm in Picturis, Sculpturis, Laminis, Libris, Scripturis, Elogiis, & Foliis, ac Locis quibuſcumque exprimatur quod eſt Ordinis Minorum de Obſervantia: ſi verò fuerit ex Reformatis Ultramontanæ Familiæ, explicetur quod eſt Strictioris Obſervantiæ vel Minorum Obſervantium Reformatorum: ſin autem fuerit ex Diſcalceatis vel Recollectis Ciſmontanæ Familiæ, dicatur Ordinis Minorum Obſervantium Diſcalceatorum vel Recollectorum, quod etiam addatur ſi dicatur Strictioris Obſervantiæ, ita ut nunquam particularis ſtatus, in quo mortuus eſt Sanctus (ſive ſit Obſervantiæ, ſive Reformatorum, ſive Diſcalceatorum, ſive Recolletorum) taceatur, aut ſtatus cum ſtatu confundatur: Hoc autem ſtatutum à Diffinitorio Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci emanatum benignè confirmavit, & contra ejuſdem Tranſgreſſores ſub pœna privationis vocis acti- 4277

activæ & passivæ procedi posse decrevit *Congregatio Rit. apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 328.

1713. 9. Dec. —— Solemnitas Festi Beatificationis aut Canonizationis Servi Dei ad totum Corpus Observantiæ pertinentis, & Processio in ea fieri solita, prius fiat à Conventu illius membri, cujus Servus Dei (dum viveret) portio fuerat, videlicet Reformatorum si mortuus esset Reformatus, Observantium si Observans, Discalceatorum aut Recollectorum si Discalceatus vel Recollectus in Cœlum migraverit: Et si plures fuerint ejusdem membri Conventus, prius fiat à principaliori, deinde liberum sit cœteris etiam alterius membri etiam eodem tempore cum aliis Conventibus (non tamen cum principaliori prædicti membri, ad quod Sanctus immediatiùs pertinet) eam celebrare Solemnitatem: Ad Processionem autem, quæ à principaliori prædicto Conventu fiet, aliorum Conventuum Communitates concurrere teneantur, & sub privatione Officii & vocis activæ ac passivæ per triennium omnino conveniant Prælati cum suis Familiis: Si verò in Loco non extiterit Conventus immediatioris Instituti illius novi Sancti, Solemnitas & Processio, cui omnes alii in Loco vel Civitate coexistentes Conventus interesse sub iisdem pœnis teneantur, fiat primò in Conventu Ordinis Antiquiori, ex quocunque membro Observantiæ sit, dummodo in omnibus Imaginibus, Libris, & Foliis exprimatur, cujus membri de Corpore Observantiæ Sanctus ille vel Beatus in sua pretiosa morte Filius fuerit: Hoc autem residuum Decreti à dicto Diffinitorio Generali emanati benignè confirmavit, & contra Transgressores sub pœna privationis vocis activæ & passivæ procedi posse decrevit *Congregatio Rit. apud* eundem, *ibidem*. 4178

1714. 30. Maii. —— Provinciales, Vicarii Generales, & Priores Conventuum Ordinis Fratrum Prædicatorum excitantur ad coadjuvandum Patrem Ru- 4179

Ruviere electum ad constructionem Annalium Religionis Dominicanæ, extrahendo ex eorum Archiviis Fundationes Monasteriorum, Summorum Pontificum Bullas, Episcoporum Litteras, & alia, quæ sub septem capitibus describenda recenset *Antoninus Cloche Generalis ejusdem Ordinis in Littera Circulari*, quam per extensum refert Liber Italicè conscriptus, cui titulus, *Giornale de Letterati d' Italia, tom. 19. artic. 14. pag. 430.*

1714. 4. Dec. —— Leo Decimus anno 1515. 10. Julii concedit omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui per & super Rosaria seu Coronas S. Birgittæ devotè oraverint, pro qualibet Oratione Dominica centum dies, & totidem pro Salutatione Angelica, & pro quolibet Symbolo etiam centum dies Indulgentiarum: nec non pro quolibet Psalterio (id est Rosario aut Corona quindecim Decadum Beatæ MARIÆ Virginis) septem annos & totidem quadragenas: Clemens verò Undecimus anno 1714. 22. Septembris concedit dictis Christifidelibus confessis & Sacra Communione refectis ac pro Christianorum Principum concordia & Hæresum extirpatione atque Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione orantibus, qui quotidie per integrum annum Coronam S. Birgittæ (dummodo sit saltem quinque Decadum) recitaverint, semel in anno die per unumquemque Christifidelem eligenda Plenariam Indulgentiam omnium peccatorum, cum facultate etiam eandem Plenariam Indulgentiam applicandi Animabus in Purgatorio existentibus: Ad lucrandum tamen hujusmodi Indulgentias requiritur, ut Coronæ à Patribus Superioribus Monasteriorum aut ab aliis Religiosis Ordinis Ss. Salvatoris seu S. Birgittæ ad id specialiter deputatis sint benedictæ: Impressionem autem præsentis Summarii Indulgentiarum concessarum Coronis, quas vocant S. Birgittæ (addita declaratione, quod omnes aliæ Indulgentiæ, quæ in præsenti Summario non continentur, sunt aut apochryphæ aut nullæ aut à Clemente Undeci-

decimo revocatæ) permitti posse censuit, & ne hujusmodi Coronæ vendantur aut alteri commodentur prohibet, & si secus fiat, supradictas Indulgentias cessare declarat *Congregatio Indulgentiar. in Folio Romæ impresso, typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ.*

1715. 19. Mar. —— Cùm Deus Optimus Maximus congruè apud Sinas vocabulis Europæis exprimi nequeat: ad eundem verum Deum significandum, vocabulum *Tien Chu*, hoc est, Cœli Dominus, quod à Sinensibus Missionariis, & Fidelibus longo, ac probato usu receptum esse dignoscitur, admittendum est: Nomina verò *Tien* Cœlum, & *Xang Ti* Supremus Imperator, penitus reiicienda: Idcirco Tabellas cum inscriptione Sinica *King Tien* Cœlum colito, in Ecclesiis Christianorum appendi seu jam appensas in posterum inibi retineri permittendum non est: Ad hæc nullatenus, nullaque de causa permittendum est Christifidelibus, quod præsint, ministrent, aut interfint solemnibus Sacrificiis seu Oblationibus, quæ à Sinensibus in utroque Æquinoctio cujuscunque Anni Confucio & Progenitoribus defunctis fieri solent, tanquàm superstitione imbutis; Similiter non est permittendum, quod in Ædibus Confucii, quæ Sinico nomine *Miao* appellantur, iidem Christifideles exerceant ac peragant Cæremonias & Ritus ac Oblationes, quæ in honorem ejusdem Confucii fiunt, tum singulis mensibus in Novilunio & Plenilunio à Mandarinis seu primariis Magistratibus ac aliis Officialibus & Literatis: tum ab iisdem Mandarinis seu Gubernatoribus ac Magistratibus antequam dignitatem adeant seu saltem post ejusdem possessionem adeptam: tum denique à Literatis, qui postquàm ad gradus sunt admissi, è vestigio ad Templum seu Ædem Confucii se conferunt. *Clemens XI. In Libello Romæ impresso, typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ.* ¶ Vide supra 1704. 20. Nov. & 1710. 25. Sept. 4181

1710. 19. Mar. —— Præterea non est permittendum Christianis in Templis seu Ædibus Progenitoribus dicatis 4181

dicatis Oblationes minus ſolemnes eiſdem facere, nec in illis miniſtrare aut quomodolibet inſervire, vel alios Ritus & Cœremonias peragere: Item non eſt permittendum præfatis Chriſtianis Oblationes & Ritus ac Cœremonias hujuſmodi coram Progenitorum Tabellis in privatis Domibus, ſive in eorundem Progenitorum Sepulchris, ſive antequàm Defuncti Sepulturæ tradantur, in eorum honorem fieri conſuetas, unà cum Gentilibus, vel ſeorſim ab illis peragere, eiſque miniſtrare aut intereſſe; imò prædicta omnia, utpotè quæ, perpenſis hinc inde deductis, necnon diligenter ac maturè diſcuſſis omnibus, ita peragi comperta ſunt, ut à ſuperſtitione ſeparari nequeant, Chriſtianæ Legis cultoribus ne quidem permittenda ſunt præmiſſa publica vel ſecreta proteſtatione ſe non religioſo, ſed civili ac politico tantùm cultu erga Defunctos illa præſtare, nec ab eis quidquam petere aut ſperare. *Clemens XI. In dicto Libello Romæ impreſſo, typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.*

1715. 19. Mar. —— Non tamen per prædicta cenſenda eſt damnata præſentia illa ſeu aſſiſtentia merè materialis, quam cum Gentilibus ſuperſtitioſa peragentibus, citra ullam ſive expreſſam ſive tacitam geſtorum approbationem, ac quovis Miniſterio penitus ſecluſo, eiſdem ſuperſtitioſis actibus quandoque præſtari contingat à Chriſtianis, cùm aliter odia & inimicitiæ vitari non poſſint: facta tamen prius, ſi commodè fieri poterit, Fidei proteſtatione, ac ceſſante periculo ſubverſionis: Demùm permittendum non eſt Chriſtifidelibus Tabellas Defunctorum Progenitorum in ſuis privatis Domibus retinère juxta illarum partium morem, hoc eſt, cum Inſcriptione Sinica, qua Thronus ſeu Sedes ſpiritus vel Animæ N. ſignificetur; imo nec cum alia, qua Sedes ſeu Thronus, adeoque idem, ac priori, licèt magis contracta inſcriptione, deſignari videatur: Quo verò ad Tabellas ſolo Defuncti nomine inſcriptas, tolerari poteſt illarum uſus, dummodò in 4283

eis

eis conficiendis omittantur omnia quæ ſuperſtitionem redolent, & ſecluſo ſcandalo, hoc eſt, dummodò qui Chriſtiani non ſunt, arbitrari non poſſint Tabellas hujuſmodi à Chriſtianis retineri ea mente qua ipſi illas retinent, nec non adjecta inſuper declaratione ad latus ipſarum Tabellarum apponenda, qua & quæ ſit Chriſtianorum de Defunctis fides, & qualis Filiorum ac Nepotum in Progenitores pietas eſſe debeat, enuncietur. *Clemens XI. In dicto Libello Romæ impreſſo, typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.*

1715. 19. Mar. —— Per præmiſſa nihilominus non 4184
vitatur, quominus erga Defunctos peragi poſſint alia, ſi quæ ſint, ab iis Gentibus peragi conſueta, quæ verè ſuperſtitioſa non ſint, nec ſuperſtitionis ſpeciem præſeferant, ſed intra limites civilium & politicorum Rituum contineantur: Porrò quænam hæc ſint, & quibus adhibitis cautelis tolerari valeant, tum pro tempore exiſtentis Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis Apoſtolici, ſeu ejus vices exercentis in Imperio Sinarum, tum Epiſcoporum & Vicariorum Apoſtolicorum illarum partium judicio relinquendum eſt; qui tamen interea omni, quo poterunt, ſtudio ac diligentia curare debebunt, ut Gentium Cœremoniis penitus ſublatis, illi ſenſim à Chriſtianis & pro Chriſtianis hac in re uſu recipiantur Ritus, quos Catholica Eccleſia pro Defunctis piè præſcripſit. *Clemens XI. in dicto Libello Romæ impreſſo, typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.*

1715. 19. Mar. —— Omnibus & ſingulis Archie- 4185
piſcopis & Epiſcopis in ſupradicto Sinarum Imperio, aliiſque ei conterminis ſive adjacentibus Regnis ac Provinciis nunc & pro tempore quandocunque exiſtentibus, ſub ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalium, & Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ: eorum verò Officialibus ac Vicariis in ſpiritualibus Generalibus, aliiſque illorum Locorum Ordinariis, ac etiam Vicariis Apoſtolicis, qui Epiſcopi non ſint, eorumve Provicariis, necnon Miſſionariis

riis tam Sæcularibus, quàm cujusvis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, etiam JESU, Regularibus, sub Excommunicationis latæ sententiæ, à qua nemo à quoquam, præterquàm à Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolvi possit: & quoad Regulares etiam privationis vocis activæ & passivæ pœnis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrendis præcipitur, ac in virtute sanctæ obedientiæ mandatur, ut Responsa præinserta, omniaque & singula in eis contenta exactè, 4284
integrè, absolutè, inviolabiliter, & inconcussè observent, ac ab eis, quorum cura ad illos spectat, observari, quantum in ipsis est, curent & faciant; Neque illis sive ullo ex superiùs expressis, sive alio quovis titulo, causa, occasione, colore, vel prætextu contravenire quoquo modo audeant vel præsumant. *Clemens XI. in dicto Libello Romæ impresso, typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ.*

1715. 19. Mar. —— Sub eisdem Excommunicatio- 4286
nis reservatæ ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis ordinatur, ut omnes & singuli Ecclesiastici tam Sæculares, quàm prædictorum Ordinum, Congregationum, Institutorum, & Societatum, etiam JESU, Regulares, ad Sinas, aliave præfata Regna & Provincias sive à Sancta Sede sive etiam ab eorum Superioribus mittendi, antequàm ibidem aliquod Missionarii munus exercere incipiant, Juramentum de fideliter, integrè, ac inviolabiliter observando ejusmodi Præcepto ac Mandato Pontificio præstare omninò debeant juxta formulam sequentem, scilicet -- *Ego N. Missionarius ad Sinas, vel ad Regnum N. vel ad Provinciam N. à Sede Apostolica, vel à Superioribus meis juxta facultates eis à Sede Apostolica concessas missus vel destinatus, Præcepto ac Mandato Apostolico super Ritibus & Cæremoniis Sinensibus in Constitutione Sanctissimi Domini Nostri CLEMENTIS Divina Providentia Papæ XI. hac de re edita, qua præsentis Juramenti formula prascripta est,* con-

contento, ac mihi per integram ejusdem Constitutionis lecturam optimè noto, plenè ac fideliter parebo, illudque exactè, absolutè, ac inviolabiliter observabo, & absque ulla tergiversatione adimplebo: Si autem (quod DEUS avertat) quoquo modo contravenerim, toties quoties id evenerit, pœnis per prædictam Constitutionem impositis me subjectam agnosco & declaro: Ita tactis Sacrosanctis Evangeliis promitto, voveo, & juro: Sic me DEUS adjuvet, & hæc Sancta DEI Evangelia. — Ego N. manu propria. Clemens XI. in dicto Libello Romæ impresso, typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

1715. 19. Mar. — Prædictum Juramentum in manibus Commissarii, & Visitatoris Apostolici in præfato Imperio Sinarum pro tempore existentis, vel alterius ab illo deputati, sive eo deficiente, in manibus Episcoporum vel Vicariorum Apostolicorum dictarum partium, in quorum respectivè jurisdictione commorabuntur, aut aliorum ab eis deputatorum: Regulares verò in manibus insuper Superiorum suæ Religionis, vel ab illis deputatorum in eisdem partibus existentium, præstare omninò debeant & teneantur: ita ut ante præstationem Juramenti hujusmodi, & subscriptionem sub eadem formula ab unoquoque, qui Juramentum ipsum præstiterit, propria manu faciendam, nullum Missionarii munus continuare aut exercère, imò nec tanquàm deputati ab Episcopis seu Ordinariis locorum, aut tanquàm simplices suæ Religionis Presbyteri, sive alio quovis titulo, causa, seu privilegio, de quibus expressa & specialis ac specialissima esset facienda mentio, Christifidelium Confessiones audire, concionari, aut Sacramenta quomodolibet administrare ullo modo valeant, nullisque omninò facultatibus, sive sibi speciatim, sive suis respectivè Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam JESU, hujusmodi generaliter à Sede Apostolica concessis uti possint, sed quoad eos, præter & ultra superiùs expressas pœnas, omnes 4287

nes & singulæ facultates prædictæ omninò cessent. *Clemens XI. in dicto Libello Romæ impresso, typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ.*

1715. 19. Mar. —— Omnia Juramenta prædicta per quoscunque Missionarios tam Sæculares quàm Regulares in memoratorum sive Commissarii, & Visitatoris Apostolici pro tempore existentis, sive Episcoporum aut Vicariorum Apostolicorum manibus præstanda, postquàm subcriptione monita fuerint, vel saltem authentica illorum exempla per eosdem Commissarium, & Visitatorem Apostolicum pro tempore existentem, vel Episcopos & Vicarios Apostolicos ad Congregationem Cardinalium in tota Republica Christiana Generalium Inquisitorum adversus hæreticam pravitatem, quanto citiùs fieri poterit, transmittantur: Superiores verò Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, etiam JESU, illic pro tempore existentes sub eisdem pœnis teneantur non solùm idem Juramentum in præfatorum sive Commissarii, & Visitatoris Apostolici pro tempore existentis, sive Episcoporum aut Vicariorum Apostolicorum manibus, juxta modum supra præscriptum, præstare, ejusque formulæ subscribere, sed etiam illius præstationem à suis respectivè Subditis exigere, ac authentica ea super re documenta quamprimùm transmittere ad suos respectivè Superiores Generales, qui illa memoratæ Congregationi Cardinalium statim tradere debebunt. *Clemens XI. in dicto Libello Romæ impresso, typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ.* 4288

1715. 10. Maii. —— Transferuntur in Monasterium successiones, quæ ejus Religioso contingunt, Merlin. *de legitim. decis. 47. sub num. 3. & 4.* quæ etiam habetur *par. 12. recent. decis. 168. sub num. 3.* ut ex eis dixit *Rota in Romana Legitimæ coram* Foscaro, *apud* Palmam Nepot. *decis. tom. 5. decis. 479. sub num. 7. pag. mihi* 330. etiam ex aliis duabus præcedentibus Decisionibus, scilicet coram Cavalerio *decis.* 386. 4289

sub num. 1. *& seqq.* ac coram Scotto *in Perusina Immissionis.*

1715. 13. Sept. — Ad hoc ut donatio dicatur ac- 4290
ceptata per Monasterium, sufficit quod eidem præ-
sens fuerit unus vel alter ejusdem Monasterii Reli-
giosus, Joseph Ludovic. *decis. Perus.* 29. *sub num.* 8.
Card. de Luc *de Donat. disc.* 14. *sub num.* 13. Jov: *de*
solemnit. tom. 2. *in fine decis.* 79. *sub num.* 4. nec obstat,
quod ubi agitur de Donatione onerosa, veluti de
onere perpetuo celebrationis Missarum Regulari-
bus donatariis injuncto à Donatoribus, requiratur
acceptatio expressa, ut firmant *plures Decisiones*, &
quod ideo non sufficiat præsentia & interventus
unius vel alterius Religiosi, ut remanere possit obli-
gatum Monasterium, sed acceptatio debeat esse fa-
cta à Patribus Capitulariter congregatis d. Jov. *ibid.*
sub num. 5. nam cùm formalis etiam Patrum acceptatio probari possit per præsumptiones & conjecturas,
ut in specie notat Card. de Luc. *loc. citat. vers. & de-*
mùm quarta, satis hoc modo probata dici videtur ex
Donationis descriptione & registratione facta in eo-
rum Libris per Officiales ad id deputatos, cùm ita
per eam probetur Bona donata fuisse Ecclesiæ incor-
porata, quod est consequens necessarium ipsius ac-
ceptationis, Urceol. *de transact. quæst.* 24. *sub num.*
30. prout dixit *Rota in Marredien. Donationis*, *apud*
Palmam *decis. Luc. tom.* 5. *decis.* 435. *sub num.* 41. 47.
48. *&* 45.

1716. 27. Jan. — Si licentia à Magno Magistro 4291
Sacræ Religionis Hierosolymitanæ data alicui E-
quiti sit limitata ad Bona & circa Bona Patrimo-
nialia tantùm, nec in se syllabam contineat quæ spi-
ret comprehensionem Bonorum extra patrimonia-
lium & ex propria industria acquisitorum; stante
hujusmodi restrictiva feriente dicta Bona Patrimo-
nialia, illa scilicet quæ provenerunt ex hæreditate
vel successione aut ex legato, & virtualiter cœtera
omnia excludente, nemo non cogitur fateri Ma-
gnum Magistrum præstando suum assensum aucto-

rizati-

rizativum & reintegrativum facultatis testandi, quam aliquis Eques per assumptionem Habitus amiserat, licentiam & facultatem restrinxisse ad Bona Patrimonialia dumtaxat, ex connotatis per Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 8. num. 16.* Gratian. *disceptat. 363. sub num. 24.* Sperell. *decis. 21. sub num. 41.* & ex eis dixit *Rota in Recanaten. Bonorum super Bonis extra patrimonialibus coram* Ansaldo, *apud* Palmam Nepot. *decis. tom. 5. decis. 469. num. 1. pag. mihi* 294.

1716. 27. Jan. —— Quamvis perspicua appareat dicta interpretatio quoad licentiam testandi à dicto Magno Magistro concessa Equiti Hierosolymitano, apertior nihilominus reputatur, tum ex quo talis licentia est exorbitans à Jure, veluti habilitans Professum in Religione ad testandum; propter quod præcisè receptum est illam esse strictè interpretandam, juxta notata per Petram *ad Constit. Benedicti XII. sect. 1. num. 18. tom. 4. fol. 153.* tum & exulare videtur omnis trepidatio, quia non pendet à libera voluntate Magni Magistri magis vel minus amplam concedere alienandi aut disponendi facultatem, dum idem Magnus Magister totam suam auctoritatem circa tales licentias desumit vel à Decreto Capituli generalis, quod cantat de solis & nudis Bonis Patrimonialibus, vel à Statuto *in cap. 10. sub titulo de Magno Magistro*, unde regulando voluntatem à potestate, juxta text. *in l. Lucius 21. §. Imperator, ff. ad municip.* necesse videtur asserere, quod ipse non indulgeat rehabilitationem Equiti, nisi ad alienandum & disponendum de Bonis Patrimonialibus, idque est quod concedere potest, & præsumitur, per ea quæ ponderant DD. citati à *Rota in d. Recanaten. Bonorum coram* eod. *ibid. sub num. 2. 3. & 4.* 4292 4291

1716. 3. Febr. —— Cùm Episcopus in Ecclesiis Regularibus non valeat visitare, nisi quoad concernentia Curam Animarum cumulativè cum Abbate, nullatenus autem se ingerere in aliis illam non respicientibus, uti ad jus privativum visitandi Abbatis 4293

spectantibus, prout illam non respiciunt Libri & rationes Fabricæ Ecclesiæ, ut testantur Fagnan. *in cap. grave, de offic. ordin. num.* 18. Murga *de Benefic. quæst.* 2. *num.* 134. & 135. Peyrin. *ad Constit.* 2. *Sixti IV.* §. 10. *num.* 18. Pignatel. *consult.* 39. *num.* 6. *tom.* 10. in necessarium consequens emergit, quod Abbas suo privativo jure & sua possessione fretus, idem jus tuendo, & eandem possessionem continuando, præcavère utique potest, ne Libri & rationes Curam Animarum minimè tangentes proferantur Episcopo nullum deluper jus visitandi habenti, sed ipsius Abbati jus privativum & possessionem turbanti, juxta Gloss. *in cap. non, de solum appellat. in* 6. & probant Paris. *cons. ult. lib.* 4. *num.* 147. Lancellott. *de attentat. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *& seqq.* & ex eis dixit *Rota in Burgen. Visitationis super Attentatis coram* Althann, *apud* Palmam Nepot. *decis. Luc. tom.* 5. *decis.* 468. *sub num.* 5. *& 6. pag. mihi* 292.

1616. 16. Febr. —— Confratres manutenendi sunt in possessione retinendi Imaginem Beatæ MARIÆ Virginis in Capella, ubi recitant Rosarium & alia peragunt Pietatis officia, quamvis Capella sit intra Ecclesiam Regularium, præsertim si appareat quod Altare sit tanquam proprium Confraternitatis, ab ipsa extet ornatum & Sacra Suppellectili instructum, cum retentione etiam Lampadis & celebratione Festivitatum ac deputatione Sacristæ Laici & Confratris, aliisque actibus verum dominii exercitium præseferentibus, non dubium esse non potest, quod verificato hoc possessionis extremo, ad ejus tramites ipsi veniat concedenda manutentio, ut ad rem tradunt Tondut. *Resolut. Benefic. par.* 1. *cap.* 63. *num.* 2. Bichius *decis.* 542. *sub numer.* 1. & eo facilius conceditur manutentio, quotiescunque etiam concurrat justa & rationabilis Divinæ Pietatis sive Religionis ratio, eo quod Imago devota sit Miraculis clara cum assueta Populi veneratione ex deductis per Butr. *in cap. cùm olim, num.* 15. *de consuetud.* Francos. *var. resolut. cap.* 16. *num.* 209. *& seq.* Tranchedin. 4194

din. *consult.* 39. *num.* 25. Imaginis verò novæ Appositio loco veteris diminuit potius, quàm augeat Cultum Divinum, ut appositè notant Genuen. *in Prax. Cur. Neapol. cap.* 100. *num.* 8. & Pignatel. *consult.* 8. *num.* 3. *tom.* 4. ac propterea cùm hujusmodi actus expositionis Imaginis à Regularibus factus sit prorsus inconveniens ac verè turbativus, nullo sanè numero haberi meretur ad inducendum statum obstativum antiquæ possessioni à Confratribus acquisitæ, per quod manutentio ad illius statum debita præpediatur, Cancer. *var. resol. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 95. Posth. *de manuten. observat.* 17. *num.* 44. *& seqq.* & ex eis dixit *Rota in Cæsenaten. Manutentionis coram* Crispo, *apud* Postium *de manuten.* in novis. addit. *decis.* 27. *num.* 1. 2. 8. *& 9. pag.* 39.

1716. 14. Febr. —— Cessa à Canonicis Regularibus Lateranensibus S. Petri ad Aram Ecclesia Parochiali S. MARIÆ in Cosmedin ad favorem Clericorum Regularium S. Pauli, cum onere annuæ præstationis septuaginta ducatorum, manutentio in possessione exigendi dictas annuas præstationes impediri non potest prætextu diminutionis causæ correspectivæ, ob quam solutio asseritur promissa, quando plures adsunt expressæ causæ in contractu, addita clausula *nec alia, aliter, nec alio modo*, prout dixit & firmavit *Rota in Neapolitana Manutentionis coram* Cerro, *apud* Postium *de manuten.* in noviss. addit. *decis.* 69. *per tot. pag. mihi* 93. 4295

1716. 3. Oct. —— Antonium Blanch Fratrem expressè professum Provinciæ Terræ Laboris Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, Sacræ Theologiæ Lectorem & Ex-Provincialem, nec non Tribunalis Nunciaturæ Apostolicæ Hispaniarum Theologum & dicti Ordinis Secretarium Generalem, inter Patres, qui Commissarii Generales Ordinis hujusmodi extiterunt, connumerat, eique omnia & singula Privilegia ad Ex-Commissarios Generales quomodolibet spectantia concedit *Clemens XI. in Constitut. qua incipit* Religionis zelus, *apud* Julium 4296

de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 333.

1716. 3. Oct. —— Officium Ss. Rosarii Beatæ MARIÆ Virginis à S. Dominico Ordinis Prædicatorum Fundatore instituti, quod Gregorius Decimustertius in memoriam Turcarum Classis non longè à Corinthiaco Sinu penitus devictæ die septimâ Octobris tunc prima Dominica ejusdem Mensis dicto Ss. Rosario dicata concessit (prout supra anno 1573. 1. Apr.) singulis annis pro Ecclesiis tantùm Altare seu Capellam ejusdem Ss. Rosarii habentibus sub ritu duplici majori, ad Ecclesiam universalem ob insignem Victoriam ab Exercitu Caroli Sexti Imperatoris itidem de Turcis in Hungaria hoc anno relatam in Festo S. MARIÆ ad Nives, ac ob Corcyram ab immanissima eorundem Turcarum oppugnatione feliciter liberatam in Octava Festi Assumptionis Ss. Virginis prædictæ dicti Anni extendit *Clemens XI. in Constitut. quæ incipit* Cùm aliàs, *in Folio Romæ impresso, typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ.* 4297

1717. 29. Maii. —— Omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis, qui Ecclesias Fratrum Ordinis Servorum Beatæ MARIÆ Virginis ubique existentes, seu earum aliquam Feria sexta post Dominicam Passionis, à primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi, singulis annis devotè visitaverint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem (præsentibus ad septennium tantùm valituris) misericorditer in Domino concedit *Clemens XI. in Constit. quæ incipit* Ad augendam, *in folio Romæ impresso typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ.* 4298

1717. 13. Jul. —— Sacra Congregatio Indicis duos sequentes damnavit Libros, quorum alteri est titulus: *Commentarius Theologico-Juridico-Historicus in Regulam S. P. N. Augustini, &c. Authore D. Augustino Erath, &c. Viennæ Austriæ* 1689. Alteri verò: *Antilogia* 4299

logia, seu Juridico-Historica Defensio, & Responsio ad Præjudicia Ecclesiastica Hierarchiæ Clero specialiter Cathedrali, & Ordini D. Benedicti illata à D. Augustino Erath Can. Regular. Ord. S. Augustini, &c. studio, & opera Don Eusebii Carlymmesshin Castroferrariensis. Viennæ Austriæ 1715. Et ne scandala, quæ ex non inutilibus modò, sed nocentissimis dissidiis oriuntur, atque oritura imminent, eximiorum Ordinum decus ac splendorem offuscent & labefactent, hoc Decreto, & sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis perpetuum fuit utrique Parti, cæterisque omnibus tam Sæcularibus quàm cujusvis Ordinis Regularibus indictum silentium circa Præcedentiæ controversiam inter Canonicorum Regularium & Benedictinorum Instituta, quæ in iisdem Libris agitatur. *In Folio Romæ impresso, typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ.*

1718. 31. Jan. —— Eminentissimum Laurentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem Casoium, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia & illius Religiosorum ac Domorum & Locorum Regularium apud Sedem Apostolicam Protectorem, cum omnibus honoribus & oneribus solitis & consuetis (servata tamen forma Constitutionis Innocentianæ supra positæ, & editæ anno 1693. 16. Febr. super moderatione facultatum Protectorum Ordinum Regularium) ad ejus vitam facit & deputat *Clemens XI. in Constit. quæ incipit* Cùm perobitum, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordinis, pag.* 337. 4300

1719. 19. Aug. —— Cùm usque ab Anno 1663. cum subsequuta de Anno 1669. Ordinarii approbatione in Ecclesia Parochiali S. Jacobi Apostoli Civitatis Imolen. erecta fuerit Congregatio 72. Sacerdotum Sæcularium sub Invocatione S. Philippi Nerii, qui Cotta & Biretto induti per modum simplicis Unionis pro peragendis Congregationibus ac solemniter celebranda Festivitate eorum S. Protectoris in eadem Ecclesia congregantur, ac juxta proprium 4301

prium Institutum inibi Officia & Missas in suffragium Confratrum defunctorum absque ulla Eleemolynæ receptione semper celebrarunt, & occasione associationis Cadaverum ejusdem Confraternitatis cum propria Cruce seu Vexillo super omnes Regulares præcedentiam hucusque habuerunt: Cùmque Controversiæ tam super hujusmodi Jure præcedendi quàm deferendi propriam Crucem seu Vexillum ab universo Clero Regulari adversùs supradictos Confratres dudum excitatæ, à Reverendissimo Domino Auditore Sanctissimi ad Sacram Rituum Congregationem remissæ fuerint, modò Eminentissimus & Reverendissimus Dominus Cardinalis Priolus Tituli S. Marci in locum Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinalis Zondadarii absentis hujusmodi Causæ Ponentis infrascripta Dubia inter Partes concordata declaranda proposuit, nempe: — *Primum*, An Congregationi Sacerdotum Sæcularium sub Invocatione S. Philippi Nerii in associatione Confratrum defunctorum competat præcedentia supra Regulares in Casu, &c. — *Secundum*, An eidem Congregationi occasione associationis eorundem Cadaverum liceat elevare propriam Crucem in Casu, &c. — Juribus hinc inde deductis maturè consideratis, & tam in scriptis, quàm in voce utriusque Partis Procuratoribus informantibus auditis, rescriptum fuit, *Ad Primum, & Secundum Affirmativè, & amplius*, prout rescribendum censuit, & ita decrevit ac servari mandavit *Congregatio Rit. in Imolen. ut habetur in Folio Imolæ impresso apud Sanctem Massam, Superiorum permissu* 1719.

L. D. M. D. A. P. ac S. I. L.

OPERE

DI D. GIO: BATTISTA PITTONI SACERDOTE VENETO,

Che si vendono in Venezia in Casa di Leonardo suo Padre, Libraro à S. Giuliano in Corte del Vino, vicino la Corte del Forno.

CONstituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti a' *Vescovi*, à gli *Ordinarj* de' Luoghi, ed alli *Abbati* Secolari, e Regolari: Opera di D. Gio: Battista Pittoni Sacerdote Veneto, molto utile, e necessaria à gli Ecclesiastici dell' uno, e l'altro Clero, dall'Anno 1183. sino all'Anno 1707. *inclusivè*. L. 3.

Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti a' *Canonici* dall' una, e l'altra Chiesa, cioè, Cattedrale, e Collegiata, dall' Anno 1288. sino all'Anno 1705. *inclusivè*; Opera dello stesso Pittoni, ove non solo si danno notizie curiose insieme, e necessarie à detti Canonici, mà etiamdio à Prebendati, Inservienti, e in qualsivoglia modo obbligati à dette Chiese: inserite anche molte cognizioni legali tolte da gl' Autori più classici, ed approbati, antichi, e recentissimi, con le di loro citazioni. L. 2.

Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti à *Vicarj* Apostolici, Generali, Capitolari, Foranei, Perpetui, ed Amovibili del Clero Secolare, ed altri ancora delle Religioni: dall'Anno 1507. sino all'Anno 1706. *inclusivè*: Opera dello stesso Pittoni, non solo utile, e necessaria à detti Vicarj, mà etiamdio à subordinati. L. 2.

Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma, spettanti al *Concorso* delle *Parrochiali*, alla Collazione de' Benefizj Ecclesiastici, dall' Anno 1339. sino all'Anno 1705. *inclusivè*: Opera dello stesso Pittoni, non meno di gran profitto à tutti gli

gli Religiosi dell'uno, e l'altro Clero; che ò soggetti à Vescovi, ò pure esenti dalla loro Giurisdizione desiderano esser proveduti di Beneficio con Cura d'Anime, ò d'altra sorte de' Benefizj Ecclesiastici, mà etiamdio à Collatori medesimi necessariissima. L.2.

Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti alli *Parrochi* dell' uno, e l'altro Clero, che già si ritrovano nell' attuale amministrazione della Cura, dall'Anno 1254. sino all' Anno 1706. *inclusinè*: Opera dello stesso Pittoni, nella quale si toglie à Pastori ogni fatica nell'osservazione degl' Autori per la notizia delle cose decretate, & decise, ed insieme si solleva il Parroco dalla grossa spesa de' più riguardevoli Autori, che in quest' Opera sono citati: seconda ampliſſima edizione seguita nell'Anno 1713. Lire 2:10.

Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti à *Confessori* dell'uno, e d'altro Clero, dall'Anno 1023. sino all' Anno 1714. *inclusivè*: Opera dello stesso Pittoni, necessariissima non solo à Religiosi, che sono per amministrar il Sacramento della Penitenza, mà etiamdio à quelli, che attualmente lo amministrano, terza ampliſſima Edizione seguita nell'Anno 1715. L.2:10.

Si daranno pure (piacendo à Dio) quanto prima alle Stampe le Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti alli *Concilj Provinciali*, & alli *Sinodi Diocesani*: e serviranno fruttuosamente per compimento di tutta l'Opera dello stesso Pittoni. L.2.

Universali *Decreti* della Sacra Congregazione de' Riti, dall' Anno 1591. sino all'Anno 1714. *inclusivè*, molto utili, e necessarj à tutti gl' Ecclesiastici dell'uno, e l'altro Clero, raccolti dallo stesso Pittoni, ed in questa terza Edizione seguita nell'Anno 1715. ridotti al numero di trecento, e sessantasei. L:16.

Novissimo *Decennio* Romano de' *Divini Officj*, ò sia, Calendario Romano per dieci Anni, dall' Anno 1723. sino all' Anno 1732. *inclusivè*, esposto ad utilità di tutte le

te le Diocesi dallo stesso Pittoni. L. 1:4.

Vita di S. LORENZO GIUSTINIANO Primo Patriarca di Venezia, descritta dallo stesso Pittoni: seconda Edizione seguita nell' Anno 1716. con il suo Ritratto in Rame. soldi 8.

Vita del Sommo Pontefice INNOCENZO XI. descritta da D. Gio: Battista Pittoni Sacerdote Veneto, & in questa settima impressione seguita nell'anno 1716. accresciuta di notizie, con le Grazie operate da sua Divina Maestà per mezo li AGNUS PAPALI benedetti dal supradetto Sommo Pontefice, con il suo Ritratto al naturale in Rame, si vende. Lire 1. sold. 4.

Risposte Curiose, che si danno ad ogni Quesito in più sorti de' Versi Italiani, e Latini: facilissima Invenzione Numerica del Pittoni, che serve per render allegra una Nobile Radunanza, ed eccitarla à consumare con gusto l'hore più oziose del Giorno nell' Estivo Trimestre, e quelle più tediose della Notte nella Stagione Brumale, con Figura in Rame, Seconda Edizione seguita nell' Anno 1715. sol. 16.

Historia della Vita, Azioni, e Guerre crudelissime del fiero Rè Attila fatte nell'Italia, e specialmente nella Lombardia, cavate da Originali manoscritti antichissimi con due figure in Rame: di D. Gio: Battista Pittoni Sacerdote Veneto: Terza impressione ad instanza de' Curiosi. sol. 16.

Lettera Affettuosa scritta da D. Gio: Battista Pittoni Sacerdote Veneto ad instanza di una Innamorata: Sentimenti della Morte a chi vive, con figura in Rame. sol. 6.

Lettera Morale scritta dallo stesso Pittoni ad Istanza d' un Moribondo: Sentimenti di chi muore a chi sopravive, con figura in Rame. sold. 6.

A L-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ALTRI LIBRI.

L'Esorcista bene ammaestrato dal P. Gio: Pietro Pinamonti della Compagnia di Giesù. fol. 10.

Trattato de' Scrupoli di Conscienza: che cosa siano, con quali Rimedj si curino, e se sia bene operare contro li Scrupoli, non potendosene liberare: Operetta utile, e necessaria à Confessori, e Penitenti. fol. 10.

Idea d'un buon Confessore secondo la Dottrina, e modo di Vivere di S. Francesco di Sales Vescovo, e Principe di Genevra. fol. 12.

Il Pensiero de' Pensieri, dodeci Considerazioni sopra la Nobiltà, Bellezza, Prezzo, & altre qualità dell'Anima Nostra, cavate in parte da un' Operetta del Padre Pietro Pinamonti della Compagnia di Giesù. fol. 6.

Trentatre novissimi universali Decreti della Sacra Congregazione de' Riti circa le Giurisdizioni Parrochiali, le Fonzioni, e le preeminenze frà li Parrochi, e le Confraternità de Laici, i loro Capellani, ed Officiali. fol. 8.

Decreti recentissimi sopra la moderazione de gl' Indulti di ricever gl' Ordini fuori del tempo; la celebrazion delle Messe per li Sacerdoti Secolari nelle Chiese de' Regolari: gl' abusi di Sacrificare negl' Oratorj Privati, e sopra gl' Officj concessi una volta alla settimana, overo al mese. fol. 8.

Moderne resoluzioni della Sacra Congregazione del Concilio concernenti la materia delle Giurisdizioni de' Chierici. fol. 8.

La troppa *Brevità* della *Messa* condannata nel Sacerdote da Monsignor Alessandro Sperelli Vescovo di Giubbio. fol. 6.

Breve Dichiarazione de' *Sacri Vestimenti*, con li quali il Sacerdote si veste per dir la Messa. fol. 6.

La Vocazione Vittoriosa. Operetta Spirituale, in cui si dimostrano gli Assalti fatti alla Gioventù chiamata da Dio alla Religione. soldi 16.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Constit.
Pontif.
12.°9
Th 3
4854